 hospitis. Morbo laborat puella aliqua? statim frater dicit: Color
 hicce mihi non placet puellæ.* Porro si carens liberis mulier quæ-
 piam sibi partum supponere velit, neque hoc clam facere licet:
 viri enim jam adsident proxime. Et apud senes, qui puellas antea
 ducebant, nos calumniatus est, ita ut non sit senex ullus, qui ux-
 orem ducere velit, propter hunc versum: *Imperat enim seni ma-
 rito uxor.* Deinde hic etiam in causa est cur gynæconitides ob-
 signent jam, et pessulis ocludant, custodientes nos, et præterea

Molossos alant, terriculamenta mœchis, canes. Et hæc quidem ignosci possunt: quæ vero nobis antehac sumere licebat, quum ipsæ e cella penuaria depromeremus, farinam, oleum, vinum, ne ista quidem amplius licet. Ipsi enim jam viri parvas claves gestant, occultas, et maxime malignas Laconicas nescio quas, tres habentes dentes. Nihilominus antea licebat clam aperire ostium, si faciendum curassemus nobis triobolarem anulum. Nunc autem familiarum illa perniciēs, Euripides, viros docuit corrosa vermibus sigilla appensa gestare. Itaque opus esse mihi videtur, ut exitium aliquod huic homini quaqua ratione moliamur, vel toxico, vel alio quovis dolo, ut pereat. Hæc ego palam dico: reliqua vero cum scriba in syngrapham conferam.

CHOR. Nunquam hac audivi versutiorem feminam, neque majore facundia pollentem: omnia enim dicit recte, omnesque species examinavit, et omnia ponderavit mente: prudenterque et callide argumenta invenit bene excogitata; adeo ut, si diceret juxta illam Xenocles Carcini filius, vobis omnibus videretur ille, ut quidem opinor, plane nihil dicere.

MUL. II. Pauca sunt, quæ ut dicerem, ipsa in medium processi. Nam cetera quidem recte hæc accusatione comprehen-

τρέφουσι, μορμολύκεια τοῖς μοιχοῖς, κύνας.
καὶ ταῦτα μὲν ξύγγνωστοί· ἂ δ' ἦν ἡμῖν προτοῦ,
αὐταῖσι ταμιεῖου προαιρούσαις λαβεῖν,
ἄλφιτον, ἔλαιον, οἶνον, οὐδὲ ταῦτ' ἔτι
ἔξεστιν. οἱ γὰρ ἄνδρες ἤδη κλειδίᾳ
αὐτοὶ φοροῦσι κρυπτὰ, κακοηδέστατα,
Λακόνικ' ἄττα, τρεῖς ἔχοντα γομφίους.
προτοῦ μὲν οὖν ἦν ἀλλ' ὑπῄξαι τὴν θύραν,
ποιησαμέναισι δακτύλιον τριαβόλου·
νῦν δ' οὗτος αὐτοὺς ἀκότρηψ' Εὐριπίδης
εἰδίαξε θριπήδεστ' ἔχειν σφραγίδια
ἐξαψαμένους. νῦν οὖν ἐμοὶ τοῦτοφ' δοκεῖ
ἄλεθρόν τιν' ἡμᾶς κυρκανᾶν ἀμωσγέπως,
ἢ φαρμάκοισιν, ἢ μιᾷ γέ τω τέχνῃ,
ἵπως ἀπολεῖται. ταῦτ' ἐγὼ φανερώς λέγω·
τὰ δ' ἄλλα μετὰ τῆς Γραμματέως ξυγγράψομαι.
οὐπώποτε ταύτης

Χο.

ἤκουσα πολυπλοκαυτέρας
γυναικὸς, οὐδὲ δεινότερον λεγούσης.
πάντα γὰρ λέγει δίκαια· πάσας δ' εἰδέας
ἐξήτασεν· πάντα δ' ἐβάστασεν φρενί,
πυκνῶς τε ποικίλους λόγους
ἀνεῦρεν εὖ διεξητημένους,
ὥστ' ἂν, εἰ λέγοι παρ' αὐτὴν Ξενοκλέης ὁ Καρκίνου,
δοκεῖν ἂν αὐτὸν,
ὡς ἐγῶμαι, πᾶσιν ὑμῖν ἀντικρὺς μηδὲν λέγειν.
Γυ. β'. ὀλίγων ἔνεκά γ' αὐτὴ παρήλθον βήμάτων.
τὰ μὲν γὰρ ἄλλ' αὐτὴ κατηγόρηκεν εὖ.

ἀ δ' ἐγὼ πέπονθα, ταῦτα λέξαι βούλομαι.
 ἐμοὶ γὰρ ὠνήρ ἀπέθανεν μὲν ἐν Κύπρῳ,
 παιδάρια πέντε καταλιπόν· ἀ γὰρ μόγις
 στεφανηπλοκοῦσ' ἔβασκον ἐν ταῖς μυρρίναις.
 τέως μὲν οἶν, ἀλλ' ἡμικάκως, ἔβασκόμην·
 νῦν δ' οὗτος ἐν ταῖσιν τραγωδίαις ποιῶν,
 τοὺς ἄνδρας ἀναπέπεικεν οὐκ εἶναι θεούς·
 ὥστ' οὐκέτ' ἐμπολάμεν οὐδ' εἰς ἡμισυ.
 νῦν οἶν ἀπάσαισιν παραινῶ καὶ λέγω,
 τοῦτον κολάσαι τὸν ἄνδρα πολλῶν οὐνεκα.
 ἄγρια γὰρ ἡμᾶς, ὧ γυναῖκες, δεῖ κακὰ,
 ἅτ' ἐν ἀγρίοισι τοῖς λαχάνοις αὐτὸς τραφεῖς.
 ἀλλ' εἰς ἀγορὰν ἄπειμι· δεῖ γὰρ ἀνδράσι
 πλεῖξαι στεφάνους ξυνθηματιαίους εἴκοσιν.

Χο.

ἕτερον αὖ τι λῆμα τοῦτο
 κομψότερον ἔτ', ἢ τὸ πρότερον, ἀναπέφηνεν.
 οἷα κατεστωμύλατο
 οὐκ ἄκαιρα, φρένας ἔχουσα,
 καὶ πολύπλοκον νόημ', οὐδ' ἀσύνητ', ἀλλὰ
 πιδανὰ πάντα. δεῖ δὲ ταύτης

Μν.

τῆς ὕβρεως ἡμῖν τὸν ἄνδρα περιφανῶς δοῦναι δίκην.
 τὸ μὲν, ὧ γυναῖκες, ὄξυθυμεῖσθαι σφόδρα
 Εὐριπίδῃ, τοιαῦτ' ἀκουούσας κακὰ,
 οὐ θαυμάσιόν ἐστ', οὐδ' ἐπιζεῖν τὴν χολήν.
 καὶ τὴ γὰρ ἔγωγ', οὕτως ὀναίμην τῶν τέκνων,
 μισῶ τὸν ἄνδρ' ἐκείνον εἰ μὴ μαίνομαι.
 ὅμως δ' ἐν ἀλλήλαισι χρὴ δοῦναι λόγον.
 αὐταὶ γὰρ ἐσμὲν, κούδεμι' ἐκφορὰ λόγου.

dit; quæ vero ipsa passa sum, ea dicere volo. Mihi enim vir
 mortuus est in Cypro, liberis quinque relictis parvulis, quos ego
 ægre alebam corollis nectendis in foro, ubi venduntur myrti.
 Antea igitur vix ac ne vix quidem vitam meam sustentabam :
 nunc vero hic tragediarum suarum commentis persuasit viris
 deos non esse, unde fit, ut ne dimidiam quidem partem ampli-
 us vendamus. Itaque omnibus suadeo et dico, ut puniatis hunc
 virum multis de causis. Agrestia enim, ô mulieres, nobis facit
 mala, utpote agrestibus oleribus ipse innutritus. Sed in forum
 abibo. Viris enim quisbusdam oportet, ut coronas nectam lo-
 catitias viginti.

CHOR. Altera hæc libertas dicendi lepidior adhuc, quam pri-
 or, apparuit : adeo facete dixit, non intempestive, prudentia præ-
 dita et versuto ingenio : neque dicta ejus intellectu difficilia,
 sed omnia ad persuadendum accommodata. Oportet autem hu-
 jus injuriæ nobis virum illum insignes dare pœnas.

MNES. Vos quidem, ô mulieres, acriter irasci et vehementer
 Euripidi, talia audientes opprobria, non mirum est, neque effer-
 vescere vobis bilem. Nam et ego ipsa, ita mihi salvi sint liberi,
 odi virum illum, nisi insanio. Verumtamen oportet, ut nobis-

met ipsis reddamus rationes: solæ enim sumus, nec metus est, ne foras efferantur nostri sermones. Quid illum accusamus, graviterque ferimus, si duo nobis vel tria flagitia, de quibus rescivit, exprobravit, quum faciamus innumera? Ego enim ipsa primum, ne de alia dicam, conscia mihi sum multorum scelerum: illud vero omnium longe scelestissimum, quod, tres modo dies nupta, dum maritus meus mecum noctu concumbebat, admisi. Erat mihi amicus, qui septuenni mihi vitium obtulerat: hic amore mei captus venit, et januam unguibus leniter scalpsit. Id quod res erat illico cognovi: clam igitur descendo. Vir autem rogat: Quo descendis?—Quo? respondi, tormina me cruciant ventris, ô marite, et dolor; qua gratia ad latrinam eo.—Vade igitur, inquit. Tui ille quidem conterere cedrides, anethum, salviam: ego vero, postquam aqua cardinem conspersi, egressa sum ad mœchum: deinde inclinato corpore juxta aram pro foribus stans, prehensaque adnixa lauro, subagitata fui. Hæc nunquam, animadvertite, dixit Euripides: neque, ut a servis et mulionibus permolimur, si desint alii mœchi, dicit: neque ut, quum maxime noctu ab aliquo subagitatæ fuerimus, mane allia mandimus, e vir ab excubiis domum rediens, aliquid mali nos fecisse statim suspicetur. Hæc, vides, nunquam dixit. Si vero Phædræm conviciis incessit, quid hoc ad nos? Neque istuc dixit unquam,

τί ταῦτ' ἔχουσαι κείνον αἰτιώμεθα,
βαρέως τε φέρομεν, εἰ δὴ ἡμῶν ἢ τρεῖς
κακὰ ξυνειδώς εἶπε δρώσας μυρία;
ἐγὼ γὰρ αὐτῇ πρῶτον, ἵνα μὴ ἄλλην λέγω,
ξύνουδ' ἐμαυτῇ πολλα δειν' ἐκείνο δ' οὖν
δεινότατον, ὅτε νόμφη μὲν ἦν τρεῖς ἡμέρας,
ὁ δ' ἀνήρ παρ' ἐμοὶ κἀλευθεν· ἦν δ' ἐμοὶ φίλος,
ὅσπερ με διεκόμευσεν οὔσαν ἐπτέτιν.
οὗτος πῶθ' αὖ μου ἔκνυεν ἑλθὼν τὴν θύραν·
κἄτ' εὐθὺς ἔγνω· εἶτα καταβαίνω λάθρα.
ὁ δ' ἀνὴρ ἐρωτᾷ· Ποῖ σὺ καταβαίνεις; --- Ὅποι;
στρόφος μ' ἔχει τὴν γαστέρ', ὦ νεγ, κἀδύνη·
ἐς τὸν κοπρῶν οὖν ἔρχομαι. --- Βάδιζέ νυν.
κἄτ' ὁ μὲν ἔτριβεν κεδρίδας, ἀνηθον, σφάκον·
ἐγὼ δὲ καταχέασα τοῦ στροφέως ὕδαρ,
ἐξῆλθον ὡς τὸν μοιχόν· εἶτ' ἠρσιδέμην
παρὰ τὸν Ἀγυῖᾶ, κύβδ' ἐχομένη τῆς δάφνης.
ταῦτ' οὐδεπώποτ' εἶφ', ὅρᾳτ', Εὐριπίδης·
οὐδ' ὡς ὑπὸ τῶν δούλων τε κῶρσεκόμενων
σποδούμεθ', ἦν μὴ ἔχωμεν ἔτερον, οὐ λέγει·
οὐδ' ὡς, ὅταν μάλισθ' ὑπὸ τοῦ ληκώμεθα,
τὴν νύχθ', ἔωθεν σκόροδα διαμασώμεθα,
ἴν' εὐθὺς εἰσιῶν ἀπὸ τοῦ τείχους ἀνηρ
μηδὲν κακὸν δρᾶν ὑποτοπῆται. ταυθ', ὁρᾶς,
οὐπώποτ' εἶπεν. εἰ δὲ Φαίδραν λοιδορεῖ,
ἡμῖν τί τοῦτ' ἔστ'; οὐδ' ἐκεῖν' εἰρηκέσσω,
ὡς καὶ γυνὴ δεικνύσα τάνδρῃ τοῦ γκυκλον
ὑπ' αὐγᾶς, οἷόν ἐστιν, ἐγκεκαλυμμένον

τὸν μοιχὸν ἐξέπεμψεν, οὐδ' εἴρηκέ πω.
 ἔτέραν δ' ἐγῶδ', ἢ ἴφασκεν ὠδίνειν γυνή
 δέχ' ἡμέρας, ἕως ἐπρίατο παιδίου.
 ὁ δ' ἀνὴρ περιήρχετ'. ὠκυτόκει' ἄνούμενος·
 τὸ δ' εἰσέφερε γραῦς ἐν χύτρα τὸ παιδίον,
 ἵνα μὴ βοῶη, κηρίω βεβυσμένον
 εἶθ' ὡς ἔνευσεν ἢ φέρουσ', εὐθύς βοᾷ·
 Ἄπελθ', ἄπελθ', ἤδη γάρ, ὦ νερ, μοι δοκῶ
 τέξειν. τὸ γὰρ ἤτρον τῆς χύτρας ἐλάκτισε.
 χεῖρ μὲν γεγηθῶς ἔτρεχεν· ἢ δ' ἐξέσπασεν
 ἐκ τοῦ στόματος τοῦ παιδίου· τὸ δ' ἀνέκραγεν.
 εἶθ' ἢ μιὰ γράυς, ἢ φερεν τὸ παιδίον,
 θεῖ μειδιῶσα πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ λέγει·
 Λέων, λέων σοι γέγονεν, αὐτ' ἔκμαγμα σόν·
 τά τ' ἄλλ' ἀπαξάπαντα, καὶ τὸ πόσθιον
 τῷ σῶ προσόμοιον, στρεβλόν, ὥσπερ κύτταρον.
 ταῦτ' οὐ ποιοῦμεν τὰ κακά; νῆ τὴν Ἄρτεμιν,
 ἡμεῖς γε. κατ' Εὐριπίδῃ θυμούμεθα,
 οὐδὲν παθοῦσαι μείζον, ἢ δεδράκαμεν;

Xo.

ταυτὶ μέντοι θαυμαστόν,
 ὁπόθεν εὐρέθη τὸ χρεῖμα,
 χ' ἢ τις ἐξέδραψε χώρα
 τήνδε τὴν θρασεῖαν οὕτω.
 τάδε γὰρ εἰπεῖν τὴν πανούργον
 κατὰ τὸ φανερόν ὡδ' ἀναιδῶς,
 οὐκ ἂν ἀόμην ἐν ἡμῖν οὐδὲ τολμήσαι ποτ' ἂν.
 ἀλλ' ἅπαν γένοιτ' ἂν ἤδη·
 τὴν παροίμιαν δ' ἐπαινῶ

ut mulier ostendens viro encyclum ad lucem expansum, jubens
 mirari quam pulchrum esset, obtectum mœchum emiserit: non
 utique hoc dixit. Aliam vero ego novi mulierem, quæ decem
 totos dies parturire se dixit, donicum infantem emerit. Vir in-
 terea urbem obibat, medicamenta emens accelerando partui.
 Domum autem adtulit anus in olla infantem, cui, ne vagiret,
 os favo obtulerat: tum, ut capite innuit anus, mulier illico
 clamat: *Abi, abi; jam enim, ô marite, mihi videor paritura.*
 Ventrem enim ollæ calcibus ferierat infans: et hic quidem læ-
 tus abiit. Illa autem favum ex ore infantis extraxit, qui illico
 vagire cœpit. Deinde scelesta anus, quæ infantem adtulerat,
 adcurrit subridens ad virum, et dicit: *Leo, leo tibi natus est,*
expressa tui imago, et cum cetera omnia, tum etiam mentula tue
similis, tortuosa, instar nucamenti pinei. Hæc non perpetramus
 facinora? hæc utique, per Dianam: deinde vero irascimur
 Euripidi, a quo non plus audivimus, quam fecimus?

CHOR. Hoc utique mirum, unde inventa sit res ista, et quæ-
 nam educaverit regio hanc adeo audacem. Talia enim tam im-
 pudenter aperte dicere improbam non rebar inter nos ne ausu-
 ram quidem fuisse unquam. Sed omnia nunc evenire queant;
 et verbum laudo vetus illud: *Sub omni enim lapide dispicere*

oportet, ne latens forte mordeat orator. Enimvero impudentibus suoapte ingenio mulieribus nihil pejus est ad omnia, præter mulieres.

MUL. III. Haud sane, per Aglauron, ô mulieres, sapitis : sed vel fascinatae estis, vel malum aliquod magnum vobis aliud contigit, si hanc sinitis pestem talibus nos omnes injuriis adficere. Quapropter, si quæ est vestrum, quæ hanc ulcisci velit, bene est : sin minus, nos ipsæ et pedisequæ, cinere alicunde sumto, hujus depilabimus cunnum, ut discat mulier quæ sit, mulieribus in posterum non male dicere.

MNES. Ne, quæso, cunnum, ô mulieres. Si enim quum esset libera concio, et liceret verba facere omnibus civibus, quæ adsumus, tum dixi quæ noveram ad excusandum Euripidem idonea, an idcirco pœnas me dare vobis æquum est pilorum vulsione ?

MUL. III. Annon vero te pœnas dare æquum est ? quæ sola sustinuisti causam viri defendere, qui nos multis malis adfecit, dum de industria excogitat fabularum argumenta, sicubi femina improba exstitit, Melanippas faciens et Phædras : de Penelope vero nunquam fecit drama, quod femina casta esse videretur.

MNES. Atqui hujus rei causam novi. Etenim ne unam quidem hujus ætatis mulierum dixeris Penelopen : Phædras vero omnes omnino.

MUL. III. Audite, ô mulieres, quid dixerit improba de nobis omnibus rursus.

MNES. At vero ecastor nondum dixi omnia, quorum conscia sum : sin aliter creditis, vultisne plura dicam ?

MUL. III. Sed plura non possis. Quæcunque enim noveras, effudisti omnia.

MNES. Non ecastor decies-millesimam partem eorum, quæ

τὴν παλαιάν· ὑπὸ λίθῳ γὰρ
παντί που χρῆ, μὴ δάκῃ ῥήτωρ, ἀδρεῖν.

ἀλλ' οὐ γάρ ἐστι τῶν ἀναισχύντων φύσει γυναικῶν
οὐδὲν κάκιον εἰς ἅπαντα, πλὴν ἄρ' ἢ γυναικες.

Γ. γ'. οὐ τοι μὰ τὴν Ἀγλαυρον, ὦ γυναικες, εὖ φρονεῖτε,
ἀλλ' ἢ πεφάσμαχθ', ἢ κακόν τι μέγα πεπόνθατ' ἄλλο
ταύτην εἶσθαι τὴν φθόρον τοιαῦτα περιεβρίζειν
ἡμᾶς ἀπάσας. εἰ μὲν οὖν τις ἔστιν---εἰ δὲ μὴ, ἡμεῖς,
αὐταί γε καὶ τὰ δουλάρια, τέφραν ποθὲν λαβοῦσαι,
ταύτης ἀποψιλώσωμεν τὸν χοῖρον, ἵνα διδαχθῆ
γυνὴ γυναικας οὔσα μὴ κακῶς λέγειν τὸ λοιπόν.

Μν. μὴ δῆτα τόν γε χοῖρον. ὦ γυναικες. εἰ γὰρ, οὔσης
παρρησίας, κἀξὸν λέγειν ὅσαι πάρεσμεν ἄσται,
εἴτ' εἶπον ἂ' ἴγνωσκον ὑπὲρ Εὐριπίδου δίκαια,

διὰ τοῦτο τιλλομένην με δεῖ δοῦναι δίκην ὑφ' ὑμῶν ;
Γ. γ'. οὐ γὰρ σε δεῖ δοῦναι δίκην ; ἥτις μόνη τέτληκας
ὑπὲρ ἀνδρὸς ἀντειπεῖν, ὃς ἡμᾶς πολλα κακὰ δέδορακεν,
ἐπίτηδες εὐρίσκων λόγους, ὅπου γυνὴ πονηρὰ
ἐγένετο, Μελανίππας ποιῶν, Φαίδρας τε· Πηνελόπην δὲ
οὐπόποτ' ἐποίησεν, ὅτι γυνὴ σώφρων ἔδοξεν εἶναι.

Μν. ἐγὼ γὰρ οἶδα ταῦτιον. μίαν γὰρ οὐκ ἂν εἴποις

τῶννῦν γυναικῶν Πηνελόπην, Φαίδρας δ' ἀπαξάσας.

Γ. γ'. ἀκούετ' ὦ γυναικες, οἳ εἶρηκεν ἡ πανοῦργος
ἡμᾶς ἀπάσας αὔθις αὔ.

Μν. καὶ νῆ Δί' οὐδέπω γε

εἶρηχ', ὅσα ξύνοιδ'· ἐπεὶ βούλεσθε πλεῖον εἶπω ;

Γ. γ'. ἀλλ' οὐκέτ' ἂν ἔχοις· ὅσα γὰρ ᾗδεις ἐξέχεας ἅπαντα.

Μν. μὰ τὸν Δί' οὐ τὴν μυριστὴν μοῖραν, ὣν ποιούμεν.

ἐπεὶ τὸδ' οὐκ εἶρηχ', ὄρᾳς, ὡς στλεγγίδας λαβοῦσαι
ἐπειτα σιφωνίζομεν τὸν οἶνον.

Γ. γ'. ἐπιτριβεῖτης.

Μν. ὡς τ' αὖ τὰ κρῆ ἐξ' Ἀπαλουρίων ταῖς μαζροποῖς διδῆσαι,
ἐπειτα τὴν γαλῆν φαμὲν - - -

Γ. γ'. τάλαιν' ἐγὼ, φλυαρεῖς.

Μν. οὐδ' ὡς τὸν ἄνδρα τῷ πελέκει γυνὴ κατεσπόδησεν,
οὐκ εἶπον· οὐδ' ὡς φαρμάκοις ἑτέρα τὸν ἄνδρ' ἔμηνεν,
οὐδ' ὡς ὑπὸ τῇ πυέλω κατώρυξέν ποτ' - - -

Γ. γ'. ἐξόλοιο.

Μν. Ἀχαρική τὸν πατέρα.

Γ. γ'. ταυτὶ δῆτ' ἀνεκτ' ἀκούειν;

Μν. οὐδ' ὡς σὺ, τῆς δούλης τεκούσης ἄρρεν', εἶτα σαυτῇ
τῆθ' ὑπεβάλε· τὸ σὸν δὲ θυλάτριον παρήκας αὐτῇ.

Γ. γ'. οὐ τοι, μὰ τῷ θεῷ, σὺ καταπροίξει λέγουσα ταυτί·
ἀλλ' ἐκποικίῳ σου τὰς ποκάδας.

Μν. οὔποτε μὰ Δία σὺ γ' ἄψει.

Γ. γ'. καὶ μὴν ἰδοῦ.

Μν. καὶ μὴν ἰδοῦ.

Γ. γ'. λαβὲ δοιμάτιον, Φιλίση.

Μν. πρόσθε μόνον, καὶ γὰρ σε, νῆ τὴν Ἄρτεμιν - - -

Γ. γ'. τί δράσεις;

Μν. τὸν σησαμῶνθ', ὃν κατέφαγες, τῆτόν σε χεσεῖν ποιήσω.

Χο. παύσασθε λοιδορούμεναι. καὶ γὰρ γυνὴ τις ὑμῖν
ἐσπουδακυῖα προστρέχει. πρὶν οὖν ἡμοῦ γενέσθαι,
σιγαῖθ', ἰν' αὐτῆς κοσμίως πυθώμεθ' ἅττα λέξει.

Κλ. φίλαι γυναῖκες, ξυγγενεῖς τοῦ μοῦ τρόπου,
ὅτι μὲν φίλος εἴμ' ὑμῖν, ἐπίδηλος ταῖς γνάδοις.

facimus: siquidem hoc non dixi, viden'? ut strigilibus sumtis
postea tanquam per siphonem adtrahimus vinum.

MUL. III. Male pereas.

MNES. Nec ut carnes ex Apaturiis lenis dantes, deinde mus-
telam dicimus---

MUL. III. Miseram me! nugaris.

MNES. Nec, ut virum securi mulier percusserit, dixi: neque
ut philtris alia virum ad insaniam adegerit: neque ut aliquando
sub balneatorio solio defoderit---

MUL. III. Pestem oppetas.

MNES. Acharnica suum patrem.

MUL. III. Hæccine ferant aures nostræ?

MNES. Neque ut tu, quum ancilla peperisset marem, tibi ipsi
cum subposuisti, tuam vero filiolum tradidisti illi.

MUL. III. Haud sane, per Deas, tu impune hæc dixeris;
sed evellam tibi pilos.

MNES. Nunquam, per Jovem, tu me attinges.

MUL. III. At ecce.

MNES. Ecce contra.

MUL. III. Accipe pallam meam, Philista.

MNES. Admove manum modo, atque ego te, per Dianam---

MUL. III. Quid facies?

MNES. Sesaminam placentam, quam comedisti, hanc faciam
ut caces.

CHOR. Desinite conviciari: nam mulier quædam festinans ad
nos adcurrit: quare, antequam nos conveniat, tacete, ut sedate
audiamus quæ dictura est.

CLIS. Caræ mulieres, adfines morum meorum, me quidem

amicum esse vobis, satis ostendunt malæ meæ: insano enim mulierum amore teneor, vobisque patrocinator semper: et nunc, quum audierim rem magni momenti ad vos pertinentem, de qua paulo ante in foro sermo erat, venio eam delaturus, nuntiaturusque vobis, ut videatis et caveatis, ne vobis incautis accidat grave malum et magnum.

CHOR. Quid est, ô puer? puerum enim te par est vocare, quoad malas adeo leves habes.

CLIS. Euripidem aiunt adfinem quemdam suum, senem hominem, huc misisse hodie.

CHOR. Cui faciendæ rei, aut cuius consili gratia?

CLIS. Ut quidquid consultaretis, et facere decerneretis, ille esset sermonum vestrorum explorator.

CHOR. At quomodo fefellit nos mulieribus immixtus vir?

CLIS. Pilos ipsi adussit et evulsit Euripides, et quod ad reliqua omnia, ut mulierem adornavit.

MNES. Hæccine isti creditis? Quis enim vir adeo stultus sit, ut pilos sibi evelli patiatur? Haud equidem crediderim, ô venerandæ Deæ.

CLIS. Nugas blatis. Non enim venissem nuntiaturus, nisi audivissem hæc ex illis, qui rem certo sciunt.

CHOR. Rei sane indignæ nuntius ad nos adfertur. Quare, mulieres, non cunctari oportet, sed circumspicere virum, et quærere, ubi clam ingressus inter nos delitescat. Et tu nobiscum eum deprehendere stude, ut gratiam hanc et illam a nobis in eas, ô amice.

CLIS. Age videam. Quænam es prima tu?

γυναικομανῶ γὰρ, προξενῶ θ' ὑμῶν ἀεὶ.
καὶ νῦν ἀκούσας πρᾶγμα περὶ ὑμῶν μέγα
ὀλίγω τι πρότερον κατ' ἀγορὰν λαλούμενον,
ἦκω φράσων τοῦτ', ἀγγελῶν θ' ὑμῖν, ἵνα
σκοπήτε, καὶ τηρήτε, μὴ τι προσέσχη
ὑμῖν ἀφράκτοις πρᾶγμα δεινὸν καὶ μέγα.

Χο. τί δ' ἐστίν, ὦ παῖ; παιῖδα γὰρ σ' εἰκὸς καλεῖν,
ἕως ἂν οὕτως τὰς γνάθους ψιλὰς ἔχῃς.

Κλ. Εὐριπίδην φάσ' ἄνδρα κηδεστήν τινα
αὐτοῦ, γέροντα, δεῦρ' ἀναπέμψαι τήμερον.

Χο. πρὸς ποῖον ἔργον, ἢ τίνος γνώμης χάριν;
Κλ. Ἦν ἅττα βουλευοῖσθε καὶ μέλλοιτε δεῖν,
ἐκεῖνος εἴη τῶν λόγων κατάσκοπος.

Χο. καὶ πῶς λέληθεν ἐν γυναιξίν ὦν ἀνὴρ;

Κλ. ἄφουσεν αὐτὸν κἀπέτιλλ' Εὐριπίδης,
καὶ τᾶλλ' ἅπανθ' ὥσπερ γυναικ' ἐσκεύασε.

Μν. πείθεσθε τούτῳ ταῦτα; τίς δ' οὕτως ἀνὴρ
ἠλίδιος, ὅστις τιλλόμενος ἠνείχετ' ἄν;

Κλ. οὐκ οἶμαι ἄνωγ', ὦ πολυτιμῆτά θεῶ.
ληρεῖς. ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν ἤλθον ἀγγελῶν,
εἰ μὴ ἔπευσμένη ταῦτα τῶν σάφ' εἰδόντων.

Χο. τὸ πρᾶγμα τοῦτ' εἰσαγγέλλεται.
ἀλλ', ὦ γυναῖκες, οὐκ ἐλινύειν ἐχρῆν,
ἀλλὰ σκοπεῖν τὸν ἄνδρα, καὶ ζητεῖν ὅπου
λέληθεν ἡμᾶς κρυπτὸς ἐγκαθήμενος.
καὶ σὺ ξυνέξευρ' αὐτὸν, ὡς ἂν τὴν χάριν
ταύτην τε κἀκείνην ἔχῃς, ὦ πρόξενε.

Κλ. φερ' ἴδω· τίς ἢ πρώτη σύ;

- Κλ. ζητητέαι γὰρ ἐστέ. ποῖ τις τρέψεται;
- Μν. κακοδαίμων ἐγώ.
- Γυ. δ'. ἐμ', ἤτις, ἤξου;
- Κλ. ναί.
- Γυ. δ'. Κλεονύμου γυνή.
- Κλ. γινώσκειθ' ὑμεῖς, ἤτις ἔσθ' ἡδ' ἡ γυνή.
- Χο. γινώσκομεν δῆτ'. ἀλλὰ τὰς ἄλλας ἄθρει.
- Κλ. ἡδὲ δὲ δὴ τίς ἐστιν, ἡ τὸ παιδίον
ἔχουσα;
- Γυ. δ'. τίτθῃ, νῆ Δί', ἐμή.
- Μν. διοίχομαι.
- Κλ. αὕτη σὺ, ποῖ στρέφει; μὲν' αὐτοῦ. τί τὸ κακόν;
- Μν. ἔασον οὐρῆσαί μ'.
- Κλ. ἀναίσχυντός τις εἶ.
σὺ δ' οὖν ποίει τοῦτ'. ἀναμένω γὰρ ἐνθάδε.
- Χο. ἀνάμενε δῆτα, καὶ σκόπει γ' αὐτὴν σφόδρα.
μόνην γὰρ αὐτήν, ᾧ ἄνεγ, οὐ γινώσκομεν.
- Κλ. πολὺν γε χρόνον οὐρεῖς σύ.
- Μν. νῆ Δί', ᾧ μέλε,
στραγγουσιῶ γὰρ· ἐχθρὸς ἔφαγον κάρδαμα.
- Κλ. τί καρδαμίζεις; οὐ βαδιεῖ δεῦρ' ὡς ἐμέ;
- Μν. τί δῆτά μ' ἔλκεις ἀσθενοῦσαν;
- Κλ. εἶπ' ἐμοί,
τίς ἔστ' ἀνὴρ σοι;
- Μν. τὸν ἐμὸν ἀνδρὰ πυνθάνει;
- Κλ. τὸν δεῖνα γινώσκεις, τὸν ἐκ Κοθακιδῶν;
τὸν δεῖνα; ποῖον; ἔσθ' ὁ δεῖν', ὅς καὶ ποτε---

- MNES. Quo me vertam?
- CLIS. Excutiendæ enim estis.
- MNES. Me miserum!
- MUL. IV. Mene, quæ sim, rogabas?
- CLIS. Ita.
- MUL. IV. Cleonymi uxor.
- CLIS. Scitisne vos quænam sit hæc femina?
- CHOR. Novimus omnino: sed alias explora.
- CLIS. Hæc vero quænam est, quæ infantem portat?
- MUL. IV. Nutrix, per Jovem, mea.
- MNES. Nullus sum.
- CLIS. Heus tu? quo abis? mane hic. Quid istuc mali?
- MNES. Sine mingere me.
- CLIS. Impudens utique es. Tu igitur rem tuam age: opperier enim hîc.
- CHOR. Opperire, quæso, et observa eam diligenter: solam enim illam, ô bone, non novimus.
- CLIS. Heus tu, perdiu mingis.
- MNES. Nimirum, ô miselle, stranguria laboro. Heri enim edi nasturtium.
- CLIS. Quid de nasturtio garris? quin vade huc ad me.
- MNES. Quid, quæso, me trahis ægrotantem?
- CLIS. Dic mihi, quisnam est maritus tibi?
- MNES. Maritum meum, qui sit, rogitas? nostin' aliquem Cothocidensem?
- CLIS. Aliquem? quemnam? Estne aliquis ille, qui et aliquando---

MNES. Aliquis, filius alicujus.

CLIS. Nugari mihi videris. Venistin' huc jam antea?

MNES. Eccequotannis.

CLIS. Et quænam est tua contubernalis?

MNES. Quædam.

CLIS. Heu me miserum! nihil dicis.

MUL. V. Amove te. Ego enim examinabo hanc probe e sacris superioris anni: tu vero hinc recede, ne audias, qui vir es. At tu, dic mihi, quid primum nobis sacrorum ostensum fuit? agedum, quid primum erat?

MNES. Quid primum? bibebamus.

MUL. V. Quid vero post hoc secundum?

MNES. Propinabamus.

MUL. V. Hæc quidem audivisti ex aliquo. Quid vero tertium?

MNES. Scaphium Xenylla petiit: non enim aderat matula.

MUL. V. Nihil dicis. Huc veni, huc, Clisthenes: hic est vir, quem autumas.

CLIS. Quid igitur faciam?

MUL. V. Vestes illi exue: nihil enim sani dicit.

MNES. Itane vestes exuetis mihi, novem liberorum matri?

CLIS. Solve cito strophium, impudentissima.

MUL. V. Ut et firma videtur, et robusta! nec edepol mammas, uti nos, habet.

MNES. Nempe sterilis sum, nec unquam prægnans fui.

MUL. V. Itane nunc? Paulo ante vero mater eras novem liberorum.

CLIS. Sta erectus. Quo penem trudas deorsum?

MUL. V. Eccum, vide, prominet, et optimi coloris est.

Mν. τὸν δεῖνα, τὸν τοῦ δεῖνα.

Κλ. ληρσεῖν μοι δοκεῖς.

Mν. ἀνηλθεῖς ἤδη δεῦρο πρότερον;

νῆ Δία,

ὄσ' ἔτη γε.

Κλ. καὶ τίς σοῦ ἴστι συσκηνήτρια;

Mν. ἢ δεῖν' ἔμοιγ'.

Κλ.

οἷ μοι τάλας, οὐδὲν λέγεις.

Γυ. ε'. ἄπελθ'. ἐγὼ γὰρ βασανιῶ ταύτην καλῶς ἐκ τῶν ἱερῶν τῶν πέρουσι· σὺ δ' ἀπόστηθί μοι, ἵνα μὴ πακούσης ὦν ἀνήρ. σὺ δ' εἴπ' ἐμοί, ὅ τι πρῶτον ἡμῖν τῶν ἱερῶν ἐδείκνυτο. φέξ' ἴδω, τί πρῶτον ἦν;

Mν.

τί πρῶτον; ἐπίνομεν.

Γυ. ε'. τί δὲ μετὰ τοῦτο δεύτερον;

Mν.

πρὸςπίνομεν.

Γυ. ε'. ταυτὶ μὲν ἠκουσάς τινος· τί δὲ τὸ τρίτον;

Mν. σκάφιον Ξένυλλ' ᾔτησεν· οὐ γὰρ ἦν ἀμῖς.

Γυ. ε'. οὐδὲν λέγεις. δεῦρ' ἔλθθ', δεῦρ', ὦ Κλειςίδεες· ὄδ' ἔστιν ὠνήθ, ὃν λέγεις.

Κλ.

τί οὖν ποιῶ;

Γυ. ε'. ἀπόδυσον αὐτόν· οὐδὲν ὑγιὲς γὰρ λέγει.

Mν.

κᾶπειτ' ἀποδύσεται ἑννέα παιδῶν μητέρα;

Κλ.

χάλα ταχέως τὸ στρόφιον, ὦ ναίσχυντε σύ.

Γυ. ε'.

ὡς καὶ στιβαρά τις φαίνεται καὶ καστεργά· καὶ, νῆ Δία, τιτθούς γ', ὥσπερ ἡμεῖς, οὐκ ἔχει.

Mν.

στεριφὴ γὰρ εἰμι, κοῦκ ἐκύησα πάποτε.

Γυ. ε'.

νῦν; τότε δὲ μήτηρ ἦσθα παιδῶν ἑννέα.

Κλ.

ἀνίστασ' ὀρθός. ποῖ τὸ πέος ὠθεῖς κάτω;

Γυ. ε'.

τόδ', ἰδοῦ, ἔκυψε, καὶ μάλ' εὐχρων, ὦ τάλαν.

Κλ. καὶ ποῦ ἔστιν ;

Γυ. ε'. αὐθις ἐς τὸ πρόσθεν οἴχεται.

Κλ. οὐκ ἔν γε ταυθί.

Γυ. ε'. ἀλλὰ δεῦρ' ἦκει πάλιν.

Κλ. ἰσθμόν τιν' ἔχεις, ἄνθρωπ' ἄνω τε καὶ κάτω
τὸ πῶς διέλκεις πυκνότερον Κορινθίων.

Γυ. ε'. ὁ μίαρὸς οὗτος ταῦτ' ἄρ' ὑπὲρ Εὐριπίδου
ἡμῖν ἐλοιδορεῖτο.

Μν. κακοδαίμων ἐγὼ,
εἰς οἷ' ἐμαυτὸν εἰσεκύλισα πράγματα.

Γυ. ε'. ἄγε δὴ, τί δρῶμεν ;

Κλ. τουτοὶ φυλάττετε

καλῶς, ὅπως μὴ διαφυγῶν οἰχῆσεται·
ἐγὼ δὲ ταῦτα τοῖς Πρωτάνεσιν ἀγγελῶ.

Χορός.

ἡμᾶς τοῖνον μετὰ τοῦτ' ἤδη τὰς λαμπάδας ἀψαμένους χρῆ
ξυζωσαμένους τ' εὖ κἀνδρείως, τῶν θ' ἱματίων ἀποδύσας,
ξητεῖν εἰ που κἄλλος τις ἀνὴρ ἐσελήλυθε, καὶ περιθρέξαι
τὴν πνύκα πᾶσαν, καὶ τὰς σκηνάς, καὶ τὰς διόδους διαθεῆσαι,

Ημ. εἶα δὴ πρόωιστα μὲν χρῆ κούφον ἐξορμαῖν πόδα,
καὶ διασκοπεῖν σιωπῇ πανταχῇ· μόνον δὲ χρῆ
μὴ βραδύνειν, ὡς ὁ καιρὸς ἐστὶ μὴ μέλλειν ἔτι,
ἀλλὰ τὴν πρόωιτην τρέχειν χρῆ ὡς τάχιστα ἤδη κύκλω.

εἶα νῦν ἴχνευε, καὶ μάτευε ταχὺ πάντ',
εἴ τις ἐν τόποις ἐδραῖος ἄλλος αὐτὸν ἐλέηθεν ὦν.

πανταχῇ διάριψον ὄμμα,

καὶ τὰ τῆδε καὶ τὰ δεῦρο πάντ' ἀνασκόπει καλῶς.

ἦν γὰρ μὴ λάθῃ δράσας ἀνόσια,

δώσει τε δίκην, καὶ πρὸς τούτῳ

CLIS. At ubi est ?

MUL. V. Rursus in anteriorem partem abit.

CLIS. Utique hic non est.

MUL. V. Etenim huc revertitur.

CLIS. Isthmum aliquem habes, homo : sursumque et deorsum
penem trahis retrahisque frequentius quam Corinthii.

MUL. V. Nimirum scelestus hic ista nobis convicia dixit
Euripidis defendendi gratia.

MNES. Me miserum ! in quas memet conjeci molestias !

MUL. V. Agedum quid faciemus ?

CLIS. Hunc adservate sedulo, ne fuga hinc elabatur : ego vero
ista Prytanibus nuntiabo.

CHOR. Nos igitur deinceps lampadas jam accendere oportet,
succintasque bene et viriliter, pallisque exutas, quærere, an forte
et alius vir clam ingressus sit, et obire Pnycem totam, tentoria-
que et vias perlustare.

SEM. Eia igitur primum quidem oportet levem efferre pedem,
et dispicere quaquaversum silentio : maxime vero oportet prope-
rare : nam cunctandi copia non est amplius : sed quamprimum
oportet citissime in orbem currere. Eia age nunc investiga, et
scrutare celeriter cuncta, an quis in his locis insidiator alius for-
te delitescat. Quaquaversum circumfer oculos, et tam ab illa,

quam ab hac parte omnia dispice accurate. Si enim non latuerint cœpta ejus impia, non solum dabit pœnas, sed præterea etiam aliis omnibus erit exemplum injuriæ, injustorumque facinorum, et impiorum morum: dicetque esse deos manifesto: documentoque crit in posterum omnibus hominibus venerari deos, et juste pietatem colentes, legibusque consentanea cogitantes, recte facere. Et nisi hæc faciant, talia illis erunt: eorum si quis deprehensus fuerit in nefario facinore, furore ardens, rabieque insanus, si quid fecerit, omnibus manifesto apparebit feminis et mortalibus, injuste et impie factorum pœnas deum repetere confestim solvendas.

CHOR. Sed nobis videntur omnia fere perspecta esse recte: non enim conspicimus ullum alium inter nos latitantem.

MUL. VI. Ah, ah! Quo, quo fugis? heus, heus tu, non manebis? miseram me, miseram! et infante raptο ab uberibus meis e conspectu aufugit.

MNES. Clama quantumlibet: at hunc nunquam præmansis nutries buccellis, nisi me amittatis: sed hic super femora percussus gladio cruentas venas, sanguine imbuet aram.

τοῖς ἄλλοισίν γ' ἔσται πᾶσιν
παράδειγμ' ἕβρεως, ἀδίκων τ' ἔργων,
ἀθέων τε τρόπων·
φήσει δ' εἶναί τε θεοὺς φανερωῶς,
δείξει τ' ἤδη
πᾶσιν ἀνθρώποις σεβίζειν δαίμονας,
δικαίως τ' ἐφέποντας
ὅσια, καὶ νόμιμα μηδομένους,
ποιεῖν ὅ τι καλῶς ἔχει.
καὶ μὴ ποιῶσι ταῦτα, τοιάδ' ἔσται·
αὐτῶν ὅταν ληφθῆ τις ἀνόσια δρῶν,
μανίαις φλέγων,
λύσση παράκοπος,
εἴ τι δρώη, πᾶσιν ἐμφανὲς ὄραῖν
ἔστιν γυναιξὶ καὶ βροτοῖς,
ὅτι τὰ παρὰ νόμα, τὰ τ' ἀνόσια, θεὸς
ἀποτίνεται,
παραχρημὰ τε τίνεται.

Xo. ἀλλ' ἔοιχ' ἡμῖν ἅπαντ' ἄπως διεσκέφθαι καλῶς.
οὐχ ὄρωμεν γοῦν ἔτ' ἄλλον οὐδέν' ἐγκαθήμενον.

Γυ. ζ'.
ᾶ, ᾶ.

ποῖ, ποῖ σὺ φεύγεις; οὗτος, οὗτος, οὐ μενεῖς;
τάλαινα' ἐγὼ, τάλαινα, καὶ τὸ παιδίον
ἐξαρπάσας μοι φροῦδος ἀπὸ τοῦ τιτθίου.
Μν. κέκραχθι τοῦτο δ' οὐδέποτε σὺ ψαμμεῖς,
ἦν μὴ μ' ἀφήτ'. ἀλλ' ἐνθάδ', ἐπὶ τῶν μηρῶν
πληγὴν μαχαίρα τῆδε φοινίας φλέβας,
καδαίματώσει βωμόν.

- Γυ. ζ'. ὦ τάλαιν' ἐγώ.
 γυναῖκες οὐκ ἀρήξετ' ; οὐ πολλὴν βοήν
 στήσεσθε καὶ τροπαῖον ; ἀλλὰ τοῦ μόνου
 τέκνου με περιόψεσθε ἀποστερουμένην ;
- Χο. ἔα, ἔα.
 ὦ πῶτοναι Μοῖραι, τί δὲ δέρκομαι
 νεοχμὸν αὐτέρας.
 ὡς ἅπαν γὰρ ἐστὶ τόλμης ἔργα κἀναισχυντίας.
 οἷον αὖ δέδρακεν ἔργον, οἷον αὖ, φίλαι, τόδε ;
- Μν. οἷον ὑμῶν ἐξαράξω τὴν ἄγαν αὐθαδίαν.
- Χο. ταῦτα δῆτ' οὐ δεινὰ πράγματ' ἐστὶ, καὶ περαιτέρω ;
- Γυ. ζ'. δεινὰ δῆτ' ὅτι γ' ἔχει μου ἕξαπάσας τὸ παιδίον.
- Χο. τί ἂν οὖν εἴποι πρὸς ταῦτά τις, ὅτε
 τοιαῦτα ποιῶν ὄδ' ἀναισχυντεῖ ;
- Μν. κοῦπω μέντοι γε πέπαυμαι.
 ἀλλ' οὐδ' ἤξεῖς ὄθεν ἦκεις,
 φαύλως τ' ἀποδράς, οὐ λέξεῖς
 οἷον δράσας διέδυσ ἔργον.
 λήψει δὲ κακόν.
- Μν. τοῦτο μέντοι μὴ γένοιτο μηδαμῶς, ἀπεύχομαι.
- Χο. τίς οὖν σοι, τίς ἂν ξύμμαχος ἐκ θεῶν
 ἀθανάτων ἔλθοι ξὺν ἀδίκους ἔργοις ;
- Μν. μάτην λαλεῖτε· τὴν δ' ἐγὼ οὐκ ἀφήσω.
- Χο. ἀλλ' οὐ, μὰ τῶ θεῶ, τάχ' οὐ
 χαίρων ἴσως ἐνυθρίσεις,
 λόγους τε λέξεῖς ἀνοσίους.
 ἀθέοις ἔργοις γὰρ ἀντα-
 μειψόμεσθ' ἄ σ', ὡσπερ εἰκὸς, ἀντὶ τῶνδε.

- MUL. VI. O me miseram ! annon opem feretis, mulieres, et clamore multo sublato, statuetis de hoc tropæum ? sed unico infante me sinetis impune privarier ?
- CHOR. Ah, ah ! ô venerandæ Parcæ, quodnam video novum rursus prodigium ? ut nihil aliud reperire est, quam audaciæ facinora et impudentiæ ! quale rursus fecit facinus ! quale, amicæ, hoc !
- MNES. Quomodo vestram effrænata insolentiam retundam ?
- CHOR. Nonne indigna hæc sunt, et ultra omnem modum ?
- MUL. VI. Indigna utique, quod meum mihi eripuit infantem.
- CHOR. Quid ergo dicendum est ad hæc ? quum talia faciens frontem adeo perfricat.
- MNES. Necdum sane desii.
- MUL. VI. Sed non eo redibis, unde venisti : nec facile fuga hinc elapsus dices, quantum ausus scelus evaseris : male vero peribis.
- MNES. Hoc quidem nunquam fiat ; abominor.
- CHOR. Quis igitur deorum immortalium te adjutum veniat, qui tam impie te geras ?
- MNES. Frustra blateratis : nam ego hanc parvolam nunquam amittam.
- CHOR. Sed, per Deas, haud impune mox in nos illudes, verbaque dices impia. Nefariis enim factis vicissim, ut par est,

hæc tua ulciscemur. Fortasse autem te, conversa ad malum diversi generis, inhibebit fortuna quædam.

MUL. VI. Sed his adsumtis mulieribus, oportet te ligna efferre, et comburere improbum istum, igneque ustulare quam citissime. Quæstitum eamus sarmenta, ô Mania; nam ego te reddam titionem hodie.

MNES. Succende et combure. Tu vero Creticum amiculum exue cito, et mortis tuæ, infans, solam ex mulieribus accusa matrem tuam. Quid hoc rei est? in utrem mutata est puella vino plenum, etiam Persicas habentem. O calidissimæ mulieres, ô bibacissimæ, et ex quacunque re excogitantes rationem bibendi: ô magnum cauponibus bonum, nobis autem contra malum: malum vero etiam suppellectili et subtemini.

MUL. VI. Admove multa sarmenta, Mania.

MNES. Admoveas licet. Tu vero responde mihi hoc: hunc infantem peperisse te dicis?

MUL. VI. Et decem menses illum in utero gestavi.

MNES. Gestastin' tu?

MUL. VI. Ita me sospitet Diana.

MNES. Trium cotylarum, aut quanti capacem? dic mihi.

MUL. VI. Quid mihi fecisti? exuisti, impudens, meum infantem vestibus, qui tantillus est.

MNES. Tantillus?

τάχα δέ σε μεταβαλοῦσ'
ἐπὶ κακὸν ἑτερότροπον
ἐπέχει τις τύχη.

ἀλλὰ τάσδε μὲν λαβεῖν χρῆν σ', ἐκφέρειν τε τῶν ξύλων,
καὶ καταίθειν τὸν πανοῦργον, πυρπολεῖν δ' ὅσον τάχος.

Γ. ζ'. Ἰαμεν ἐπὶ τὰς κληματίδας, ᾧ Μανία·
καὶ γὰρ σ' ἀποδείξω θυμάλωπα τήμερον.

Μν. ὕφαπτε καὶ κάταιθε· σὺ δὲ τὸ Κρητικὸν
ἀπόδυδι ταχέως· τοῦ θανάτου δ', ᾧ παιδίον,
μόνην γυναικῶν αἰτιῶ τὴν μητέρα.
τουτὶ τί ἐξίν; ἀσκὸς ἐγένεθ' ἡ κόρη
οἴνου πλέως, καὶ ταῦτα Περσικὰς ἔχων.
ᾧ θερμόταται γυναῖκες, ᾧ ποτίσταιται,
καὶ παντὸς ὑμῖν μηχανώμεναι πειεῖν,
ᾧ μέγα καπήλοις ἀγαθὸν, ἡμῖν δ' αὖ κακόν·
κακὸν δὲ καὶ τοῖς σκευαίοις, καὶ τῇ κρόκη.

Γ. ζ'. παραβάλλε πολλὰς κληματίδας, ᾧ Μανία.

Μν. παραβάλλε δῆτα· σὺ δ' ἀπόκριναι μοὶ τοδί.
τουτὶ τεκεῖν φῆς;

Γ. ζ'. καὶ δέκα μῆνας αὐτ' ἐγὼ
ἤνεγκον.

Μν. ἤνεγκες σύ;

Γ. ζ'. νῆ τὴν Ἄρτεμιν.

Μν. τρικότυλον; ἢ πῶς; εἴπ' ἐμοί.

Γ. ζ'. τί μ' εἰργάσασ;

ἀπέδυσας, ᾧ ναίσχυντέ, μου τὸ παιδίον,
τυννοῦτον ὄν.

Μν. τυννοῦτο;

- Γυ. ζ'. μικρόν, νη Δία.
 Μν. *πόσ' ἔτη δὲ γέγονε; τρεῖς χοᾶς, ἢ τέτταρας;*
 Γυ. ζ'. *σχεδὸν τοσοῦτον, καὶ ὅσον ἐκ Διονυσίων.*
ἀλλ' ἀπόδος αὐτό.
 Μν. μὰ τὸν Ἀπόλλω τουτονί.
 Γυ. ζ'. *ἐμπρήσομεν τοῖνον σε.*
 Μν. πάνυ γ' ἐμπίμπρατε·
αὕτη δ' ἀποσφαγήσεται μάλ' αὐτίκα.
 Γυ. ζ'. *μὴ δῆδ', ἱκετεύω σ'. ἀλλ' ἔμ' ὅ τι χεῖρῖς ποίει*
ὑπέρ γε τούτου.
 Μν. Φιλότεκνός τις εἴ φύσει.
ἀλλ' οὐδὲν ἤτιον ἢδ' ἀποσφαγήσεται.
 Γυ. ζ'. *οἴμοι τέκνον. δός μοι τὸ σφαγεῖον, Μανία,*
ἵν' οὖν τό γ' αἶμα τοῦ τέκνου τοῦ μοῦ λάβω.
 Μν. *ὑπεχ' αὐτὸ, χαρισθῆναι γὰρ ἐν γε τοῦτό σοι.*
 Γυ. ζ'. *κακῶς ἀπόλοι'. ὡς φθονερός εἶ καὶ δυσμενής.*
 Μν. *τουτὶ τὸ δέρμα τῆς ἱερείας γίγνεται.*
 Γυ. ζ'. *τί τῆς ἱερείας γίγνεται;*
 Μν. τουτὶ λαβέ.
 Γυ. η'. *ταλαντάτη Μίκα, τίς ἐξεκόρησέ σε;*
τίς τὴν ἀγαπητὴν παῖδά σου ἔξηρήσατο;
 Γυ. ζ'. *ὁ πανοῦργος οὗτος. ἀλλ', ἐπειδήπερ πάρει,*
φύλαξον αὐτὸν, ἵνα, λαβοῦσα Κλεισθένη,
τοῖσιν Πρωτάνεσιν, ἂ πεποίχη' οὗτος, φεράσω.
 Μν. *ἄγε δὴ τίς ἔσται μηχανὴ σωτηρίας;*
τίς πείρα, τίς ἐπίνοι'; ὁ μὲν γὰρ αἴτιος,
καὶ μ' ἐσκυλίσας ἐς τοιαυτὰ πρᾶγματα,
οὐ φαίνεται οὔπω. φέρε, τίν' ἂν, τίν' ἄγγελον

- MUL. VI. Per ecastor parvus.
 MNES. Quot annos vero natus est? tres congios, an quatuor?
 MUL. VI. Fere tantum, et quantum temporis a proximis
 Liberalibus effluxit. Sed redde eum.
 MNES. Non. Testis mihi sit hic Apollo.
 MUL. VI. Cremabimus igitur te.
 MNES. Cremetis licet: hæc vero jugulabitur illico.
 MUL. VI. Ne facias, obsecro te: sed me, potius quam hunc,
 quocunque vis, affice malo.
 MNES. Amans liberorum videris esse natura: sed nihilomi-
 nus hæc jugulabitur.
 MUL. VI. Hei mihi, filia! Da mihi alveum, Mania, ut sal-
 tem sanguinem filiae meæ excipiam.
 MNES. Subpone eum: gratificabor enim hoc unum tibi.
 MUL. VI. Male pereas. Quam invidus es et malevolus!
 MNES. Pellis hæc sacerdoti cedit.
 MUL. VI. Quid cedit sacerdoti?
 MNES. En accipe.
 MUL. VII. Miserrima Mica, quis puella te privavit? Quis
 dilectam et unicam filiolum tibi eripuit?
 MUL. VI. Improbus hic. Sed quandoquidem ades, custodi
 ipsum, ut adsumto comite Clisthene, Prytanibus, quæ fecit
 scelestus ille, indicem.
 MNES. Age vero, quænam erit ratio expediendæ salutis?
 quis conatus, quod commentum? auctor enim hujus negotii, et

qui me coniecit in tantas molestias, nondum usquam apparet Age, quemnam, quem nuntium mittere possim ad eum? At rei expediendæ rationem novi ex Palamede. Ut ille, literis inscriptas palmulas projiciam. Sed non sunt in promptu palmulæ. Undenam misero fieri possit palmularum copia? unde? Quid vero si pro palmulis has statuas literis inscriptas disjecero? melius multo id fuerit. Lignum enim et hæ sunt, et illæ erant lignum. O manus meæ, aggredi oportet rem, quæ viam nobis ad salutem aperit. Agite igitur, tabellarum politarum plagulæ, recipite scalpri sulcos, nuntios meorum malorum. (hei mihi! malum est istuc Rho: nam quem per sulcum vadit?) Ite, festinate per omnes vias, hac, illac: celeritate opus est.

CHOR. Nos vero ad spectatores conversæ, nosmetipsas laudemus; quamvis nemo non muliebri generi multa convicia dicat, quasi merum simus malum hominibus, et a nobis oriantur omnia, lites, rixæ, seditio, molestus dolor, bellum. Sed quæso vos, si malum sumus, cur ducitis nos uxores, si vere malum sumus? et interdicitis, ne exeamus, et ne quæ nostrum ex fenestra prospiciens deprehendatur? quin tanto labore malum studetis custodire? Quod si egressa fuerit mulier aliquo, neque inveniatis eam domi, insanum in modum insanitis, quos oportebat diis libare et lætari, si revera ex ædibus evaserit vobis malum, nec illud reperiretis domi. Et si forte lusu defatigatæ dormia-

πέμψαιμ' ἐπ' αὐτόν; οἶδ' ἐγὼ καὶ δὴ πόρον ἐκ τοῦ Παλαμήδους. ὡς ἐκεῖνος, τὰς πλάτας ῥίψω γράφων. ἀλλ' οὐ πάρεσιί μοι πλάται. πόθεν οὖν γένοιτ' ἂν ἀθλίω πλάται; πόθεν; τί δ' ἂν, εἰ ταδί τὰγάλματ' ἀντὶ τῶν πλατῶν γράφων διαῤῥίπτοιμι; βέλτιον πολύ. ξύλον γέ τοι καὶ ταῦτα, κακείν' ἦν ξύλον.

ὦ χεῖρες ἐμαί,

ἐγχειρεῖν χρῆν ἔσγω πορίμω.

ἄγε δὴ πινάκων ξεστῶν δέλτοι,

δέξασθε σμίλης ὀλκούς,

κήρυκας ἐμῶν μόχθων. (οἴμοι

τουτὶ τὸ ῥῶ μοχθηρὸν,

χωρεῖ, χωρεῖ ποῖαν αὐλακα;)

βάσκειτ', ἐπείγετε πάσας καθ' ἰδοῦς,

κείνη, ταύτη' ταχέως χεῖ.

Χορός.

ἡμεῖς τοίνυν ἡμᾶς αὐτὰς εὖ λέξωμεν παραδᾶσαι. καὶ τοι πᾶς τις τὸ γυναικεῖον φύλον κακὰ πόλλ' ἀγορεύει, ὡς πᾶν ἐσμὲν κακὸν ἀνδράποισ, καὶ ἡμῶν ἐστὶν ἅπαντα, ἔριδες, νείκη, στάσις, ἀργαλέα λύπη, πόλεμος. Φέρε δὴ νῦν, εἰ κακὸν ἐσμὲν, τί γαμειθ' ἡμᾶς, εἴπερ ἀληθῶς κακὸν ἐσμὲν; καὶ παγορεύετε μὴτ' ἐξελεῖν, μὴτ' ἐγκύψασαν ἀλῶναι; ἀλλ' οὕτωσὶ πολλῆ σπουδῆ τὸ κακὸν βούλεσθε φυλάττειν; καὶ ἐξελεῖν τὸ γυναικίον ποί, καὶ εὖροισ' αὐτὸ θύραισιν, μανίας μαίνεσθ', οὓς χεῖν σπένδειν καὶ χαίρειν, εἴπερ ἀληθῶς ἐνδοθεν εὖρετε φροῦδον τὸ κακὸν, καὶ μὴ κατελαμβάνετ' ἐνδον. καὶ καταδαρθῶμεν ἐν ἀλλοτρίων παῖσασαι καὶ κοπιῶσαι,

πᾶς τις τὸ κακὸν τοῦτο ζητεῖ, περὶ τὰς κλίνας περινοσῶν.
 κἄν ἐκ θυρίδος παρακύπτωμεν, ζητεῖ τὸ κακὸν τεθεῶσθαι·
 κἄν αἰσχυνθεῖς ἀναχωρήσῃ, πολὺ μᾶλλον πᾶς ἐπιθυμεῖ
 αὐθις παρακύψαν ἰδεῖν τὸ κακόν. οὕτως ἡμεῖς ἐπιδήλως
 ὑμῶν ἐσμὲν πολὺ βελτίους· βάσανός τε πάρεσιν ἰδέσθαι.
 βάσανον δῶμεν, πότεροι χεῖρους. ἡμεῖς μὲν γὰρ φαμὲν ὑμᾶς·
 ὑμεῖς δ' ἡμᾶς. σκεψώμεθα δὴ, κἄν τιτιθῶμεν πρὸς ἕκασον,
 παραβάλλουσαι τῆς τε γυναικὸς καὶ τάνδρος τοῦνομ' ἕκασον.
 Ναυσιμάχης μὴν ἤττων ἐστὶν Χαρμῖνος· δῆλα δὲ τάργα.
 καὶ μὲν δὴ καὶ Κλεοφῶν χείρων πάντως δήπερ Σαλαβακχῆς.
 πρὸς Ἀριστομάχην δὲ χρόνε πολλῆ, πρὸς ἐκείνην τὴν Μαραθῶνι,
 καὶ Στρατονίκην, ὑμῶν οὐδεὶς οὐδ' ἐγχειρεῖ πολεμίζειν.
 ἀλλ' Εὐβούλης τῶν πέρυσιν τις βουλευτῆς ἐστὶν ἀμείνων,
 παραδοὺς ἐτέρῳ τὴν βουλείαν; οὐδ' αὐτὸς τοῦτό γε φήσει.
 οὕτως ἡμεῖς πολὺ βελτίους τῶν ἀνδρῶν εὐχόμεθα εἶναι.
 οὐδ' ἂν κλέψασα γυνὴ ζεύγει κατὰ πενήκοντα τάλαντα
 εἰς πόλιν ἔλθοι τῶν δημοσίων· ἀλλ' ἦν τὰ μέγισθ' ὑφέληται,
 φορμὴν πυρῶν τάνδρος κλέψασ', ἀδῆμερον αὐτ' ἀπέδωκεν.

ἀλλ' ἡμεῖς ἂν πολλοὺς τούτων
 ἀποδείξαιμεν ταῦτα ποιοῦντας·
 καὶ πρὸς τούτοις γάστριδος ἡμῶν
 ὄντας μᾶλλον, καὶ λωποδύτας,
 καὶ βαμολόχους, κἀνδραποδιστάς.
 καὶ μὲν δήπου καὶ τὰ πατρῷά γε
 χεῖρους ἡμῶν εἰσὶν σώζειν.
 ἡμῖν μὲν γὰρ σῶν ἔτι καὶ νῦν
 τάντιον, ὁ κακῶν, οἱ καλαδίσχοι,
 τὸ σκιάδειον·

mus in alienis ædibus, unusquisque malum hoc investigat, lec-
 tos circumiens. Et si e fenestra prospexerimus, studet quilibet
 malum illud spectare: et si quæ pudore suffusa recesserit, mul-
 to magis quisque cupit, ut caput exserens malum rursus se con-
 spiciendum præbeat. Adeo nos manifesto sumus vobis multo
 meliores: idque ex instituto examine apparere potest. Examini-
 nemus, utri deteriores sint: nos enim dicimus vos: vos vero
 nos. Consideremus igitur, et opponamus singulos singulis,
 comparantes feminæ et viri nomina singula inter se. Nausi-
 machæ scilicet cedit Charminus: manifesta enim sunt facta:
 et Cleophon deterior omnino est Salabaccha: cum Aristomachæ
 vero, prænobili illa Marathonia, et cum Stratonice nemo ves-
 trum a longo jam tempore, ne conatur quidem certare. Sed Eu-
 bulæ aliquis ex superioris anni senatoribus præstat, qui scilicet
 alteri munus senatorium cessit? At ne ipse quidem hoc dixeris.
 Sic itaque nos multo meliores viris gloriamur esse. Neque fe-
 mina, quæ ex publica pecunia quinquagena talenta furari con-
 sueverit, bigis urbem invehitur: sed, quum plurimum surripit,
 sportam tritici viro suffurata, eodem die illam reddit. Sed nos
 horum multos ostendere possemus ista facientes, et præterea ven-
 tri, magis quam nos, deditos, et grassatores, et scurras, et pla-
 giarios. Quin immo patrimonia multo minus quam nos con-
 servare sciunt. Nobis enim salvum usque adhuc liciatorium,
 scapus textorius, calathisei, umbella: viris autem hisce nostris
 periit quidem multis scapus ex ædibus, cum ipsa lancea: multi
 autem alii bellicis in expeditionibus ab humeris abjecerunt cly-
 peum.

De multis mulieres nos jure expostulare possemus cum viris :
de uno vero præcipue, quod est omnium longe maximum.
Oportebat enim, nostrarum si quæ peperisset utilem civitai
virum, ordinum ductorem, vel imperatorem, adfici honore ali-
quo, primamque sedem illi tribui in festo Steniorum et Scirorum,
aliisque festis, quæ celebrare solemus. Sin timidum et inutilem
virum quædam peperisset femina, vel trierarchum ignavum,
vel gubernatorem imperitum, posteriorem eam sedere, capite
detonso, illa, quæ fortem virum peperisset. Qui enim par est,
ô cives, Hyperboli matrem sedere, albis indutam vestibus, et
promissa coma, juxta matrem Lamachi, et fœnori locare pe-
cuniam ? cui, si fœnori alicui dedisset, et fœnus exigeret, oportebat dare neminem usuras, sed auferre vi pecuniam cum hoc dicto : *Digna scilicet es fœnore, quæ talem peperisti factum !*

MNESILOCHUS, MULIER VII. EURIPIDES,

PRYTANIS, CHORUS:

MNES. Strabus factus sum, dum expectans oculorum aciem

τοῖς δ' ἡμετέροις ἀνδράσι τοῦτοις
ἀπόλωλεν μὲν πολλοῖς ὁ κανὼν
ἐκ τῶν οἴκων αὐτῇ λόγχῃ.
πολλοῖς δ' ἑτέροις ἀπὸ τῶν ὤμων
ἐν ταῖς στρατιαῖς
ἔρριπται τὸ σκιαδεῖον.

πόλλ' ἂν αἱ γυναῖκες ἡμεῖς ἐν δίκῃ μεμψαίμεθ' ἂν
τοῖσιν ἀνδράσιν δικαίως· ἐν δ' ὑπερφυστατον.
χρῆν γὰρ, ἡμῶν εἰ τέκοι τις ἄνδρα χρηστὸν τῇ πόλει,
ταξίαρχον, ἢ στρατηγόν, λαμβάνειν τιμὴν τινα,
προεδρίαν τ' αὐτῇ δίδοσθαι Στηνίοισι καὶ Σκίροις,
ἐν τε ταῖς ἄλλαις ἑορταῖς, αἷσιν ἡμεῖς ἤγομεν·
εἰ δὲ δειλὸν καὶ πονηρὸν ἄνδρα τις τέκοι γυνή,
ἢ τριήραρχόν πονηρὸν, ἢ κυβερνήτην κακόν,
ὑστέραν αὐτὴν καθῆσθαι, σκάφιον ἀποκεκαρμένην,
τῆς τὸν ἀνδρεῖον τεκούσης. τῷ γὰρ εἰκὸς, ὦ πόλις,
τὴν Ὑπερόλου καθῆσθαι μητέρ' ἡμφισμένην
λευκά, καὶ κόμας καθεῖσαν, πλησίον τῆς Λαμάχου,
καὶ δανείζειν χρήμαθ', ἢ χρῆν, εἰ δανείσειέν τιμι,
καὶ τόκον πρᾶττοιο, δίδόναι μὴδέν' ἀνθρώπων τόκον,
ἀλλ' ἀφαιεῖσθαι βία τὰ χρήματ', εἰπόντας τοδί·
ΛΞΙΑ ΓΟΥΝΕΙ ΤΟΚΟΥ, ΤΕΚΟΥΣΑ ΤΟΙΟΥΤ-
ΤΟΝ ΤΟΚΟΝ.

ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ, ΓΥΝΗ Η, ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ,
ΠΡΥΤΑΝΙΣ, ΧΟΡΟΣ.

Μν. ΙΛΛΟΣ γεγένημαι προσδοκῶν· ὁ δ' οὐδέπω.
τί δῆτ' ἂν εἴη τοῦμποδῶν ; οὐκ ἔσθ' ὅπως

οὐ τὸν Παλαμήδην ψυχρὸν ὄντ' αἰσχύνεται.
 τῷ δῆτ' ἂν αὐτὸν προσαγαγείμην δράματι;
 ἐγῶδα τὴν καινὴν Ἑλένην μιμήσομαι.
 πάντως ὑπάρχει μοι γυναικεία στολή.

Γυ. ἡ'. τί αὖ σὺ κυκανῆς; ἢ τί κοικύλλεις ἔχων;
 πικρὰν Ἑλένην ὄψει τάχ', εἰ μὴ κοσμίως
 ἔξεις, ἕως ἂν τῶν Πρυτανέων τις φανῇ.

Μνησιλόχος ὡς Ἑλένη.

“ Νείλου μὲν αἶδε καλλιπάρθενοι ῥοαί,
 “ ὃς ἀντὶ δίας ψεκάδος Αἰγύπτου πᾶσον
 “ λευκῆς νοτίζει μελανοσυρμαῖον λεῶν.

Γυ. ἡ'. πανοῦργος εἶ, νῆ τὴν Ἑκάτην τὴν Φωσφόρον.

Μν. “ ἐμοὶ δὲ γῆ μὲν πατρὶς οὐκ ἀνώνυμος,
 “ Σπάρτη, πατὴρ δὲ Τυνδάρεως.

Γυ. ἡ'. σοὶ γ' ὦ *λεθρε,

πατὴρ ἐκεῖνός ἐστι; Φρυγώνδας μὲν οὖν

Μν. “ Ἑλένη δ' ἐκλήθη.

Γυ. ἡ'. αὐθις αὖ γίγναι γυνή,
 πρὶν τῆς ἐτέρας δοῦναι γυναικίσεως δίκη;

Μν. “ ψυχαὶ δὲ πολλαὶ δι' ἐμ' ἐπὶ Σκαμανδρίαις
 “ ῥοαῖσιν ἔθανον.

Γυ. ἡ'. ὄφελος δὲ καὶ σὺ γε.

Μν. “ καὶ γὰρ μὲν ἐνθάδ' εἶμ' ὁ δ' ἄθλιος πόσις

“ οὐμὸς Μενέλεως οὐδέπω προσέρχεται.

“ τί οὖν ἔτι ζῶ τῶν κοράκων πονηρίαι;

“ ἀλλ' ὥσπερ αἰκάλλει τι καρδίαν ἐμὴν,

“ μὴ ψεῦσον, ὦ Ζεῦ, τῆς ἐπιούσης ἐλπίδος

Εὐριπίδης ὡς Μενέλαος.

“ τίς τῶνδ' ἐρυμνῶν δωμάτων ἔχει κράτος,

illuc defigo: ille autem nondum apparet. Quid, miror, impedimento esse possit? fieri sane non potest, quin eum frigidi Palamedis pudeat. Qua igitur illum adducere queam fabula? At novi; recentem Helenam imitabor. Omnino enim mihi est muliebris vestitus.

MUL. VII. Quid rursus machinaris? aut quid circumspicias? acerbam Helenam videbis mox, nisi modeste te geras, donec Prytanum aliquis veniat.

MNES. ut HELENA. Nili hæc sunt pulchris Nymphis decora fluentia, qui pro cœlesti pluvia Ægypti solum candidæ irrigat, nigra syrmaea victitantem populum.

MUL. VII. Omnium machinarum peritus es, per Hecaten luciferam.

MNES. Mihi vero patria est quidem haud ignobilis, Sparta: pater autem Tyndareus.

MUL. VII. Tibine, ô perditæ, iste est pater? immo vero Phrynondas.

MNES. Helena autem vocor.

MUL. VII. Fis rursus femina, antequam prioris fraudis, qua feminam mentitus es, dederis pœnas?

MNES. Viri autem multi propter me ad Scamandria fluentia occubuerunt.

MUL. VII. Utinam tu quoque!

MNES. Et ego equidem hic sum; at miser maritus meus Menelaus nondum advenit. Quid igitur vivo corvorum ignavia? sed aliquid quasi blanditur cordi meo. Ne frusteris, ô Jupiter, appropinquante m spem meam.

EUR. ut MENELAUS. Quis harum munitarum ædium est dominus, qui hospites excipiat in mari fluctibus agitato tempestatem passos et naufragium?

MNES. Protei hæc est domus.

EUR. Cujusnam Protei?

MUL. VII. O infelicissime, mentitur ecastor. Nam mortuus est Proteas annis abhinc decem.

EUR. Ad quam vero terram appulsa est navis nostra?

MNES. Ægyptum.

EUR. O me miserum! quo tempestate delati sumus!

MUL. VII. Credisne, ð stulte, huic male perituro, nugantii nugas? Thesmophorium hoc est.

EUR. Ipse vero Proteus, estne domi, an foris?

MUL. VII. Certe nausea laboras adhuc, hospes, qui postquam audivisti mortuum esse Proteam, tamen rogitas sitne domi an foris.

EUR. Heu; heu! mortuus est. Ubi vero conditus est sepulcro?

MNES. Hoc est ipsius sepulcrum, ad quod sedemus.

MUL. VII. Male pereas, et peribis utique, qui audes sepulcrum vocare aram.

EUR. Cur vero sedes in hac sepulcrali sede, palla obtecta, hospes?

MNES. Vi cogor nuptiis cum Protei filio inire lecti societatem.

MUL. VII. Quid rursus, infelix, decipis peregrinum hunc? Hicce fraudum artifex huc ascendit, hospes, ad mulieres, auri furandi gratia.

MNES. Latra, corpus meum incessens maledictis.

“ ὅστις ξένους δέξαιτο, ποντίῳ σάλῳ
“ κάμνοντας ἐν χειμῶνι καὶ ναυαγίαις;

Mv. “ Πρωτέως τὰδ' ἐστὶ μέλαθρα.

Eu. “ ποίου Πρωτέως;

Gu. η'. ὃ τρισκακῶδαιμον, ψεύδεται, νῆ τὰ θεῶ,
ἐπεὶ τέθνηκε Πρωτέας ἔτη δέκα.

Eu. “ ποίαν δὲ χώραν εἰσεκέλσαμεν σκάφει;

Mv. “ Αἴγυπτον.

Eu. “ ὃ δύστηνος, οἷ πεπλώκαμεν

Gu. η'. πείθει τι, ὃ μέλε, τῷ κακῶς ἀπολουμένῳ.
ληροῦντι λῆρον; Θεσμοφόριον τουτογί.

Eu. “ αὐτὸς δὲ Πρωτεύς ἔνδον ἔστ', ἡ Ξώπιος

Gu. η'. οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ ναυτιᾶς ἔτ', ὃ ξένη,
ὅστις γ' ἀκούσας ὅτι τέθνηκε Πρωτέας,
ἔπειτ' ἐρωτᾶς, ἔνδον ἔστ', ἡ Ξώπιος.

Eu. “ αἶ, αἶ, τέθνηκε. ποῦ δ' ἐτυμβεύθη τὰφῳ;

Mv. “ τὸδ' ἔστιν αὐτοῦ σῆμ', ἐφ' ᾧ καθήμεθα.

Gu. η'. κακῶς ἄρ' ἐξόλοιο, κᾶξολεῖ γέ τοι,
ὅστις γε τολμᾶς σῆμα τὸν βωμὸν καλεῖν.

Eu. “ τί δὲ δὴ σὺ θάσσεις τάσδε τυμβήρεις ἔδρας,
“ φάρει καλυπτὸς, ὃ ξένη;

Mv. “ βιάζομαι

“ γάμοισι Πρωτέως παιδὶ συμμίξαι λέχος.

Gu. η'. τί, ὃ κακῶδαιμον, ἐξαπατᾶς αὐτὸν ξένον;
οὗτος πανουργῶν δεῦρ' ἀνήλθεν, ὃ ξένη,
ὡς τὰς γυναῖκας, ἐπὶ κλοπῇ τοῦ χρυσίου.

Mv. “ βιάυζε, τοῦμὸν σῶμα βάλλουσα ψύγω.

Eu. “ ξένη, τίς ἡ γραῦς, ἡ κακοῦροῦσά σε;

- Mv. “ αὐτὴ Θεονόη Πρωτεύως ---
 Γυ. ἡ'. μὰ τῶ θεῶ·
 εἰμὶ Κριτύλλα γ' Ἀντιθέου Γαργηττόθεν
 σὺ δ' εἶ πανοῦργος.
- Mv. “ ὅποσα τοι βούλει, λέγε.
 “ οὐ γὰρ γαμοῦμαι σὺ κασιγνήτω ποτὲ,
 “ προδοῦσα Μενέλεων τὸν ἐμὸν ἐν Τροίᾳ πόσιν.
- Eu. “ γυναι, τί εἶπας; στρέψον ἀνταυγεῖς κόρας.
 Mv. “ αἰσχύνομαι σε, τὰς γνάθους ὕβρισμένη.
 Eu. “ τουτὶ τί ἐστίν; ἀφασία τις τοί μ' ἔχει.
 “ ὦ θεοί, τί ν' ὄψιν εἰσορῶ; τίς εἶ, γύναι;
 Mv. “ σὺ δ' εἶ τίς; αὐτὸς γάρ σε κάμ' ἔχει λόγος.
 Eu. “ Ἑλληνίς εἶ τις, ἢ πικωρία γυνή;
 Mv. “ Ἑλληνίς. ἀλλὰ καὶ τὸ σὸν θέλω μαθεῖν.
 Eu. “ Ἑλένη σ' ὁμοίαν δὴ μάλιστ' εἶδον, γύναι.
 Mv. “ ἐγὼ δὲ Μενελάω σ', ὅσα γ' ἐκ τῶν ἰφύων.
 Eu. “ ἔγνωσ ἄρ' ὀρθῶς ἄνδρα δυστυχίστατον.
 Mv. “ ὦ χρόνιος ἐλθὼν σῆς δάμαρτος ἐς χέρας,
 “ λαβέ με, λαβέ με, πόσι.
 “ περιβαλλε δὲ χέρας.
 “ φέρε, σε κύσω. ἀπαγέ μ', ἀπαγ', ἀπαγ', ἀπαλέ με,
 “ λαβὼν ταχὺ πᾶνι.
- Γυ. ἡ'. κλαύσεται ἄρα, νῆ τῶ θεῶ,
 ὅστις σ' ἀπάξει, τυπτόμενος τῇ λαμπάδι.
- Eu. “ σὺ τὴν ἐμὴν γυναῖκα καλύεις ἐμὲ,
 “ τὴν Τυνδάρειον παῖδ', ἐπὶ Σπάρτην ἄγειν;
 Γυ. ἡ'. οἶ μ', ὡς πανοῦργος καὐτὸς εἶναι μοι δοκ εἰς,
 καὶ τοῦδ' εἰς ξύμβουλος. οὐκ ἐτὸς πάλαι

EUR. Heus, peregrina, quænam est hæc anus, quæ te con-
 vicium insectatur?

MNES. Hæc est Theonoë, Protei filia.

MUL. VII. Non, per Deas: sum Critylla, Antitheï filia, do-
 mo Gargettia: tu vero es scelestus.

MNES. Quæcunque vis, dic: nunquam enim nubam fratri
 tuo, deserens Menelaum meum ad Trojam maritum.

EUR. Mulier, quid dixisti? huc aciem oculorum tuorum con-
 verte.

MNES. Intueri te coram me pudet, ob contumeliam quam
 passæ sunt genæ meæ.

EUR. Hoc quid est? Vocem intercludit mihi stupor. O dii,
 quam faciem video? quænam es mulier?

MNES. At tu quis es? Eadem enim te et me admirationis
 tenet ratio.

EUR. Num Græca es, an indigena mulier?

MNES. Græca. Sed et tuum genus discere cupio.

EUR. Helenæ te similem maxime video, mulier.

MNES. Ego vero te Menelao, saltem quod ad olera.

EUR. Recte nimirum agnoscis virum miserimum.

MNES. O sero tandem veniens tuæ conjugis in amplexus,
 accipe me, accipe me, marite: circumda collo meo brachia:
 fac te osculer: abduc me, abduc, abduc, abduc me adsumtam
 quam citissime.

MUL. VII. Plorabit utique, per Deas, quicumque te abdux-
 erit, percussus hac face.

EUR. Tu uxorem meam prohibes me, Tyndarei filiam, Spar-
 tam abducere?

MUL. VII. Hei mihi, quam versutus et tu mihi esse videris,

et hujus particeps consiliorum ! Haud temere dudum de Ægypto nescio quid garriebatis. Sed hic quidem dabit pœnas : accedit enim Prytanis, et lictor.

EUR. Incommodum est hoc : sed clam discedendum mihi est.

MNES. At ego quid faciam infelix ?

EUR. Mane quietus. Non enim te prodam unquam, quoad vixero, nisi destituant innumeri me doli.

MUL. VII. Hic quidem funiculus nihil adtraxit.

PRYT. Hiccine est improbus ille, quem dixit nobis Clisthenes ? heus tu, quid te occultas ? Immitte ejus collum in asserem, lictor, et eum adliga : deinde hic locatum custodi, nec quemquam ad eum accedere sine ; sed flagellum tenens, cæde, si accesserit aliquis.

MUL. VII. Sic edepol recte jubes. Parum enim abfuit, quin modo hunc mihi eriperet veterator nescio quis.

MNES. O Prytani, obsecro te per dextram, quam soles cavam porrigere, nummos si quis obtulerit, exiguum quid mihi, quamvis morituro, gratificare ?

PRYT. Quid tibi gratificer.

MNES. Vestibus nudatum me jube ut lictor adliget asseri, ne crocotis et mitris indutus vir senex risum præbeam corvis, dum eos pascam.

PRYT. At vero hisce indutum Senatui visum est te ligari, ut prætereuntium quilibet videat manifesto scelestum te esse.

MNES. Jappapæax ! ô crocota, quid mihi fecisti ? non est amplius spes ulla salutis.

ἢ γυπτιάζετ'. ἀλλ' ὅδε μὲν δάσει δίκην.
προσέρχεται γὰρ ὁ Πρύτανις, καὶ τοξότης.
τούτῃ πονηρόν· ἀλλ' ὑπαποκινήτεον.

Ευ.

Μν.

Ευ.

ἐγὼ δ' ὁ κακοδαίμων, τί δρῶ ;
μὲν' ἥσυχος.
οὐ γὰρ προδώσω σ' οὐδέποτε, ἦν περ ἐμπνέω,
ἦν μὴ προλίπωσ' αἱ μυρίαί με μηχαναί.

Μν.

Πρ.

αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν.
ὄδ' ἔσθ' ὁ πανούργος, ὃν ἔλεγ' ἡμῖν Κλεισθένης ;
οὗτος, τί κύπτεις ; δήσον αὐτὸν, εἰσάγων,
ὦ τοξότη, ἐν τῇ σανίδι, κάπειτ' ἐνθαδὶ
στήσας φύλαττε, καὶ προσιέναι μηδένα
ἔα πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ τὴν μαστίγ' ἔχων,
παῖ, ἦν προσίη τις.

Γυ. ἦ.

νὴ Δί', ὡς νῦν δῆτ' ἀνήρ
ὀλίγου μ' ἀφείλετ' αὐτὸν ἰστιορράφος.

Μν.

ὦ Πρύτανι, πρὸς τῆς δεξιᾶς, ἦν περ φιλεῖς
κοίλην προτείνειν, ἀργύριον ἦν τις διδώ,
χάρισσαι βραχὺ τι μοι, καί περ ἀποθανομένου.

Πρ.

Μν.

τί σοι χαριῶμαι ;
γυμνὸν ἀποδύσαντά με
κέλευε πρὸς τῇ σανίδι δεῖν τὸν τοξότην,
ἵνα μὴ ἔν κροκωτοῖς καὶ μίτραις γέγων ἀνὴρ
γέλωτα παρέχω τοῖς κόραξιν ἐστιῶν.

Πρ.

ἔχοντα ταῦτ' ἔδοξε τῇ Βουλῇ σε δεῖν,
ἵνα τοῖς παρισσοῖσι δῆλος ᾖς πανούργος ὢν.

Μν.

ἰαππαπαιάξ· ὦ κροκώθ', οἷ ἔργασαι
κούν ἔστιν ἔτ' ἐλπίς οὐδεμίας σωτηρίας.

Χορός.

ἄγε νῦν ἡμεῖς παίσωμεν, ἅπερ νόμος ἐνθάδε ταῖσι γυναιξίν,
ὅταν ὄργια σεμνὰ θεῶν ἱεραῖς ὥραις ἀνέχωμεν, ἅπερ καὶ

Παύσαν σέβεται, καὶ νηστεύει,
πολλάκις αὐταῖν ἐκ τῶν ὠρῶν
ἐς τὰς ὥρας ξυνεπευχόμενος
τοιαῦτα μέλειν δάμ' ἑαυτῷ.

ὄρμα, χῶρει
κοῦφα ποσίν, ἄγ' ἐς κύκλον,
χειρὶ σύναπτε χεῖρα, ῥυθμὸν χορείας
ὑπαγε πᾶσα· βαῖνε καρπαλίμοι ποδοῖν.
ἐπισκοπεῖν δέ, πανταχῇ
κυκλοῦσαν ὄμμα, χερὶ χοροῦ κατάστασιν.

ἅμα δὲ καὶ
γένος Ὀλυμπίων θεῶν
μέλπε, καὶ γέραιρε φωνῇ, πᾶσα χορομανεῖ τρόπῳ.
εἰ δέ τις

προσδοκᾷ κακῶς ἐρεῖν
ἐν ἱερωῖ γυναικῶν μ' οὔσαν ἀνδρας,
οὐκ ὀρθῶς φρονεῖ.

ἀλλὰ χερὶ,
ὥσπερ ἔργον αὐτὸ καινόν,
πρωῶτον εὐκύκλου χορείας εὐφυῆ στήσαι βάσιν.
πρόβαινε ποσίν, τὸν Εὐλύραν
μέλπουσα, καὶ τὴν τοξοφόρον
Ἄρτεμιν, ἀνασσαν ἀγνήν.
χαῖρ' ὦ Ἐκάεργε, ὄπαζε δὲ νίκην.

CHOR. Agite nunc ludamus, sicut mos hic est mulieribus,
quando veneranda Dearum orgia festis temporibus celebramus,
quæ et Pauson jejuniocolit, sæpe illas rogans, ut alio post aliud
festo talia curæ sint frequenter sibi. Incipe tripudiarè, incede
leviter pedibus, move te in orbem, manui conjunge manum, se-
cundum rhythmum choreæ quælibet incedat: ingredi veloci-
bus pedibus. Circumspicere quoque, omnem in partem cir-
cumferendo oculos, oportet choreæ orbem. Simul et genus
cælestium deorum canere quælibet, et celebra voce, choreas cum
pullulantem multis fructibus circa caput tuum quatiens myrti coronam, audacique saltans pede liberam illam et jocosam, cui plurimæ insunt veneres, tuum decus, puram, sanctis mystis solemnem choream.

ΧΑΝΘ. O veneranda et sanctissima Cereris filia, quam suavis odor porcinæ carnis me adflavit!

ΒΑCCH. Non igitur quiescere poteris, is aliquid intestini hic esse persentiscas?

ΧΟΡ. Excita flammeas lampadas, quas advenis in manibus quatiens, ὁ Ιαcche, lucifer nocturnorum orgiorum stella: ignibus refulgit pratum: genu palpitat senum; excutiunt mærores, longævnæque ætatis veteres annos, sacrorum tuorum honorum participes ut fiant. Tu vero, qui lampade lucas, procedens educ in flaridum et palustre solum saltatricem pubem, ὁ beate.

ὄσιους ἐς Διασώτας,
πολύκαρπον μὲν τινάσσω
ἀμφὶ κρατὶ σῶ βρῦοντα
στέφανον μύρτων·
Θρασεῖ δ' ἐγκατακρούων
ποδὶ τὰν ἀκόλαστον
Φιλοπαίγμονα τιμὰν,
χαρίτων πλεῖστον ἔχουσαν
μέρος, ἀγνὰν, ἱερὰν
ὄσιοις μύσταις χορείαν.

Ξα. ὦ πότνια πολυτίμητε Δήμητρος κόρη,
ὡς ἠδύ μοι προσέπνευσε χοιρείων κρεῶν.

Δι. οὐκουν ἀτρέμ' ἔξεις, ἦν τι καὶ χορδῆς λάβης.

Χορός.

ἔγειρε φλογέας λαμπά-
δας· ἐν χερσὶ γὰρ ἦκεις
τινάσσω· Ἰακχε,
νυκτέρου τελετῆς φασφόρος ἀστῆς.
Φλογὶ φέγγεται δὲ λειμῶν·
γόνυ πάλλεται γερόντων·
ἀποσεύονται δὲ λύπας,
χρονίων ἐτώων,
παλαιούς τ' ἐνιαυτούς,
ἱερᾶς ὑπὸ τιμᾶς.
σύ δὲ λαμπάδι φλέγων,
προβάδην ἔξαγ' ἐπ' ἀνθη-
ρὸν ἔλειον δάπεδον,
χοροποιὸν, μάκαρ, ἦσαν.

Ἡμίχορος.

εὐφημεῖν χρῆ, καὶ ξίστασθαι τοῖς ἡμετέροισι χοροῖσιν,
ὅστις ἄπειρος τοιῶνδε λόγων, ἢ γνώμη μὴ καθαρεύει,
ἢ γενναίων ὄργια Μουσῶν μὴτ' εἰδὲν μὴτ' ἐχόρευσε·
μηδὲ Κρατίνου τοῦ Ταυροφάγε γλώττης βακχεῖ' ἐτελέσθη,
ἢ βωμολόχοις ἔπεσιν χαιρεί, μὴ ἔναι καιρῷ τοῦτο ποιῶσιν·
ἢ ζᾶσιν ἐχθρᾶν μὴ καταλύει, μηδ' εὐκόλως ἐστι πολίταις·
ἀλλ' ἀνεγείρει καὶ ῥιπίζει, κερδῶν ἰδίων ἐπιθυμῶν·
ἢ τῆς πόλεως χειμαζομένης ἄρχων καταδωροδοκεῖται·
ἢ προδιδῶσιν Φρούριον ἢ ναῦς, ἢ τὰ πόρρητ' ἀποπέμπει
ἐξ Αἰγίνης, Θωρυκίων ὦν, εἰκοστολόγος κακοδαίμων,
ἀσκώματα, καὶ λίνα, καὶ τίτλαν διαπέμπων εἰς Ἐπίδαυρον·
ἢ χρέμαλα ταῖς τῶν ἀντιπάλων ναυσὶν παρέχειν τινὰ πείθει·
ἢ καλατιλᾶ τῶν Ἑκαταίων, κυκλίοισι χοροῖσιν ὑπάδων·
ἢ τοὺς μισθοὺς τῶν ποιητῶν ῥήτωρ ὦν, εἴτ' ἀποτρώγει,
καμωδηθεῖς ἐν ταῖς πατρίοις τελεταῖς ταῖς τοῦ Διονύσου.
τέτοις αὐδῶ, καῦθις ἀπαυδῶ, καῦθις τὸ τρίτον μάλ' ἀπαυδῶ,
ἐξίσασθαι μύσαισι χοροῖς· ὑμεῖς δ' ἀνεγείρειε μολπῆν,
καὶ παννυχίδας τὰς ἡμετέρας, αἱ τῆδε πρέπουσιν ἑορτῆ.

Ἡμ.

χόρει δὴ νῦν πᾶς ἀνδρείως
εἰς τοὺς εὐανθεῖς κόλπους
τῶν καλῶν Ἄδου λειμώνων, ἐγκρούων
καὶ σκώπτων καὶ παίζων,
καὶ χλευάζων. ἡρίστευται δ'
ἐξαρκούντως. ἀλλ' ἔμβα,
χῶπως αἴρης τὴν Σώτειραν γενναίως
τῆ φωνῆ μολπάζων,
ἢ τὴν χώραν σώζειν φῆσ' ἐς τὰς αἶρας,

SEM. Lingua favere oportet, et loco cedere choris nostris, quicumque expers est horum sermonum, aut mentem non habet puram, aut germanarum orgia Musarum nec vidit adhuc, nec saltavit, nec Cratini taurivori Bacchicæ linguæ mysteriis est initiatus, aut scurrilibus versibus delectatur intempestivum risum moventibus, aut inimicam seditionem non compescit, nec facilis est civibus; sed excitat eos et inflammat, proprii lucri cupidus: aut vexat e calamitatibus civitatis præses, muneribus corrumpitur: aut castellum prodit, aut naves; aut res vetitas mittit ex Ægina, Thorycion alter, vicesimarum exactor perditissimus, coria, et lintea, et picem mittens Epidaurum; aut alicui persuadet, ut hostibus pecuniam det fabricandis navibus; aut concecat Hecatæ imagines, dum choris dithyrambicis succinit: aut si quis rhetor mercedem poetarum adrodit, quia tractus fuit in patriis Bacchi sacris. Istitis edico, iterum iterumque edico, ut loco cedant mysticis choris. Vos vero excitate cantum, et pervigilia nostra, huic festo convenientia.

SEM. Procede nunc quisque strenue in floridos sinus Infernorum pratorum, tripudians, salibus et dicteriis sannisque ludens. Satis enim in peragendis his sacris emicuit studium nostrum. Sed incede et vide, ut Servatricem divam egregie

extollas, voce eam celebrans, quæ regionem se conservaturam profitetur semper, etiamsi Thorycion nolit.

SEM. Age nunc alio genere hymnorum frugiferam regionam, Cererem deam, ornantes, divinis cantibus celebrate.

SEM. Ceres, purorum orgiorum regina, ades nobis, et conserva tuum chorum; daque ut ego tuto omni tempore ludere et saltare possim, multaue ridicula dicere, et multa seria; et quando condigne tuo festo luserim et riserim, ut victor coroner.

SEM. Eia age, nunc etiam cantibus huc voca festivum illum deum, sodalem hujus choreæ.

SEM. Iacche sancte, carminis hoc festo cantari soliti suavissimi inventor, huc ades, et nos comitare ad deam, et ostende quam longam viam sine labore conficias.

SEM. Iacche saltationis amans, prosequere me: tu enim discidisti ad risum usque et ad vilitatem hoc sandalium et istos pannos, et id excogitasti, ut impune ludere et saltare nobis liceat.

SEM. Iacche saltationis amans, prosequere me. Etenim limis adspectans, puellæ modo vidi, et quidem admodum for-

κἄν Θωρυκίων μὴ βούληται.

Ἡμίχορος.

ἄγε νῦν ἑτέραν ὕμνων ἰδέαν, τὴν καρποφόρον βασιλείαν,
Δήμητρα θεῶν, ἐπικοσμηῶντες, ζαθέαις μολπαῖς κελαδεῖτε.

Ἡμ. Δήμητρε ἀγνῶν ὄργίων
ανασσα, συμπαραστάτει,
καὶ σῶζε τὸν σαυτῆς χορόν·
καὶ μ' ἀσφαλῶς πανήμερον
παῖσαί τε καὶ χορευῶσαι,
καὶ πολλὰ μὲν γέλοιά μ' εἶ-
πεῖν, πολλὰ δὲ σπουδαῖα, καὶ
τῆς σῆς ἑορτῆς ἀξίως
παίσαντα καὶ σκώψαντα, νι-
κήσαντα ταινιοῦσθαι.

Ἡμ. ἄγ' εἶα νῦν γε καὶ τὸν ἀργαῖον θεὸν
παγκαλεῖτε δεῦρο
ᾠδαῖσι, τὸν ξυνέμπορον
τῆσδε τῆς χορείας.

Ἡμ. Ἰακχε πολυτίμητε, μέλος ἑορτῆς
ἠδιστον εὐρῶν, δεῦρο συνακολουθεῖ
πρὸς τὴν θεὸν, καὶ δεῖξον, ὡς
ἄνευ πόνου πολλὴν ὁδὸν περαίνεις.

Ἡμ. Ἰακχε φιλοχορευτὰ, συμπρόπεμπέ με
σύ γὰρ κατεσχίσω μὲν ἐπὶ γέλωτι
κἄπ' εὐτελείᾳ τούδε
τὸν σανδαλίσκον, καὶ τὸ ῥάκος,
κἄξευρες ὥστ' ἀζημίους
παίξειν τε καὶ χορεύειν.

Ἡμ. Ἰακχε φιλοχορευτὰ, συμπρόπεμπέ με.

καὶ γὰρ παραβλέψας τι μεираκίσκης
 νῦν δὴ κατεῖδον, καὶ μάλ' εὐπροσώπου,
 συμπαιστρίας, χιτωνίου
 πασαρράγέντος τιθδίων προκούψαν.

Ἰακχε φιλοχορευτὰ, συμπρόπεμπέ με.

Ξα. ἐγὼ δ' αἰεί πως φιλακόλουθός εἰμι, καὶ μετ' αὐτῆς
 παίζων χορεύειν βούλομαι.

Δι. καῖγωγε πρὸς.

Χο. βούλεσθε δῆτα κοινῇ
 σκώψωμεν Ἀρχέδημον,
 ὃς, ἐπτέτης ἀν, οὐκ ἔφυσε φρέτορας,
 νυνὶ δὲ δημαγωγεῖ
 ἐν τοῖς ἀνω νεκροῖσι,
 καῖστιν τὰ πρῶτα τῆς ἐκεῖ μοχθηρίας;
 τὸν Κλεισθένη δ' ἀκούω
 ἐν ταῖς ταφαῖσι πρῶκτὸν
 τίλλειν ἑαυτοῦ, καὶ σπαράττειν τὰς γνάθους·
 καῖκόπτειτ' ἐγκεκυφῶς,
 καῖκλαε, καῖκεκράγει
 Σεβίνον, ὅστις ἔστ' Ἀναφλύστιος.
 καὶ Καλλίαν γε φασὶ
 τοῦτον τὸν Ἴπποβίνου
 κύσθου λεοντῆν ναυμαχεῖν ἐνημμένον.

Δι. ἔχοιτ' ἀν οὖν φράσαι νῦν
 Πλούτων', ὅπου ἔθ' οἰκεῖ;

Ξένω γὰρ ἐσμὲν, ἀγτίως ἀφιγμένω.

Χο. μηδὲν μακρὰν ἀπέλθης,
 μηδ' αἴθις ἐπανέρη με·
 ἀλλ' ἴσθ' ἐπ' αὐτὴν τὴν θύραν ἀφιγμένος.

mosæ, colludentis, e tunica leviter scissa promicantem papil-
 lam. Iacche saltationis amans, prosequere me.

XANTH. Ego vero lubens soleo comitari, et cum ipsa ludens
 saltare volo.

BACCH. Et ego insuper.

CHOR. Vultisne ergo ut simul ludos faciamus Archedemum,
 qui septuennis nondum habebat phratoras: nunc autem dux
 populi est apud supernos manes, et principatum nequitiae illic
 obtinet? Clisthenem autem audio in sepulcris podicem vellicare
 suum, et pilantem lacerare genas: et plangere pronus, et plo-
 rare, et inclamare solet Sebinum, qui Anaphlystius est. Quin
 et Calliam aiunt, istum Hippobini filium, cunni leonina in-
 dutum decertare prælio navali.

BACCH. Possetisne nobis indicare, Pluto ubinam hic ha-
 beat? peregrini enim sumus, et modo huc advenimus.

CHOR. Ne longius abeas, neque iterum me interrogas: sed
 scito ad ipsum ostium te pervenisse.

ΒΑCCH. Tolle rursus, puer, stragula.

XANTH. Quid hoc erat aliud, quam *Jovis Corinthus* in stragulis?

SEM. Ducite nunc sacram choream *Divæ*, per nemus *fliferum* ludentes, qui participes estis *pii festi*: ego vero cum *virginibus* ibo et *mulieribus*, ubi *Dearum* est *pervigilium*, facem *sacrem* portaturus.

SEM. Eamus in *rosis* referta *florida prata*, *nostro* more *pulcherrimis choreis* ludentes, quas *beatæ Horæ* *quotannis* reducunt. *Nobis enim solis Sol* et *lux jucunda* est, qui *sumus initiati*, *piosque nos gessimus* et *erga peregrinos* et *erga cives*.

BACCHUS, XANTHIA, ÆACUS, ANCILLA PROSERPINÆ, CAUPONÆ, CHORUS INITIATORUM.

ΒΑCCH. Agedum quomodo *januam* pultabo? quomodo? Quonam *hic modo* pultant *incolæ*?

Ξα. τουτί τί ἦν τὸ πρᾶγμα
 Δι. αἴθοι' ἂν αὖθις αὖ γε, παῖ, τὰ στρώματα.
 ἄλλ', ἢ Διὸς Κόρινθος ἐν τοῖς στρώμασι;

Ημ. χωρεῖτε νῦν ἱερὸν ἀνὰ κύκλον θεᾶς,
 ἀνδοφόρον ἀν' ἄλσος
 παίζοντες, οἷς μετουσία
 θεοφιλοῦς ἐορτῆς·
 ἐγὼ δὲ σὺν ταῖσι κόραις
 εἶμι καὶ γυναίξιν,
 οὗ παννουχίζουσι θεαί,
 φέγγος ἱερὸν οἶσαν.

Ημ. χωρεῶμεν ἐς πολυρρόδους
 λειμῶνας ἀνθεμῶδεις,
 τὸν ἡμέτερον τρόπον,
 τὸν καλλιχορώτατον,
 παίζοντες, ὃν ὄλβιαι
 Μοῖραι ξυνάγουσι.
 μόνοις γὰρ ἡμῖν ἥλιος
 καὶ φέγγος ἰλαρόν ἐστιν.
 ὅσοι μεμυήμεθ', εὐ-
 σεβῆ τε διήγομεν
 τρόπον, περὶ τε ξένους,
 καὶ τοὺς ἰδιώτας.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ, ΞΑΝΘΙΑΣ, ΑΙΑΚΟΣ, ΘΕΡΑΠΙΝΑ
 ΠΕΡΣΕΦΟΝΗΣ, ΠΑΝΔΟΚΕΥΤΡΙΑΙ,
 ΧΟΡΟΣ ΜΥΣΤΩΝ.

Δι. ΑΓΕ δὴ τίνα τρόπον τὴν θύραν κόψω; τίνα;
 πῶς ἐνθάδ' ἄρα κόπτουσιν οἱ πικῶροι;

Ξα. οὐ μὴ διατρίψεις, ἀλλὰ γεῦσαι τῆς θύρας,
καθ' Ἡρακλέα τὸ σχῆμα καὶ τὸ λῆμ' ἔχων.

Δι. παῖ, παῖ.

Λι. τίς οὗτος ;

Δι. Ἡρακλῆς ὁ καρτερός.

Λι. ὦ βδελυρὲ, κἀναίσχυντε, καὶ τολμηρὲ σὺ,
καὶ μιαρὲ, καὶ παμμίαρε, καὶ μιαρώτατε,
ὃς τὸν κύν' ἡμῶν ἐξελάσας τὸν Κέρβερον
ἀπῆξας ἄγχων, ἀποδορὰς ὄχλου λαβῶν,
ὃν ἐγὼ φύλαττον. ἀλλὰ νῦν ἔχει μέσος·
τοῖα Στυγὸς σε μελανοκάρδιος πέτρα,
Ἄχερόντιός τε σκόπελος αἱματοσταγῆς
φρουροῦσι, Κωκυτοῦ τε περὶ ἰδρομοὶ κύνες,
Ἐχιδνά θ' ἑκατοκέφαλος, ἣ τὰ σπλάγχνα σου
διασπαράξει, πλευμόνων τ' ἀνδάψεται
Ταρτησία μύραινα· τῶ νεφρῶ δέ σου
αὐτοῖσιν ἐντέροισιν ἡματωμένα
διασπᾶσονται Γοργόνες Τιθράσιαι,
ἐφ' ἃς ἐγὼ δρομαῖον ὀρμήσω πύδα.

Ξα. οὗτος, τί δέδρακας ;

Δι. ἐγκέχοδα. κάλει θεόν.

Ξα. ὦ καταγέλαστ', οὐκ οὐκ ἀναστήσει ταχύ,
πρὶν τινά σ' ἰδεῖν ἀλλότριον ;

Δι. ἀλλ' ὠρακιῶ.

ἀλλ' οἶσε πρὸς τὴν καρδίαν μου σπογγίαν.

Ξα. ἰδοὺ λαβέ.

Δι. πρόσθου.

Ξα. ποῦ ἔστιν ; ὦ χρυσοῖ θεοί,
ἐνταῦθα ἔχεις τὴν καρδίαν ;

XANTH. Ne tempus teras, sed aggredere januam, ut ornatu,
sic etiam animo Herculem referens.

BACCH. Heus puer.

ÆAC. Quis iste ?

BACCH. Hercules ille fortis.

ÆAC. O execranda, et impudens, et audax, et impure, et per-
impure, et impurissime, qui canem nostrum Cerberum protrac-
tum abegisti obtorto collo, et fuga te cum eo proripuisti, quem
ego custodiebam. Sed nunc medius teneris : talia te Stygis
atra petra et Acherontius scopulus sanguine manans adservant,
et Cocyti circumcursantes canes, Echidnaque centiceps, quæ vis-
cera tua discerpit : pulmonesque tuos corripit Tartesia mu-
ræna : renes vero tuos cruentatos una cum ipsis intestinis
distrahent Gorgones Tithrasia, quas citato cursu arcessam
ego.

XANTH. Heus tu, quid fecisti ?

BACCH. Cacavi. Opem implora dei.

XANTH. O ridicule, nonne cito surges, priusquam te videat
Ianus cispianum.

BACCH. Sed linquor animo : verum fer ad cor meum spon-
giam.

XANTH. En, accipe.

BACCH. Admove.

XANTH. Ubi est ? Dii boni ! hic habes cor ?

ΒΑCCH. Nam præ metu in inferiorem ventrem delapsus est.

ΧΑΝΘ. O timidissime deorum tu atque hominum.

ΒΑCCH. Ego? quomodo timidus essem, qui spongiam a te petii? nemo sane alius hoc fecisset.

ΧΑΝΘ. Quid vero?

ΒΑCCH. Jacuisset olfaciens, si timidus esset: ego autem surrexi, et ad hæc abstersi nates.

ΧΑΝΘ. Fortia sane facta, ô Neptune!

ΒΑCCH. Ita hercle, opinor. At tu nonne formidasti strepitem verborum et minas?

ΧΑΝΘ. Flocci non feci, ita me Jupiter amet. ✓

ΒΑCCH. Agedum, quandoquidem animosus et fortis es, tu fias ego, clava hac sumta et leonina pelle, si quidem nullo timore quatiuntur viscera tua: ego vero in partem ero tibi bajulus.

ΧΑΝΘ. Cedo ea celeriter; mos enim gerendus est: et intueri Herculeum Xanthiam, an timidus futurus sim, et tui similem habiturus animum.

ΒΑCCH. Non pol mei similis eris, sed revera ille Melitensis verbero. Agedum stragula ista tollam.

ΑΝC. O carissime, venistin' Hercules? huc ingredi. Nam Diva, ut audivit te advenisse, statim pinsuit panes, coxit leguminum fresorum ollas, pultis duas aut tres; bovem assavit integrum, placentas torruit, collabos: sed ingredi.

Δι. δείσασα γὰρ
εἰς τὴν κάτω μου κοιλίαν καθείρπυσε.

Ξα. ὦ δειλότατε θεῶν σὺ κἀνδρώπων.

Δι. ἐγώ;

πῶς δειλὸς, ὅστις σπογγίαν ἤτησά σε;
οὐκ ἂν ἕτερος ταῦτ' εἰργάσατ' ἀνήρ.

Ξα. ἀλλὰ τί;

Δι. κατέκειτ' ἂν ὀσφραϊνόμενος, εἴπερ δειλὸς ἦν.
ἐγὼ δ' ἀνέστην, καὶ προσέτ' ἀπειψήσάμην.

Ξα. ἀνδρεῖά γ', ὦ Πόσειδον.

Δι. οἶμαι, νῆ Δία.

σὺ δ' οὐκ ἔδεισας τὸν ψόφον τῶν ῥημάτων,
καὶ τὰς ἀπειλὰς;

Ξα. οὐ μὰ Δί', οὐδ' ἐφρόντισα.

Δι. ἴθι νυν, ἐπειδὴ λημματιᾶς, κἀνδρείος εἶ,
σὺ μὲν γενοῦ γὰρ, τὸ ῥόπαλον τουτὶ λαβὼν
καὶ τὴν λεοντῆν, εἴπερ ἀφοβόσπλαγχος εἶ.
ἐγὼ δ' ἔσομαι σοι σκευοφόρος ἐν τῷ μέρει.

Ξα. φέρε δὴ ταχέως αὐτ'. οὐ γὰρ ἀλλὰ πειστέον.
καὶ βλέψον εἰς τὸν Ἡρακλειοξανθίαν,
εἰ δειλὸς ἔσομαι, καὶ κατὰ σὲ τὸ λῆμ' ἔχων.

Δι. μὰ Δί', ἀλλ' ἀληθῶς οὐκ Μελίτης μαστιγίας.
φέρε νυν, ἐγὼ τὰ στρώματ' αἴρωμαι ταδί.

Θε. ὦ φίλταδ' ἦκεις Ἡράκλεις; δεῦρ' εἰσιθι.
ἡ γὰρ θεός, σ' αἰς ἐπύθεδ' ἤκοντ', εὐθέως
ἔπεπτεν ἄστους· ἦψε κατερικτῶν χύτρας
ἔττους δὴ τρεῖς· βοῦν ἀπηνδράκιζ' ὄλον
πλακοῦντας ὄπτα, κολλάβους. ἀλλ' εἰσιθι.

- Ξα. κάλλιστ', ἐπαινῶ.
 Θε. *μά τὸν Ἀπόλλω, οὐ μή σ' ἐγὼ
 περιόψομαι ἀπελθόντ'. ἐπίτοι καὶ κρέα
 ἀνέβραττεν ὀρνίθια, καὶ τραγήματα
 ἔφρυγε, κῶνον ἀνεκεράννου γλυκύτατον.
 ἀλλ' εἴσιθ' ἄμ' ἐμοί.*
- Ξα. *πάνυ καλῶς.*
 Θε. *ληρεῖς ἔχων.
 οὐ γὰρ σ' ἀφήσω· καὶ γὰρ αὐλητρίς γέ σοι
 μί' ἔνδον ἔσθ' αἰσιοτάτη, κῶρχηστρίδες
 ἕτεραι δὺ ἢ τρεῖς - - -*
- Ξα. *πῶς λέγεις; ὀρχηστρίδες;*
 Θε. *ἠδουλιῶσαι, κᾶρτι παρατετιλμένοι.
 ἀλλ' εἴσιθ', ὡς ὁ μάγειρος ἦδη τὰ τεμάχη
 ἤμελλ' ἀφαιρεῖν, χ' ἡ τράπεζ' εἰσήρετο.*
- Ξα. *ἴθι νυν, φράσον πρῶτιστα ταῖς ὀρχηστρίσι
 ταῖς ἔνδον οὔσαις, αὐτὸς ὡς εἰσέρχομαι.
 ὁ παῖς, ἀκολούθει δεῦρο, τὰ σκεύη φέρων.*
- Δι. *ἐπίσχεσ οὔτος. οὐ τι που σπουδὴν ποιεῖς,
 ὅτιή σε παίζων Ἡρακλέα γ' ἐσκεύασα;
 οὐ μὴ φλυαγήσεις ἔχων, ὦ Ξανθία,
 ἀλλ' ἀράμενός γ' οἴσεις πάλιν τὰ στρώματα.*
- Ξα. *τί δ' ἔστιν; οὐ δήπου μ' ἀφελέσθαι διανοεῖ
 ἂ ὄδικας αὐτός.*
- Δι. *οὐ τάχ', ἀλλ' ἦδη ποιῶ.
 κατάθου τὸ δέγμα.*
- Ξα. *ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι
 καὶ τοῖς θεοῖσιν ἐπιτρέπω.*

XANTH. Bene vocas: gratia est.

ANC. Ita me Apollo amet, ut ego te nunquam sinam abire; quandoquidem et carnes avium elixavit, et bellaria frixit, et vinum miscuit suavissimum. Sed ingredere mecum.

XANTH. Perbenigne.

BACCH. Nugas agis: non enim te amittam.

ANC. Namque et tibicina tibi una est intus pulcherrima, et saltatrices duæ aut tres.

XANTH. Quid memoras? saltatrices?

ANC. Pubescentes, et recens vulsæ. Sed ingredere: nam coquus jam pisces erat detracturus foco, et mensa intro ferebatur.

XANTH. Agedum dic primo tibicinis illis, quæ intus sunt, me ipsum jam ingredi. Tu, puer, sequere me hac et fer stragula.

BACCH. Heus tu, siste gradum. Nequaquam, opinor, pro re seria habes, quod te joculari feci Herculem: nec ultro nugeris, Xanthia; sed sublata rursus hæc fer stragula.

XANTH. Quid est? non cogitas, ut puto, mihi adimere, quæ ipse dedisti.

BACCH. Non sane cogito, sed jam istuc facio. Depone pollem.

XANTH. Testes horum ego deos voco, iisque ultionem committo.

ΒΑCCH. Quos deos? annon vero ineptum et stultum est, te sperare, ut Alcumenæ filius sis, qui servus es et mortalis?

XANTH. Bene sane. Habe hæc. Forte enim aliquando mei indigebis, si deus volet.

CHOR. Hoc viri est cordati et sapientis, quique multum circumnavigaverit, convertere seipsum semper ad illud latus navis, quod bono statu est, potius quam, instar pictæ imaginis, stare, eodem retento habitu. At convertere se ad molliorem sortem, cisti est hominis, et plane Theramenis.

ΒΑCCH. Annon vero ridiculum esset, si Xanthia quidem servus, in Milesiis stragulis prostratus, subagitans saltatricem, matulam me sibi ferre juberet: ego vero hunc intuens mentulam mihi fricarem; iste vero, utpote homo vafer, hoc animadvertet, et impacto pugno anteriores mihi dentes e maxilla excuteret?

CAUP. I. Plathana, Plathana huc ades. Hic ille est scelestus, qui in cauponam ingressus aliquando, sedecim panes nobis comedit.

CAUP. II. Sane ecastor ille ipse est.

XANTH. Malum imminet nonnemi.

CAUP. I. Et carniū insuper elixarum frustra viginti, semibolaria singula.

XANTH. Pœnas dabit nonnemo.

- Δι. ποίοις θεοῖς;
τὸ δὲ προσδοκῆσαι σ' οὐκ ἀνόητον καὶ κενόν,
ὡς δοῦλος ὢν καὶ θνητός, Ἀλκμήνης ἔσει;
- Ξα. ἀμέλει, καλῶς ἔχ' αὐτ'. ἴσως γάρτοι ποτὲ
ἐμοῦ δεηθεῖς ἂν, εἰ θεὸς θέλοι.
- Χο. ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρός ἐστι νοῦν ἔχοντος καὶ φρένας,
καὶ πολλὰ περιπεπλευκότος,
μετακυλινθεῖν αὐτὸν αἰεὶ
πρὸς τὸν εὖ πράττοντα μᾶλλον τοῖχον, ἢ γεγραμμένην
εἰκὸν ἑστάναι, λαβόντ' ἐν σχῆμα. τὸ δὲ μετασρέφειν
πρὸς τὸ μαλθακώτερον,
δεξιῶ πρὸς ἀνδρός ἐστι, καὶ φύσει Θηραμένους.
- Δι. οὐ γὰρ ἂν γέλοισιν ἦν, εἰ Ξανθίας μὲν δοῦλος ὢν,
ἐν στρώμασιν Μιλησίοις
ἀνατετραμμένος, φιλιῶν ὄρ-
χηστρίδ', εἴτ' ἔτησεν ἀμίδ', ἐγὼ δὲ πρὸς τοῦτον βλέπων
τοῦ ῥεβίνθου ὄραττόμην· οὐ-
τος δ', αἶτ' ὢν αὐτὸς πανοῦργος,
εἶδε, κᾶτ' ἐκ τῆς γνάθου
πύξ πατάξας μου ἔξεκοψε τοὺς χοροὺς τοὺς προσθίους;
- Πα. α'. Πλαθάνη, Πλαθάνη, δεῦρ' ἔλθ', ὁ πανῆργος ἐτοσί,
ὄς, εἰς τὸ πανδοκεῖον εἰσελθὼν ποτε,
ἐκκαίδεκ' ἄρτους κατέφαγεν ἡμῶν.
- Πα. β'. νῆ Δία,
ἐκεῖνος αὐτὸς δῆτα.
- Ξα. κακὸν ἦκει τινί.
- Πα. α'. καὶ κρέα γε πρὸς τούτοισιν ἀνάδραστ' εἴκοσιν
ἂν ἡμιωβολιαία.
- Ξα. δώσει τις δίκην.

- Πα. α'. καὶ τὰ σκόροδα τὰ πολλὰ.
 Πι. *ληρεῖς, ὦ γύναι,*
κούκ οἶσθ' ὅ τι λέγεις.
- Πα. α'. *οὔμενοῦν με προσεδόκας,*
ὅτιη κοθάρους εἶχες, ἀναγνώναί σ' ἔτι;
- Πα. β'. τί δαί; τὸ πολὺ τάριχος οὐχ εἰρηκά πω
 μὰ Δί', οὐδὲ τὸν τυρόν γε τὸν χλωρόν, τάλαν,
 ὃν αὐτὸς αὐτοῖς τοῖς ταλάροις κατήσθιε.
 κἄπειτ', ἐπειδὴ τὰργύριον ἐπραττόμην,
 ἔβλεψεν εἰς ἐμὲ δεμιῦν, κάμυκάτό γε.
- Ξα. τούτου πᾶν τοῦργον· οὗτος ὁ τρόπος πανταχοῦ.
- Πα. β'. καὶ τὸ ξίφος γ' ἐσπᾶτο, μαίνεσθαι δοκῶν.
- Πα. α'. νῆ Δία, τάλαινα.
- Πα. β'. *νὼ δὲ δείσασαί γε πω*
ἐπὶ τὴν κατήλιφ' εὐθὺς ἀνεπηδήσαμεν·
ὁ δ' ἄρχετ' ἐξάξας γε, τὰς ψιάθους λαβῶν.
- Ξα. καὶ τοῦτο τούτου τοῦργον. ἀλλ' ἐχρῆν τι δεῖν.
- Πα. α'. ἴδι δὴ κάλεσον τὸν προστάτην Κλέωνά μοι.
- Πα. β'. σὺ δ' ἔμοιγ', ἐάνπερ ἐπιτύχης, Ὑπέρολον,
 ἴν' αὐτὸν ἐπιτρέψωμεν.
- Πα. α'. *ὦ μιαρὰ φάρυγγ,*
ὡς ἠδέως ἂν σου λίθῳ τοὺς γομφίους
κόπτοιμ' ἂν, οἷς μου κατέφαγες τὰ φορτία.
- Πα. β'. ἐγὼ δέ γ' ἐς τὸ βάρβαρον ἐμβάλοίμι σε.
- Πα. α'. ἐγὼ δὲ τὸν λάρυγγ' ἂν ἐκτέμοιμί σου,
 δρέπανον λαβοῦσ', ὧ τοὺς κόλικας κατέσπασας.
 ἀλλ' εἴμ' ἐπὶ τὸν Κλέων', ὃς αὐτοῦ τήμερον
 ἐκπηγιεῖται ταῦτα προσκαλούμενος.
- Δι. *κάκιστ' ἀπολοίμην, Ξανθίαν εἰ μὴ φιλω.*

- CAUP. I. Et multa illa alia.
- BACCH. Mulier, nugas agis, nec scis quid dicas.
- CAUP. I. Ergone sperabas, quod cothurnos haberes, me non te amplius agnituram?
- CAUP. II. Quid vero? multa illa salsamenta nondum dixi, neque ecaster caseum illum recentem, misera ego, quem una cum ipsis fiscellis devoravit: deinde quum pecuniam ab ipso exigerem, intuitus est me torve, et mugit.
- XANTH. Hujus omnino facta hæc sunt; ita solet ubique.
- CAUP. II. Et gladium strinxit furibundo similis.
- XANTH. Ita hercle, ô misera.
- CAUP. II. Nos autem pavidæ metu in superiorem contignationem illico nos proripimus: at ille impetu aufugit, sumtis etiam storeis.
- XANTH. Et hoc hujus factum est. Sed aliquid vobis facientum erat.
- CAUP. I. Agedum voca mihi huc Cleonem, patronum meum.
- CAUP. II. Tu vero mihi, si modo inveneris, Hyperbolum, ut istum funditus perdamus.
- CAUP. I. O faucem improbam! quam libenter tibi lapide dentes molares effringerem, quibus contrivisti meum peculium!
- CAUP. II. Ego vero in Barathrum velim te injectum.
- CAUP. I. Ego vero, sumta falce, guttur tibi vellem excindere, quo panas succineritios deglutisti. Sed Cleonem arcesam, qui eum hodie in jus vocabit, et hæc ejus facta extricabit.
- BACCH. Pessime peream, nisi Xanthiam deamo.

XANTH. Novi, novi mentem tuam, desine loqui. Nolim Hercules fieri.

BACCH. Minime gentium hoc dixeris, mi Xanthisee.

XANTH. Et quomodo Alcumenæ filius fieri possem ego, qui simul servus et mortalis sum?

BACCH. Scio, scio te iratum esse, idque non injuria. Etiam si me verberares, tecum non expostularem. Immo si in posterum unquam tibi hæc ornamenta ademero, radicitus et ego et uxor liberique pessimis exemplis pereamus, ut Archedemus lippus.

XANTH. Accipio jusjurandum, et hac conditione ornatum adsumo.

CHOR. Nunc tuum est officium, postquam ornatum hunc rursus accepisti, quem habebas prius juvenilem animum ostendere usque, et rursus torvum tueri, dei memorem illius, cujus præ te fers speciem. Quod si stulte rem gerere deprehenderis, et aliquid commiseris, quod mollem et ignavum arguat, denuo tollere te stragula necesse erit.

XANTH. Bene monetis, ó amici: sed et ipse eadem jam mecum cogito. Istum quidem, si boni evenerit quidpiam, hæc adimere rursus conaturum mihi sat scio: sed tamen ego præbebo me fortem et animosum, et acerbe, velut origanum, tuentem. Ita faciendum erit, ut videtur: nam audio jam crepitu januæ.

ÆAC. Constringite ocius hunc canifurem, ut pœnas det: properate.

Ξα. οἶδ', οἶδα τὸν νοῦν· παῦε, παῦε τοῦ λόγου.
οὐκ ἂν γενοίμην Ἡρακλῆς ἄν.

Δι. μηδαμῶς,
ὦ Ξανθίδιον.

Ξα. καὶ πῶς ἂν Ἀλκμήνης ἐγὼ
υἱὸς γενοίμην, δοῦλος ἄμα καὶ θνητὸς ἄν;

Δι. οἶδ', οἶδ' ὅτι θυμοί, καὶ δικαίως αὐτὸ δρᾶς·
κἂν εἴ γε τύπτοις μ', οὐκ ἂν ἀντίποιμί σοι.
ἀλλ' ἦν σε τοῦ λοιποῦ ποτ' ἀφέλωμαι χρόνου,
πρόρριζος αὐτὸς, ἢ γυνή, τὰ παιδία,
κάκιστ' ἀπολοίμην, κἄρ' ἐχέδημος ὁ γλάμων.

Ξα. δέχομαι τὸν ὄρκον, κἄπ' ἑτοίμως λαμβάνω.

Χο. νῦν σὸν ἔργον ἔστ', ἐπειδὴ τὴν στολὴν εἴληφας, ἦν
εἶχες σύ γ' ἐξαρχῆς, πάλιν,
ἀνανάξειν σαυτὸν αἰεὶ,

καὶ βλέπειν αὔθις τὸ δεινὸν, τοῦ θεοῦ μεμνημένον,
ᾧ περ εἰκάσεις ἑαυτόν· ἦν δὲ παραληρωῶν ἀλφῆς,
καὶ βάλῃς τι μαλθακὸν,

αὔθις αἴρεσθαι σ' ἀνάγκη τις πάλιν τὰ στρώματα.

Ξα. ἐ κακῶς, ὦ ἄνδρες, παραινέϊτ'· ἀλλὰ καὶ τὸς τυγχάνω
ταῦτ' ἄρτι συννοούμενος.

ὅτι μὲν οὔν, ἦν χρηστὸν ἢ τι,
ταῦτ' ἀφαιρεῖσθαι πάλιν πειράσεταιί μ', εἰ οἶδ' ὅτι·
ἀλλ' ὅμως ἐγὼ παρέξω
ἑμαυτὸν ἀνδρεῖον τὸ λῆμα,
καὶ βλέποντ' ὀρίγανον.

δεῖν δ' ἔοικεν, ὡς ἀκούω τῆς θυέρας καὶ δὴ ψόφον.

Δι. ξυνδέϊτε ταχέως τουτοὺ τὸν κυνοκλόπον,
ἵνα δῶ δίκην· ἀνύετον.

- Δι. ἤκει τῶ κακόν.
 Ξα. οὐκ ἐς κόρακας; μὴ πρόσσιτον.
 Αι. εἶεν, καὶ μάχαι;
 ὁ Διτύλας, χῶ Σκεβλίας, χῶ Παρδόκας,
 χωρεῖτε δευρὶ, καὶ μάχεσθε τουτωί.
 Δι. εἴτ' οὐχὶ δεινὰ ταῦτα; τύπτειν τουτονί,
 κλέπτουτα πρὸς τὰλλότρια;
 Ξα. μάλ' ὑπερφυᾶ.
 Αι. σχέτλια μὲν οὖν καὶ δεινὰ.
 Ξα. καὶ μὴν, νῆ Δία,
 εἰ πάποτ' ἦλθον δεῦρ', ἐθέλω τεθνηκέναι,
 ἢ κλεψα τῶν σῶν ἄξιόν τι καὶ τριχός.
 καὶ σοι ποιήσω πρᾶγμα γενναῖον πάνυ·
 βασάνιζε γὰρ τὸν παῖδα τουτονὶ λαβὼν,
 κἄν ποτέ μ' ἔλῃς ἀδικοῦντ', ἀπόκτεινόν μ' ἄγων.
 Αι. καὶ πῶς βασανίζω;
 Ξα. πάντα τρόπον, ἐν κλίμακι
 δήσας, κρεμάσας, ὑστριχίδι μαστιγῶν, δέρον,
 στρεβλῶν, ἐτι δ' εἰς τὰς ῥίνας ὄξος ἐγχέων,
 πλίνθους ἐπιτιθεις, πάντα τᾶλλα, πλὴν πρᾶσσω
 μὴ τύπτε τοῦτον, μηδὲ γητείω νέω.
 Αι. δίκαιος ὁ λόγος· κἄν τι πηρώσω γέ σοι
 τὸν παῖδα τύπτων, τὰργύριόν σοι κείσεται.
 Ξα. μὴ δῆτ' ἔμοιγ' οὕτω δὲ βασάνιζ' ἀπαγαγών.
 Αι. αὐτοῦ μὲν οὖν, ἵνα σοι κατ' ὀφθαλμούς λέγῃ.
 κατάδου σὺ τὰ σκεύη ταχέως, χῶπως ἐρεῖς
 ἐνταῦθα μηδὲν ψεῦδος.
 Δι. ἀγορεύω τινὶ
 ἐμὲ μὴ βασανίζειν ὄντ' ἀθάνατον· εἰ δὲ μὴ,

- BACCH. Imminet nonnemini malum.
 XANTH. Nonne in malam rem ibitis? ne accedite.
 ÆAC. Eia etiam pugnare incipis? Tu Dityla, et tu Sceblia,
 tuque Pardoca, accedite huc et depugnate cum isto.
 BACCH. Nonne ergo res indigna est? istumne alios verberare,
 qui furari aliena ipse solet?
 XANTH. Infinitum quantum.
 ÆAC. Indignum quidem et intolerandum, fateor.
 XANTH. Atqui per Jovem juro; si unquam veni huc, emori
 volo, aut si quicquam tuorum furatus sum, quod vel unius pili
 facias. Et ecce incipiam facinus generosum: accipe hunc ser-
 vum, et tormentis ex eo rem quære, atque, si me injurium de-
 prehenderis, abduc me et occidito.
 ÆAC. Quomodo ergo quæram?
 XANTH. Omnibus modis: in scala eum ligans, suspendens,
 flagellis cædens, excorians, torquens, quin naribus acetum in-
 fundens, lateres imponens: cetera omnia fac: tantum ne por-
 ris verberes eum, nec aliis novis.
 ÆAC. Æqua prædicas: tum si verberibus mutilavero tibi
 servum, præsentarium a me petito argentum.
 XANTH. Non utique ego: sed ita hunc abductum torque.
 ÆAC. Immo in hoc ipso loco, ut coram in os tibi dicat.
 Tu depone sarcinas ocius, ac vide ut nihil hic dicas menda.
 BACCH. Edico ut me nemo torqueat, qui sum immor-
 VOL. I. U

talis: sin, tua culpa tibi evenire putato, quidquid evenerit mali.

ÆAC. Quid ais?

BACCH. Aio me immortalem esse, Bacchum, Jovis filium: hunc autem esse servum.

ÆAC. Hæccine audis?

XANTH. Profecto audio; et multo magis est flagris cædendus. Si enim deus est, non sentiet.

BACCH. Quidni igitur, siquidem et tu ais deum te esse, tu quoque pariter mecum plagas accipis?

XANTH. Justa est hæc oratio. Utrum autem nostrum videris priorem plorare, aut rationem aliquam habere verberum, hunc tu pro deo ne habeas.

ÆAC. Procul dubio tu generosus es homo: nam non refugis id quod justum est. Exuite jam vestes.

XANTH. Quomodo igitur quæstionem exercebis, ut par est?

ÆAC. Facile. Alternis plagas accipietis.

XANTH. Recte autumas. Ecce, specta an me videas commoveri.

ÆAC. Jam percussi te.

XANTH. Minime hercle.

ÆAC. Nec mihi videris sensisse. Sed ad hunc ibo et percutiam eum.

BACCH. Quando tandem?

ÆAC. Atqui jam percussi.

BACCH. Quomodo ergo non sternutavi?

ÆAC. Nescio: hunc rursus tentabo.

αὐτὸς σὺ σαυτὸν αἰτιῶ.

Αι. λέγεις δὲ τί;

Δι. ἀθάνατος εἶναι φημι Διόνυσος Διὸς, τοῦτον δὲ δοῦλον.

Αι. ταῦτ' ἀκούεις;

Ξα. φήμ' ἐγώ·

καὶ πολὺ γε μᾶλλον ἐστὶ μαστιγωτέος. εἴπερ θεὸς γὰρ ἐστίν, οὐκ αἰσθησεται.

Δι. τί δῆτ', ἐπειδὴ καὶ σὺ φῆς εἶναι θεός, οὐ καὶ σὺ τύπτει τὰς ἴσας πληγὰς ἐμοί;

Ξα. δίκαιος ὁ λόγος· χυψότερον ἂν νῶν ἴδης κλαύσαντα πρότερον, ἢ προτιμήσαντά τι τυπτόμενον, εἶναι τοῦτον ἡγοῦ μὴ θεόν.

Αι. οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ εἶ σὺ γεννάδας ἀνήρ. χωρεῖς γὰρ ἐς τὸ δίκαιον. ἀποδύεσθε δῆ.

Ξα. πῶς οὖν βασανιεῖς νῶ δικάως;

Αι. ῥαδίως.

πληγὴν παρὰ πληγὴν ἐκάτερον.

Ξα. καλῶς λέγεις.

ἰδοῦ, σκόπει νῦν, ἦν μ' ὑποκινήσαντ' ἴδης.

Αι. ἦδη πάταξά σ'.

Ξα. οὐ μὰ Δι'.

Αι. οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖς.

ἀλλ' εἴμ' ἐπὶ τονδὶ καὶ πατάξω.

Δι. πηνίκα;

Αι. καὶ δὴ πάταξα.

Δι. κατὰ πῶς οὐκ ἔπταρων;

Αι. οὐκ οἶδα· τουδὶ δ' αὔθις ἀποπειράσομαι.

- Ξα. οὔκου ἀνύσεις; ἱατταταί.
 Αι. τί δ' ἱατταταί;
 μῶν ὠδυνήθης;
 Ξα. οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ἐφρόντισα,
 ὀπόθ' Ἡράκλεια τὰ ἔν Διομείοις γίγνεται.
 Αι. ἄνθρωπος ἱερός. δεῦρο πάλιν βαδιστέον.
 Δι. ἰού, ἰού.
 Αι. τί ἐστίν;
 Δι. ἰππέας ὄρω.
 Αι. τί δῆτα κλάεις;
 Δι. κρομμύων ὄσφραϊνομαι.
 Αι. ἔπειτα προτιμᾶς οὐδέν;
 Δι. οὐδέν μοι μέλει.
 Αι. βαδιστέον γ' ἄρ' ἐστίν ἐπὶ τὸνδὲ πάλιν.
 Ξα. οἴμοι.
 Αι. τί ἐστι;
 Ξα. τὴν ἄκανθαν ἔξελε.
 Αι. τί τὸ πρᾶγμα τουτί; δεῦρο πάλιν βαδιστέον.
 Δι. ΑΠΟΛΛΟΝ, ὍΣ ΠΟΥ ΔΗΛΟΝ Η ΠΥΘΩΝ
 ΕΧΕΙΣ.
 Ξα. ἤλγησεν. οὐκ ἤκουσας;
 Δι. οὐκ ἔγωγ', ἐπεὶ
 ἴαμβον Ἰππώνακτος ἀνεμιμνησκόμεν.
 Ξα. οὐδέν ποιεῖς γὰρ, ἀλλὰ τὰς λαγόνας σπόδει.
 Αι. μὰ τὸν Δί', ἀλλ' ἤδη πάρεχε τὴν γαστέρα.
 Δι. ΠΟΣΕΙΔΟΝ ---
 Ξα. ἤλγησέ τις.
 Δι. ὍΣ ΑΙΓΑΙΟΥ ΠΡΩΝΑΣ

- ΧΑΝΘ. Nonne igitur properabis? Iattatæ!
 ÆΑC. Quid sibi volt hoc iattata? num doluit?
 ΧΑΝΘ. Non hercle. Sed cogitabam, quando Diomenses
 Herculis festum celebrant.
 ÆΑC. Hominem religiosum! huc rursus eundum.
 ΒΑCCH. Hei, hei!
 ÆΑC. Quid est?
 ΒΑCCH. Equites video.
 ÆΑC. Quid itaque fles?
 ΒΑCCH. Cepas olfacio.
 ÆΑC. Itane verbera nihili facis?
 ΒΑCCH. Nihil curo.
 ÆΑC. Eundum igitur est ad hunc rursus.
 ΧΑΝΘ. Hei mihi!
 ÆΑC. Quid est?
 ΧΑΝΘ. Spinam hanc mihi exime.
 ÆΑC. Quid hoc rei est? huc rursus eundum.
 ΒΑCCH. Apollo, qui forte nunc Delum aut Delphos incolis--
 ΧΑΝΘ. Indoluit. Nonne vidisti?
 ΒΑCCH. Haud ego quidem: nam iambi Hipponactis remini;
 scebar.
 ΧΑΝΘ. Namque nihil efficis: sed ilia cæde.
 ÆΑC. Nihil profecto efficio. Sed jam præbe ventrem.
 ΒΑCCH. Neptune--
 ΧΑΝΘ. Indoluit nonnemo.

ΒΑCCH. *Qui Ægei promontoria tenes, aut cærulei regnas
maris in fundo---*

ÆAC. Neutiquam, ita me Ceres amet, cognoscere possum,
uter vestrum sit deus. Sed ingredimini: nam herus ipse vos
cognoscet, et Proserpina, quum sint dii ipsi etiam.

ΒΑCCH. Recte autumas. Vellem autem hoc te prius fecisse,
antequam plagas acciperem.

CHOR. Ad sacros choros ades, Musa, et veni, ut delecteris
carmine meo, visura numerosam populorum multitudinem, ubi
sapientiæ innumeræ sedent, ambitiosiores Cleophonte, cujus
in labris garrulis acerbe fremit Thracia hirundo, super barbaro
folio sessitans: cantat autem lugubre lusciniæ carmen, ut sit
periturus, etiamsi pares fuerint calculi.

SEM. Æquum est ut sacer chorus, quod in rem est civitatis
moneat et doceat. Primum itaque videtur nobis exæquandos
esse cives cum civibus, et metus adimendos: tum si quis ali-
quid peccaverit, deceptus Phrynichi artificii, aio oportere facul-
tatem esse illis, qui tunc lapsi sunt, causa dicta, diluendi priora

Η ΓΛΑΥΚΑΣ ΜΕΔΕΙΣ
'ΑΛΟΣ ΕΝ ΒΕΝΘΕΣΙΝ.

ΑΙ. οὐ τοι, μὰ τὴν Δήμητρα, δύναμαι πο μαθεῖν,
ὑπότερος ὑμῶν ἐστὶ θεός. ἀλλ' εἴσιτον.
ὁ δεσπότης γὰρ αὐτὸς ὑμᾶς γνώσεται,
χ' ἢ Περσέφατ' ἄτ' ὄντε ἀκκείνω θεῷ.

Διόνυσος.

ὄρθῶς λέγεις· ἐβουλόμην δ' ἂν τοῦτό σε
πρότερον ποιῆσαι, πρὶν με τὰς πηληγὰς λαθεῖν.

Χορός.

Μοῦσα χορῶν ἱερῶν ἐπίβηδι, καὶ
ἔλθ' ἐπὶ τέρψιν αἰοιδᾶς ἡμᾶς,
τὸν πολὺν ὄψομένη λαῶν ὄχλον,
οὐ σοφαὶ μυρία κάθηνται,
φιλοτιμότεραι Κλεοφῶντος, ἐφ' οὗ
δὴ χεῖλεσιν ἀμφιλάλοις
δεινὸν ἐπιβρέμεται
Θρηκία χελιδῶν,
ἐπὶ βάρβαρον ἐζομένη πέταλον·
κελαδεῖ δ' ἐπὶ κλαυτον ἀηδόνιον
νόμον, ὡς ἀπολεῖται,
κἂν ἴσαι γένωνται.

Ἡμίχορος.

τὸν ἱερὸν χορὸν δίκαιόν ἐστι χρηστὰ τῇ πόλει
ἔμπαραινεῖν, καὶ διδάσκειν. πρῶτον οὖν ἡμῖν δοκεῖ
ἐξισῶσαι τοὺς πολίτας, ἀφελεῖν τὰ δέγματα.
κεῖ τις ἡμαρτε σφαλεῖς τι Φρυνίχου παλαίσμασιν,
ἐγγενέσθαι φημὶ χρῆναι τοῖς ὀλισθοῦσιν τότε,

αἰτίαν ἐκθεῖσι, λῦσαι τὰς πρότερον ἀμαρτίας.
 εἴτ' ἄτιμον φημί χρεῖναι μηδέν' εἶναι ἔν τῇ πόλει.
 καὶ γὰρ αἰσχρὸν ἔστι, τοὺς μὲν ναυμαχίσαντας μίαν,
 καὶ Πλαταιᾶς εὐθύς εἶναι, κἀντὶ δούλων δεσπότας.
 κοῦδὲ ταῦτ' ἔγωγ' ἔχοιμ' ἂν μὴ οὐ καλῶς φάσκειν ἔχειν,
 ἀλλ' ἐπαινώ· μόνα γὰρ αὐτὰ νοῦν ἔχοντ' ἐδράσατε.
 πρὸς δὲ τούτοις εἰκὸς ὑμᾶς, οἱ μεθ' ὑμῶν πολλὰ δὴ,
 χ' οἱ πατέρες ἐναυμάχησαν, καὶ προσήκουσιν γένει,
 τὴν μίαν ταύτην παρῆναι ξυμφορὰν, αἰτουμένοις.
 ἀλλὰ τῆς ὀργῆς ἀνέντες, ὧ σοφώτατοι φύσει,
 πάντας ἀνδρώπους ἐκόντες ξυγγενεῖς κτησώμεθα,
 κἀπιτίμους, καὶ πολίτας, ὅστις ἂν ξυναυμαχῆ.
 εἰ δὲ τοῦτ' ἠγκωσόμεσθα, κἀποσημνυόμεθα
 τὴν πόλιν, καὶ ταῦτ' ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις,
 ὑστέρῳ χρόνῳ ποτ' αὖθις εὖ φρονεῖν οὐ δόξομεν.

Χορός.

εἰ δ' ἐγὼ ὄρθος ἰδεῖν βίον ἀνέρος,
 ἢ τρόπον, ὅστις ἔτ' οἰμώζεται,
 οὐ πολὺν, οὐδ' ὁ πῖθῆκός γ' οὗτος, ὁ
 νῦν ἐνοχλῶν, Κλειγένης ὁ μικρὸς,
 ὁ πονηρότατος βαλανεύς, ὅποσοι
 κρατοῦσι κυκησιτέφρου,
 ψευδονίτρου κοῖας,
 καὶ Κιμωλίας γῆς,
 χρόνον ἐνδιατρίψει· εἰδὼς δὲ τὰδ', οὐκ
 εἰρημικὸς ἔσθ', ἵνα μὴ ποτε κἀ-
 ποδυθῆ μεθύων, ἄ-
 νευ ξύλου βαδίζων.

peccata. Præterea neminem in civitate aio oportere ab hono-
 ribus excludi. Etenim turpe est illos, qui semel interfuerunt
 prælio navali, et Platæenses statim fieri, et dominos pro servis.
 Equidem nec istud negare possim recte se habere; verum lau-
 do: hæc enim sola sapienter fecistis. Præterea æquum est vos
 illis, qui vobiscum sæpe jam, ut et parentes eorum, interfue-
 runt præliis navalibus, quique genere vobis propinqui sunt,
 unam hanc noxam remittere, idque petentibus. Sed, ὁ sapien-
 tissimi, ira nonnihil laxata, demus operam, ut omnes homines
 nobis quasi cognatos faciamus, et ut omnibus adipisci honores
 et esse civibus liceat, qui una decertarint prælio navali. Si au-
 tem in concedenda civitate tumidos et superbos nos gesserimus,
 præsertim quum in ulnis fluctuum jactemur, in posterum non
 recte sapere videbimur.

CHOR. Quod si ego callidus sum dispicere vitam hominis et
 mores, qui plorabit aliquando, non diu immorabitur vel simius
 ille, qui nunc molestus est, pusillus Cligenes, balneator ille pes-
 simus omnium quotquot tractant cinerem ex falso nitro et cre-
 ta mixtum. Hoc autem quum sciat, non erit pacatus, ne for-
 te spoliectur vestibus ebrius, sine ligno incedens.

SEM. Sæpe animadvertimus civitati nostræ evenire idem circa bonos et probos cives, quod ei evenit circa veteres nummos et novos. Nam et illis, quamvis non sint adulterini, sed optimi omnium, ut constat, nummorum, et soli probe cusi, et tinnitu probati ubique, tam apud Græcos, quam apud barbaros, non utimur omnino: sed malis his æneis nuper cusi, notæ pessimæ. Et cives illos, quos scimus esse ingenuos et modestos, virosque justos, bonos item et probos, et educatos in palæstris et choris et musica, indignissimis contumeliis adficimus: istis autem æreis et peregrinis, et Pyrrhiis, malis et malo genere prognatis, ad omnia utimur, licet postremi venerint; quibus civitas antehac ne pro piacularibus quidem facile usa fuisset. Sed nunc saltem, ô stolidi, mutatis moribus, utimini rursus bonis viris: nam hoc, si bene vobis cesserit, laudem merebitur: sin aliquid fuerit offensum, saltem ex honorato ligno pati videbimini, si quid patiamini.

ÆACUS, XANTHIA, CHORUS INITIATORUM.

ÆAC. Egregius vero, ita me Jupiter Servator amet, est vir tuus herus.

XANTH. Quomodo non egregius, qui potare et futuere tantum scit?

Ἡμίχορος.

πολλάκις γ' ἡμῖν ἔδοξεν ἡ πόλις πεπονθέναι
ταυτὸν, ἔς τε τῶν πολιτῶν τοὺς καλοὺς τε ἀγαθοὺς,
ἔς τε τὰρχαῖον νόμισμα, καὶ τὸ καινὸν χρυσιόν.
οὔτε γὰρ τούτοισιν οὔσιν οὐ κεκιδδηλευμένοις,
ἀλλὰ καλλίστοις ἀπάντων, ὡς δοκεῖ, νομισμάτων,
καὶ μόνοις ἀεθῶς κοπεῖσι, καὶ κεκωδωνισμένοις
ἔν τε τοῖς Ἑλλησι καὶ τοῖς βαρβάροις ἀπανταχοῦ,
χρῶμεθ' οὐδὲν, ἀλλὰ τούτοις τοῖς πονηροῖς χαλκίοις
χθές τε καὶ πρῶην κοπεῖσι τῷ κακίστῳ κήμματι.
τῶν πολιτῶν θ' οὐς μὲν ἴσμεν εὐγενεῖς καὶ σώφρονας
ἀνδράς ὄντας καὶ δικαίους, καὶ καλοὺς τε ἀγαθοὺς,
καὶ τραφέντας ἐν παλαίστραις, καὶ χοροῖς, καὶ μουσικῇ,
προσέλοῦμεν τοῖς δὲ χαλκοῖς, καὶ ξένοις, καὶ πυρρῖαις,
καὶ πονηροῖς, καὶ πονηρῶν, εἰς ἅπαντα χρῶμεθα,
ὕστατοις ἀφιγμένοισιν, οἷσιν ἡ πόλις πρῶτον
οὐδὲ φαρμακοῖσιν εἰκῆ ῥαδίως ἐχρήσατ' ἄν.
ἀλλὰ καὶ νῦν, ὦ νόητοι, μεταβαλόντες τοὺς τρόπους,
χρήσθε τοῖς χρηστοῖσιν αὖθις· καὶ κατορθώσασι γὰρ
εὐλογον· καὶν τι σφαλῆτ', ἐξ ἄξιου γούν του ξύλου,
ἦν τι καὶ πάσχητε, πάσχειν τοῖς σοφοῖς δοκίσητε.

ΑΙΑΚΟΣ, ΞΑΝΘΙΑΣ, ΧΟΡΟΣ ΜΥΣΤΩΝ.

Αι. ΝΗ τὸν Δία τὸν Σωτήρα, γεννάδας ἀνὴρ
ὁ δεσπότης σου.

Ξα. πῶς γὰρ οὐχὶ γεννάδας,
ὅστις γε πίνειν οἶδε καὶ βίνειν μόνον;

- Αι. τὸ δὲ μὴ πατάξαι σ' ἐξελεγχθέντ' ἀντικρυς,
ὅτι, δοῦλος ὢν, ἔφασκες εἶναι δεσπότης ---
- Ξα. οἴμωξε μέντ' ἄν.
- Αι. τοῦτο μέντοι δουλικὸν
εὐδὺς πεποιήκας, ὅπερ ἐγὼ χαίρω ποιῶν.
- Ξα. χαίρεις, ἰκετεύω ;
- Αι. μάλα γ' ἐποπτεύειν δοκῶ,
ὅταν καταράσωμαι λάθρα τῷ δεσπότη.
- Ξα. τί δὲ, τονδορύζων, ἡνίκ' ἄν, πηληγὰς λαβῶν
πολλὰς, ἀπίης θύραζε ;
- Αι. καὶ τόθ' ἤδομαι.
- Ξα. τί δὲ πολλὰ πράττων ;
- Αι. αἷς μὰ Δι' οὐδὲν οἶδ' ἐγώ.
- Ξα. Ὅμόγνιε Ζεῦ· καὶ παρακούων δεσποτῶν
ἄττ' ἄν λαλῶσι ;
- Αι. καὶ μάλα πλεῖν, ἢ μαίνομαι.
- Ξα. τί δὲ, τοῖς θύραζε ταῦτα καταλαλῶν ;
- Αι. ἐγώ ;
- μα Δι', ἀλλ' ὅταν δῶ τοῦτο, κἀκμαιόμηναι.
- Ξα. ᾧ Φοῖβ' Ἀπολλων, ἔμβαλέ μοι τὴν δεξιάν,
καὶ δὸς κύσαι, καὐτὸς κύσον, κἀμοὶ φράσον,
πρὸς Διὸς, ὃς ἡμῖν ἔστιν ὁμομαστιγίας,
τίς οὗτος οὐνδον ἔστι θόρυβος, χ' ἡ βοή,
χῶ λοιδορησμός ;
- Αι. Αἰσχύλου κευριπίδου.
- Ξα. ᾧ.
- Αι. πρᾶγμα, πρᾶγμα γὰρ κεινῆται μέγα
ἐν τοῖς νεκροῖσι, καὶ στάσις πολλῆ πάνυ.

ÆAC. Illud vero annon mirum, quod te non verberaverit,
mendaci palam convictum, qui servus herum te diceret ?

XANTH. Plorasset utique.

ÆAC. Istuc quidem servile illico fecisti, quod ego lubenter
facio.

XANTH. Lubenter, obsecro ?

ÆAC. Immo Epopia esse mihi videor, quando clam hero
maledico.

XANTH. Quid vero, quando, acceptis plagis multis, foras ab-
eundo mussitas ?

ÆAC. Tunc etiam voluptate adficior.

XANTH. Quid autem, quando curiosus es ?

ÆAC. Adeo hercle, ut nihil sciam dulcius.

XANTH. Pro germane Jupiter ! etiamne sermones captans,
quando heri colloquuntur ?

ÆAC. Immo plus quam insano modo.

XANTH. Quid demum, quando extraneis sermones illos pro-
dis ?

ÆAC. Egone ? Pol ego, quando hoc facio, semen emittere
mihi videor.

XANTH. O Phœbe Apollo ! injice mihi dextram, et da te os-
culandum, ipseque me osculare, atque dic mihi, per Jovem
obsecro, qui nobis est converbero, quis iste est tumultus intus
et clamor et concertatio ?

ÆAC. Æschyli et Euripidis.

XANTH. Vah !

ÆAC. Motus enim, motus ingens exortus est inter mortuos,
et magna omnino seditio.

XANTH. Quanam ex re ?

ÆAC. Lex quædam hic statuta est, ut ex artibus majoribus et elegantioribus ille, qui est præstantissimus sui generis artificum, in Prytaneo cibum capiat, sedemque proxime a Plutone habeat,---

XANTH. Intellego.

ÆAC. Usquedum veniat in ea arte sapientior ipso alius quispiam : tunc autem loco cedere oportet.

XANTH. Cur autem hoc turbavit Æschylum ?

ÆAC. Tenebat ille tragicum solium, ut qui esset præstantissimus in ista arte.

XANTH. Nunc vero quis ?

ÆAC. Euripides quum primum huc descendit, edidit specimen artis grassatoribus, et crumenisecis, et parricidis, et parietum perfossoribus, quorum hominum apud Inferos vilissima est annona : illi autem audientes contrarias disputationes, et flexuras, et strophas, summopere insanierunt ejus amore, et sapientissimum judicarunt : deinde fiducia elatus capessit solium, ubi Æschylus sedebat.

XANTH. Et lapidibus non fuit impetitus ?

ÆAC. Non hercle : sed multitudo clamabat judicio decernendum esse, uter artis peritia excelleret.

XANTH. Scilicet sceleratorum illorum ?

ÆAC. Et pol altissimo clamore.

XANTH. Æschylo vero non adiscebant adjutores alii quispiam ?

ÆAC. Bonorum exiguus est numerus, ut hic etiam.

Ξα. ἐκ τοῦ ;

Αι. νόμος τις ἐνθάδ' ἐστὶ κείμενος ἀπὸ τῶν τεχνῶν, ὅποσαι μεγάλαι καὶ δεξιαί, τὸν ἄριστον ὄντα τῶν ἑαυτοῦ ξυntέχων, σίτησιν αὐτὸν ἐν Πρυτανείῳ λαμβάνειν, θρόνον τε, τοῦ Πλούτωνος ἐξῆς ---

Ξα. μανδάνω.

Αι. ἕως ἀφίκοιτο τὴν τέχνην σοφώτερος ἕτερός τις αὐτοῦ· τότε δὲ παραχωρεῖν ἔδει.

Ξα. τί δῆτα τοῦτ' ἐπαρθεῖς ἄισχύλου ;

Αι. ἐκεῖνος εἶχε τὸν τραγωδικὸν θρόνον, ὡς ἂν κράτιστος τὴν τέχνην.

Ξα. νυνὶ δὲ τίς ;

Αι. ὅτε δὴ κατῆλθ' Εὐριπίδης, ἐπεδείκνυτο τοῖς λωποδύταις, καὶ τοῖσι βαλαντιητόμοις, καὶ τοῖσι πατραλοῖασι, καὶ τοιχωρύχοις, ὅπερ ἔστ' ἐν Ἄδου πλήθος· οἱ δ' ἀκροάμενοι τῶν ἀντιλογιῶν, καὶ λυγισμῶν, καὶ στροφῶν, ὑπερεμάνησαν, κἀνόμισαν σοφώτατον. κἄπειτ' ἐπαρθεῖς ἀντελάβετο τοῦ θρόνου, ἢν Ἄισχύλος καθῆστο.

Ξα. οὐκ ἐβάλλετο ;

Αι. μὰ Δί, ἀλλ' ὁ δῆμος ἀνεθόρα κρῖσιν ποιεῖν, ὁπότερος εἶη τὴν τέχνην σοφώτερος.

Ξα. ὁ τῶν πανούργων ;

Αι. νῆ Δί, οὐράνιον γ' ὄσον.

Ξα. μετ' Ἄισχύλου δ' οὐκ ἦσαν ἕτεροι ξύμμαχοι ;

Αι. ὀλίγον τὸ χρηστόν ἐστιν, ὥσπερ ἐνθάδε.

- Ξα. τί δὴδ' ὁ Πλούτων δρᾶν παρασκευάζεται ;
 Αι. ἀγῶνα ποιεῖν αὐτίκα μάλα, καὶ κρίσιν,
 κἀλλεγχοῦ αὐτῶν τῆς τέχνης.
- Ξα. κἀπειτα, πῶς
 οὐ καὶ Σοφοκλῆς ἀντελάβετο τοῦ θρόνου ;
 Αι. μὰ Δί' οὐκ ἐκεῖνος, ἀλλ' ἔκουσε μὲν Αἰσχύλον,
 ὅτε δὴ κατῆλθε, κἀνέβαλε τὴν δεξιάν,
 κἀκείνος ὑπεχώρησεν αὐτῷ τοῦ θρόνου.
 νυνὶ δ' ἔμελλεν, ὡς ἔφη Κλειδημίδης,
 ἔφεδρος καθεδεῖσθαι· κἀν μὲν Αἰσχύλος κρατῆ,
 ἔξεν κατὰ χώραν· εἰ δὲ μὴ, περὶ τῆς τέχνης
 διαγωνιεῖσθαι ἦφασκε πρὸς γ' Εὐριπίδην.
- Ξα. τί χρῆμ' ἄρ' ἔσται ;
 Αι. νῆ Δί', ὀλίγον ὕστερον
 κἀνταῦθα δὴ τὰ δεινὰ κινήσεται.
 καὶ γὰρ ταλάντων μουσικὴ σταδμήσεται.
- Ξα. τί δέ ; μειαγωγήσουσι τὴν τραγωδίαν ;
 Αι. καὶ κανόνας ἐξοίσουσι καὶ πῆχεις ἐπῶν,
 καὶ πλαίσια ξύμπτυκτα πλινθεύσουσί γε,
 καὶ διαμέτρους, καὶ σφῆνας. ὁ γὰρ Εὐριπίδης
 κατ' ἔπος βασανιεῖν φησὶ τὰς τραγωδίας.
- Ξα. ἦπου βαρέως οἶμαι τὸν Αἰσχύλον φέρειν.
 Αι. ἔβλεψε γοῦν ταυρηδὸν ἐγκύψας κάτω.
- Ξα. κρινεῖ δὲ τῆ τῖς ταῦτα ;
 Αι. τοῦτ' ἦν δύσκολον·
 σοφῶν γὰρ ἀνδρῶν ἀπορίαν εὕρισκῆτην.
 οὔτε γὰρ Ἀθηναίοις ξυνέβαινεν Αἰσχύλος ---
- Ξα. πολλοὺς ἴσως ἐνόμιζε τοὺς τοιχωρύχους.

- XANTH. Quid ergo Pluto facere cogitat ?
 ÆAC. Certamen quamprimum committere, comparationem-
 que et probationem instituere eorum in arte peritiæ.
- XANTH. Sed qui factum, ut sibi non Sophocles vindicaret
 solium ?
 ÆAC. Haudquaquam ille hercle. Sed quum primum huc
 advenit, osculatus est Æschylum, et injecit ei dextram, et
 sponte cessit, nullam de solio controversiam movens. Nunc
 autem sedet, ut ait Clidemides, observator certaminis: et si
 Æschylus vicerit, continebit se in suo loco: sin minus, de
 artis peritiâ decertaturum se dixit cum Euripide.
- XANTH. Quid ergo fiet ?
 ÆAC. Edepol non ita multo post, et quidem hoc ipso in
 loco, horrendum illud certamen exorietur. Etenim in trutina
 perpendetur ars musica.
- XANTH. Quid? tragœdiamne ad libram appendent ?
 ÆAC. Et regulas efferent et normas versuum, et quadrata
 compactilia formabunt instar laterum, et diametros et cuneos.
 Nam Euripides tragœdias se examinaturum ait, singulis seorsum
 sumtis versibus.
- XANTH. Mirum ni graviter ista ferat Æschylus.
 ÆAC. Ideo torvum intuebatur, capite in terram demisso.
- XANTH. Quis vero iudex erit ?
 ÆAC. Hoc difficile erat: nam sapientum virorum magnam
 prehenderunt penuriam. Neque enim Æschylo cum Athe-
 niensibus conveniebat,—
- XANTH. Multos forte inter eos esse putabat perfossores
 parietum.

ÆAC. Præterea nihil nisi meras nugas eos censebat in dignoscendis ingeniis poetarum. Rem deinde commiserunt hero tuo, quia peritus artis erat. Sed ingrediamur. Nam quum majori studio quidpiam agunt heri nostri, parata nobis sunt verbera.

CHOR. Mirabor, ni vir grandiloquus horrendam iram in præcordiis foveat, quando celere loquacitatem animadvertet dentes exacuentis adversarii: tum demum præ furore acerrimo oculos distorquebit. Existunt autem verborum alte cristatorum galeatæ et veloces concertationes, scindularumque subtilium audaces rotationes, et ramenta operum, refutante altero viro artificis ingeniosi verba sesquipedalia. Tum iste erigens conantis cervicis hirsutam setam, horribile supercilium contrahens, rugiens, emittet verba compaginata, tanquam tabulas, ea revellens, giganteo spiritu. Hinc jam dicendi magistra, versuum examinatrix, lubrica lingua volubilis invidiosos concutiens frenos, concidens adversarii verba, minutatim refellet pulmonum plurimum laborem.

EURIPIDES, BACCHUS, ÆSCHYLUS, CHORUS
INITIATORUM, PLUTO.

EUR. Nolim a solio desistere, ne adhorteris: nam isto me potiore esse aio in arte nostra.

ΒΑCCH. Æschyle, quid taces? non enim te fugiunt hæc dicta.

EUR. Cum gravitate aliquamdiu stabit tacitus primo, id quod identidem in tragædiis factitabat præstigiator ille.

- Αι. λῆρόν τε τᾶλλ' ἠγείτο, τοῦ γυνῶναι πέρι
φύσεις ποιητῶν. εἶτα τῷ σῶ δεσπότη
ἐπέτρεψαν, ὅτι τῆς τέχνης ἔμπειρος ἦν.
ἀλλ' εἰσώμεν· ὡς ὅταν γ' οἱ δεσπῶται
ἐσπουδάκωσι, κλαύμαθ' ἡμῖν γίγνεται.
- Χο. ἦπου δεινὸν ἐξίθρεμέτας χόλον ἐνόηδεν ἔξει,
ἦνικ' ἂν ὀξύλαλόν περ ἴδη δῆγοντος δόντας
ἀντιτέχνου· τότε δὴ μανίας ὑπὸ δεινῆς
ῥήματα στρεβήσεται.
ἔσται δ' ὑψιλόφων τε λόγων κορυθαίολα νείκη,
σχινδαλμῶν τε παραξόνια, σμιλιεύματά τ' ἔργων,
φωτὸς ἀμυνομένου φρενοτέκτονος ἀνδρὸς
ῥήμαθ' ἵποβάμονα.
φρίξας δ' αὐτοκόμου λοφιάς λασιαύχυνα χαῖταν,
δεινὸν ἐπισκύνιον ξυνάγων, βρυχώμενος ἦσει
ῥήματα γομφοπαγῆ, πινακηδὸν ἀποσπῶν
γηγενεῖ φυσήματι.
ἐνθεν δὴ στοματορροῆς ἐπῶν βασανίστρια, λίσπη
γλῶσσ' ἀνελισσομένη φθονερούς κινούσα χαλινοῦς,
ῥήματα δαιομένη, καταλεπτολογήσει
πνευμόνων πολλὸν πόνον.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ, ΔΙΟΝΥΣΟΣ, ΔΙΣΧΥΛΟΣ, ΧΟΡΟΣ
ΜΥΣΤΩΝ, ΠΛΟΥΤΩΝ.

- Ευ. Οὐκ ἂν μεδείμην τοῦ θρόνου, μὴ νουδέτει.
κεῖντων γὰρ εἶναι φημι τούτου τὴν τέχνην.
- Δι. Δίσχυλε, τί σιγᾶς; αἰσθάνει γὰρ τοῦ λόγου.
- Ευ. ἀποσεμνεῖται πρῶτον, ἅπερ ἐκάστοτε

- ἐν ταῖς τραγωδίαισιν ἑτερατεύετο.
- Δι. ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν, μὴ μεγάλα λίαν λέγε.
- Ευ. ἐγῶδα τοῦτον, καὶ διέσκεμμαι πάλαι,
ἀνδρωπον ἀγριοποιῶν, αὐθαδόστομον,
ἔχοντ' ἀχάλινον, ἀκρατῆς, ἀπύλωτον στόμα,
ἀπειριάλλητον, κομποφακελορρήμονα.
- Αι. ἄλληδες, ὦ παῖ τῆς ἀρουραίας θεοῦ;
σὺ δὴ με ταῦτ', ὦ στωμυλιοσυλληκτάδη,
καὶ πτωχοποιεῖ, καὶ ῥακιοσυρραπτάδη;
ἀλλ' οὐ τι χαιρίζων αὐτ' ἐρεῖς.
- Δι. παῦσ' Αἰσχύλε,
καὶ μὴ πρὸς ὄργην σπλάγχχνα θερμύνης κότω.
- Αι. οὐ δῆτα, πρὶν γ' ἂν τοῦτον ἀποφίγω σαφῶς
τὸν χαλοποιῶν, οἷος ὦν θρασύνεται.
- Δι. ἄρν', ἄρνα μέλαιναν, παῖδες, ἐξενέγκατε·
τυφῶς γὰρ ἐκβαίνειν παρασκευάζεται.
- Αι. ὦ Κρητικὰς μὲν ξυλλέγων μονωδίας,
γάμους δ' ἀνοσίους ἐσφέρων ἐς τὴν τέχνην.
- Δι. ἐπίσχες οὗτος, ὦ πολυτίμητ' Αἰσχύλε.
ἀπὸ τῶν χαλαζῶν, ὦ πόνηρ' Εὐριπίδη,
ἄπαγε σεαυτὸν ἐκποδῶν, εἰ σωφρονεῖς,
ἵνα μὴ κεφαλαίῳ τὸν κρόταφόν σου ῥήματι
θένων ὑπ' ὄργῆς, ἐκχέῃ τὸν Τήλεφον·
σὺ δὲ μὴ πρὸς ὄργην, Αἰσχύλ', ἀλλὰ πρᾶόνως
ἔλεγχ', ἐλέγχου. λοιδορεῖσθαι δ' οὐ πρέπει
ἀνδρας ποιητὰς, ὥσπερ ἀρτοπώλιδας.
σὺ δ' εὐθὺς, ὥσπερ πρῖνος ἐμπρησθεῖς, βοᾷς.
- Ευ. ἔτοιμός εἰμ' ἔγωγε, κοῦκ ἀναδύομαι,

BACCH. O bone, ne nimis magna loquere.

EUR. Ego hunc novi, et dudum perspexi, hominem feros fingentem mores, contumaci præditum, effreni, impotenti, et bipatenti ore, sine ullo modo loquentem, turgida verba cumulatim fundentem.

ÆSCH. Itane, ô fili rusticæ divæ? tu in me hæc dicis, ô blateramentorum collector, et mendicorum fictor, et pannorum consutor? at faxo ut cum magno tuo malo dixeris.

BACCH. Desine, Æschyle, neve excandescas iracundia.

ÆSCH. Minime vero, priusquam ostendero perspicue, qualis homo sit iste claudorum fictor, qui nunc adeo ferox est.

BACCH. Nigram, pueri, nigram pecudem efferte: nam turbo erumpere conatur.

ÆSCH. O qui Creticas colligis monodias, nuptiasque nefarias infers in artem!

BACCH. Reprime te, ô valde honorande Æschyle: tu vero, ô tærumnose Euripide, si sapis, a grandinibus remove te ocuis, ne grandiori verbo tempora tibi feriens præ iracundia, excutiat Telephum. At tu, Æschyle, non iracunde, sed leniter argue te arguitor. Conviciari autem non decet viros poëtas, tanquam mulieres quæ panem vendunt: tu vero statim vociferaris eodem strepitu, quo ilex incensus.

EUR. Equidem paratus sum, et non refugio, mordere, aut

morderi prior, si huic videtur, in versibus, in melicis, in tragœdiæ nervis, et mehercle in Peleo, et Æolo, et Meleagro, immo etiam in ipso Telepho.

ΒΑCCH. Tu vero quid cogitas facere? dic Æschyle.

ÆSCH. Voluissem quidem hic non contendere: nam ex æquo nobis non est certamen.

ΒΑCCH. Quid ita?

ÆSCH. Quia mea poësis mecum non interiit: quæ autem fecit ille, cum eo interiere, ita ut quæ dicat habiturus sit. Tamen, quoniam tibi videtur, mos tibi gerendus est.

ΒΑCCH. Agedum thus aliquis huc et ignem mihi det, ut antequam hi argententur, preces concipiam, ut certamen istuc quam scitissime decidam. Vos vero Musis carmen aliquod accinite.

CHOR. Jovis δ novem filiæ virgines, castæ Musæ, quæ subtiles in disserendo adspicitis solertes mentes virorum sententias procudentium, siquando in arenam cum suis acute excogitatis descendant versutisque artibus luctatoriis, contradicendo inter se certaturi; adeste inspecturæ vim duorum facundissimorum: præbete autem verba, et subtilem scobem versuum. Nunc enim magnum illud sapientiæ certamen incipit.

ΒΑCCH. Precamini jam vos etiam aliquid, priusquam versus recitatis.

ÆSCH. O Ceres, quæ meam mentem aluisti, effice me dignum tuis mysteriis.

δάκνειν, δάκνεσθαι πρότερος, εἰ τούτω δοκεῖ, τᾶπη, τὰ μέλη, τὰ νεῦρα τῆς τραγωδίας, καὶ, νῆ Δία, τὸν Πηλέα τε, καὶ τὸν Ἄϊολον, καὶ τὸν Μελέαγρον, κᾶτι μάλα τὸν Τήλεφον. σὺ δὲ δὴ τί βουλευεῖς ποιεῖν; λέγ' Αἰσχύλε. ἐβουλόμην μὲν ἂν οὐκ ἐρίζειν ἐνθάδε. οὐκ ἐξ ἴσου γὰρ ἐστιν ὡγὼν νῶν.

Δι.

Αι.

Δι.

Αι.

Δι.

Χο.

τί δαί;
ὅτι ἡ ποιήσις οὐχὶ συντέθνηκέ μοι·
τούτω δὲ συντέθνηκεν, ὥσθ' ἔξει λέγειν.
ὅμως δ', ἐπειδὴ σοι δοκεῖ, δεῖν ταῦτα χεῖ.
ἴθι νυν λιθανωτὸν δεῦρό τις καὶ πῦρ δότω,
ὅπως ἂν εὔξωμαι πρὸ τῶν σοφισμάτων,
ἀγῶνα κερῖναι τόνδε μουσικώτατα·
ὕμεις δὲ ταῖς Μούσαις τι μέλος ὑπάσατε.
ὦ Διὸς ἐννέα παρθένοι ἀγναὶ
Μοῦσαι, λεπτολόγους ξυνετὰς φρένας αἰ καθορᾶτε
ἀνδρῶν γνωμοτύπων, ὅταν εἰς ἔριν ἀξυμερέμνοις
ἔλθωσι στρεβλοῖσι παλαίσμασιν ἀντιλογοῦντες,
ἔλθ' ἐποψύμεναι δύναμιν
δεινοτάτοιον στομάτων·
πορίσασθε ῥήματα,
καὶ παραπρίσματ' ἐπῶν.
νῦν γὰρ ἀγὼν σοφίας
ὅδε μέγας χωρεῖ πρὸς ἔργον ἤδη.
εὔχεσθε δὴ καὶ σφῶ τι, πρὶν τᾶπη λέγειν.
Δήμητερ, ἡ θρέψασα τὴν ἐμὴν φρένα,
εἶναί με τῶν σῶν ἄξιον μυστηρίων.

- Δι. ἐπίθες λαβῶν δὴ καὶ σὺ λιθανωτόν.
 Ευ. καλῶς.
 ἕτεροι γὰρ εἰσιν, οἷσιν εὐχομαι, θεοί.
 Δι. ἴδιοί τινές σοι, κόμμα καινόν ;
 Ευ. καὶ μάλα.
 Δι. ἴθι νυν προσέχου τοῖσιν ἰδιώταις θεοῖς.
 Ευ. αἰθῆρ, ἐμὸν βόσκημα, καὶ γλώσσης στρόφιγξ,
 ξύνεσίς τε, καὶ μυκτῆρες ὄσφραντήριοι,
 ὀρθῶς μ' ἐλέγχειν, ὧν ἂν ἄπτωμαι λόγων.
 Χο. καὶ μὴν ἡμεῖς ἐπιθυμοῦμεν
 παρὰ σοφοῖν ἀνδρῶν ἀκοῦσαι τινὰ λόγων
 ἐμμέλειαν, ἐπὶ τε δαΐαν ὁδόν.
 γλώσσα μὲν γὰρ ἠγρίωται·
 λῆμα δ' οὐκ ἄτολμον ἀμφοῖν, οὐδ' ἀκίνητοι φρένες.
 προσδοκᾶν οὖν εἰκός ἐστι
 τὸν μὲν ἀστεῖόν τι λέξειν καὶ κατερῖνημένον·
 τὸν δ' ἀνασπῶντ' αὐτοπρέμοις
 τοῖς λόγοισιν ἐμπεσόντα
 συσκεδᾶν πολλὰς ἀλινδῆθρας ἐπῶν.
 Δι. ἀλλ' ὡς τάχιστα χρὴ λέγειν· οὕτω δ', ὅπως ἐρεῖτον
 ἀστεῖα, καὶ μήτ' εἰκόνας, μήτ' οἷ ἂν ἄλλος εἴποι.
 Ευ. καὶ μὴν ἑμαυτὸν μὲν γε, τὴν ποιήσιν οἶός εἰμι,
 ἐν τοῖσιν ὑστάτοις φράσω· τοῦτον δὲ πρῶτ' ἐλέγξω,
 ὡς ἦν ἀλαζὼν καὶ φέναξ, οἷοις τε τοὺς θεατὰς
 ἐξηπάτα, μωρὸς λαβῶν παρὰ Φρυγίῳ τραφέντας.
 πρῶτιστα μὲν γὰρ δῆθ' ἕνα τιν' ἐκάδισεν ἐγκαλύψας,
 Ἀχιλλέα τιν', ἢ Νιόβην, τὸ πρόσσωπον οὐχὶ δεικνύς,
 πρόσχημα τῆς τραγωδίας, γρύζοντας οὐδὲ τουτί.

- BACCH. Tu etiam sume thus et in ignem inde.
 EUR. Recte. Sunt enim alii dii, quos ego invoco.
 BACCH. Peculiaresne quipiam tibi, et novæ notæ ?
 EUR. Admodum.
 BACCH. Age ergo, invoca peculiares tuos deos.
 EUR. Æther, meum pabulum, et linguæ volubilitas, et intel-
 ligentia, et nares olfactoriæ, adnite ut recte redarguam dicta,
 quæ carpere aggrediar.
 CHOR. Et nos quidem avemus ex viris sapientibus audire ser-
 mones aliquos concinne modulatos, doctoque adesse certamini.
 Etenim lingua eorum efferari cœpit, animusque haud ignavus
 ambobus est, nec pigra mens. Par est igitur ut speremus alte-
 rum quidem aliquid urbani et limati dicturum : alterum autem
 convellentem illud, grandibus verbis irruendo, dissipaturum mul-
 tas verborum tricas.
 BACCH. Sed ocuis oportet orationes incipere, ita tamen ut di-
 catis urbana, et nec imagines, nec qualia possit alius dicere.
 EUR. Equidem de me ipso, qualis poëta sim dicam postre-
 mo loco : primo autem ostendam hunc fuisse jactatorem et im-
 postorem, quibusque rebus spectatores deceperit, quos fatuos
 acceperat, apud Phrynicum educatos. Primo enim unum
 quemlibet sedere faciebat obvelatum, Achillem forte, aut Nio-
 bam, faciem ejus non ostendens, prætextum tragœdiæ, nec tan-
 tillum mutientes.

ΒΑCCH. Non hercle quicquam.

EUR. Chorus autem protrudere solebat series carminum continuas quatuor : at illi silebant.

ΒΑCCH. Ego vero gaudebam hoc silentio, et me illud delectabat non minus, quam si qui hodie loquantur.

EUR. Stolidus enim eras : scias hoc velim.

ΒΑCCH. Et mihimetipsi videor. Cur autem hoc faciebat ille ?

CHREM. Nam lubenter, uti videtur, comedebat solus.
AN. Quin et manus me perpulchras habere solebat dicere.
CHREM. Quum scilicet porrigerent viginti drachmas.
AN. Cutemque meam suave dicebat olere.
CHREM. Merito hercle, siquando nimirum Thasium infunde-
res.
AN. Adspectumque me habere mollem et pulchrum.
CHREM. Non inficetus erat homo, sed sciebat vetulæ suban-
tis viatica comedere.
AN. Hæc itaque Deus iste, ὁ amice, non recte facit, qui pro-
fitetur se injuria lacessitis præsto futurum semper.
CHREM. Quid igitur faciat, dic; et effectum dabitur.
AN. Ecastor æquum est cogere eum, qui a me beneficia ac-
ceperit, ut mihi vicissim beneficiat: aut indignus est qui ne mi
nimo quidem fruatur bono.
CHREM. Nonne igitur singulis tibi noctibus referebat gra-
tias?
AN. At dicebat se vivam me nunquam deserturum.
CHREM. Recte quidem: at nunc non amplius vivere te pu-
tat.
AN. Præ mærore enim contabui, ὁ amicissime.

CHREM. Non : sed putrefacta es, ut mihi videris:

AN. Itaque profecto per anulum me transire feceris.

CHREM. Si quidem is anulus sit cribri circulus.

AN. Sed eccum, ipse hic advenit adolescentulus, de quo dudum conqueror. Videtur comissatum ire.

CHREM. Apparet. Coronam etenim gestans et facem incedit.

AD. Salvere jubeo.

AN. Quid ait?

AD. Amica vetus, celeriter sane incanuisti, cœlum testor.

AN. Misera ego, quanta contumelia adficior!

CHREM. A multo tempore, te non videtur vidisse.

AN. Quanto tempore, miser, qui heri apud me fuerit?

CHREM. Ergo contra ei evenit, atque aliis plerisque: ebrius enim, ut apparet, acutius cernit.

AN. Minime: sed semper incompositis fuit moribus.

AD. O rex maris Neptune, et dii seniles, quantum rugarum in facie habet!

AN. Ah, ah! facem mihi ne admove.

CHREM. Recte sane autumat. Si enim ipsam vel unica scintilla attigerit, tanquam vetustum oleæ ramum eam comburet.

AD. Vin' aliquantisper mecum ludere?

AN. Ubinam, miser?

AD. Istic, sumtis nucibus.

AN. Quemnam ludum?

Χρ. οὐκ· ἀλλὰ κατασέσηπας, ὡς γ' ἐμοὶ δοκεῖς.

Γρ. διὰ δακτυλίου μὲν οὖν ἐμέ γ' ἂν διελκύσαις.

Χρ. εἰ τυγχάνοι γ' ὁ δακτύλιος ἂν τηλία.

Γρ. καὶ μὴν τὸ μειράκιον τοδὶ προσέρχεται, οὔπερ πάσαι κατηγοροῦσα τυγχάνω· ἔοικε δ' ἐπὶ κῶμον βαδίζειν.

Χρ. φαίνεται.

στέφανόν γέ τοι καὶ δᾶδ' ἔχων πορεύεται.

Νε. ἀσπάζομαι.

Γρ. τί φησιν;

Νε. ἀρχαία φίλη,

πολιὰ γεγένησαι ταχύ γε, νῆ τὸν οὐρανόν.

Γρ. τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεος, ἧς ὑβρίζομαι.

Χρ. ἔοικε διὰ πολλοῦ χρόνου σ' ἠρακέναι.

Γρ. ποίου χρόνου, ταλάνταδ', ὅς παρ' ἐμοὶ χθὲς ἦν;

Χρ. τούναντίον πέπονθε τοῖς πολλοῖς ἄρα.

μεθύων γὰρ, ὡς ἔοικεν, ὀξύτερον βλέπει.

Γρ. οὐκ· ἀλλ' ἀκόλαστός ἐστιν αἰεὶ τοὺς τρόπους.

Νε. ὦ Ποντοπόσειδον, καὶ θεοὶ πρῆστυτικοὶ,

ἐν τῷ προσώπῳ τῶν ῥυτίδων ὄσας ἔχει.

Γρ. (ᾶ, ᾶ) τὴν δᾶδα μή μοι πρόσφερ'.

Χρ. εὔ μέντοι λέγει.

ἐὰν γὰρ αὐτὴν εἰς μόνος σπινθὴρ λάβῃ,

ὥσπερ παλαιὰν εἰρεσιώνην καύσεται.

Νε. βούλει διὰ χρόνου πρὸς με παῖσαι;

Γρ. ποῖ, τάλαν;

Νε. αὐτοῦ, λαβοῦσα κάρυα.

Γρ. παιδιὰν τίνα;

- Νε. πόσους ἔχεις ὀδόντας ;
 Χρ. ἀλλὰ γνώσομαι
 καὶ γὰρ. ἔχει γὰρ τρεῖς ἴσως, ἢ τέτταρας.
 Νε. ἀπότισον· ἕνα γὰρ γόμφιον μόνον φορεῖ.
 Γρ. ταλάντατ' ἀνδρῶν, οὐχ ὑγιαίνειν μοι δοκεῖς,
 πλυνόν με ποιῶν ἐν τοσούτοις ἀνδράσιν.
 Νε. ὄναιο μέντ' ἄν, εἴ τις ἐκπλύνειέ σε.
 Χρ. οὐ δῆτ', ἐπεὶ νῦν μὲν καπηλικῶς ἔχει.
 εἰ δ' ἐκπλυνεῖται τοῦτο τὸ ψιμύδιον,
 ὄψει κατάδηλα τοῦ προσώπου τὰ ῥάκη.
 Γρ. γέρων ἀνήρ ὢν, οὐχ ὑγιαίνειν μοι δοκεῖς.
 Νε. πειρᾶ μὲν οὖν ἴσως σε, καὶ τῶν τιτθίων
 ἐφάπτεται σου, λανθάνειν δοκῶν ἐμέ.
 Γρ. μὰ τὴν Ἀφροδίτην, οὐκ ἐμοῦ γ', ὡ βδελυρὲ σύ.
 Χρ. μὰ τὴν Ἑκάτην, οὐ δῆτα· μαινοίμην γὰρ ἄν.
 ἀλλ', ὡ νεανίσκ', οὐκ ἐὼ τὴν μείρακα
 μισεῖν σε ταύτην.
 Νε. ἀλλ' ἔγωγ' ὑπερφιλῶ.
 Χρ. καὶ μὴν κατηγορεῖ γέ σου.
 Νε. τί κατηγορεῖ ;
 Χρ. εἶναί σ' ὑβριστὴν φησὶ, καὶ λέγειν, ὅτι
 ΠΑΛΑΙ ΠΟΤ' ἮΣΑΝ ΑΛΚΙΜΟΙ ΜΙΑΗ-
 ΣΙΟΙ.
 Νε. ἐγὼ περὶ ταύτης οὐ μαχοῦμαι σοι.
 Χρ. τὸ τί ;
 Νε. αἰσχυρόμενος τὴν ἡλικίαν τὴν σὴν, ἐπεὶ
 οὐκ ἄν ποτ' ἄλλω τοῦτ' ἐπέτρεπον ποιεῖν·
 νῦν δ' ἄπιθι χαιρών, ξυλλαβῶν τὴν μείρακα.

- AD. Quot habes dentes ?
 CHREM. At cognoscam ego etiam : habet enim tres fortasse,
 aut quatuor.
 AD. Solve : nam unicum tantum molarem habet.
 AN. Homo miserrime ! non mihi videris esse sanæ mentis,
 qui coram tot viris me conviciis perfundis.
 AD. Equidem tibi prodesset, si quis te calida perfunderet.
 CHREM. Non sane, quia nunc mangonice sese habet : sin ab-
 luatur ista cerussa, videbis manifesto faciei rugas.
 AN. Quum sis homo senex, deliras, uti video.
 AD. Fortasse attentat te, et papillas contrectat tuas, existi-
 mans hæc se clam me facere.
 AN. Non meas quidem, non inquam, sceleste, ita me Venus
 amet.
 CHREM. Non sane, ita mihi Hecate propitia sit : nam uti-
 que insanirem. Verum tamen, ó adolescens, non sinam ado-
 lescentulam ut odio habeas istam.
 AD. Ego vero eam efflictim amo.
 CHREM. Atqui te accusat.
 AD. Qua de re accusat ?
 CHREM. Ait te petulantem esse et dicere, *Olim fortes fuisse
 Milesios.*
 AD. Ego de hac tecum non contendam.
 CHREM. Quid ita ?
 AD. Reverentia ætatis tuæ : nam nunquam alteri concessissem
 ut istuc faceret. Nunc vero lætus abi adsumta adolescentula.
 VOL. II. H

CHREM. Novi mentem tuam, novi: non amplius forte vis esse cum illa.

AN. Quis autem est permissurus?

AD. Non sollicitarem sane anum subagitatam inde a tredecies mille annis.

CHREM. At tamen quoniam vinum non dedignatus es bibere, etiam fæx tibi exhaurienda erit.

AD. Sed hæc fæx est nimis vetus et putris.

CHREM. Ergo colum istis omnibus medebitur.

AD. Sed abi intro: Deo enim volo ingressus dedicare coronas hasce, quas habeo.

AN. Ego vero ei etiam aliquid dicere volo.

AD. At ego jam non intrabo.

CHREM. Bono animo es: nihil formida: non enim tibi vim inferet.

AD. Recte omnino mones: nam satis multo tempore eam sublevi.

AN. I præ: ego autem pone te ingrediar.

CHREM. Quam pertinaciter, ð supreme Jupiter, hæc anicula, velut ostreum, adolescenti adhærescit!

CHOR. (*Deest Chori canticum.*)

CARIO, MERCURIUS, SACERDOS JOVIS,
CHREMYLUS, ANUS, CHORUS.

CAR. Quis est, qui pultat fores? quid hoc est? nemo, ut videtur, pultat: sed nimirum ostiolum sic temere sonitu edito gemit.

MERC. Tibi, tibi inquam dico, Cario, resiste.

Χρ. οἶδ', οἶδα τὸν νοῦν· οὐκέτ' ἀξιόις ἴσως εἶναι μετ' αὐτῆς.

Γρ. ὁ δ' ἐπιτρέψων ἐστὶ τίς;

Νε. οὐκ ἂν διαλεχθῆιην διεσπλεκαυμένη ὑπὸ μυρίων ἐτῶν γε καὶ τρισχιλίων.

Χρ. ὅμως δ', ἐπειδὴ καὶ τὸν οἶνον ἠξίους πίνειν, ξυνεκποτέ' ἐστὶ σοὶ καὶ τὴν τρύγα.

Νε. ἀλλ' ἔστι κομιδῆ τρυξ παλαιὰ καὶ σαπρά.

Χρ. οὐκοῦν τρύγοιπος ταῦτα πάντ' ἰάσεται.

Νε. ἀλλ' εἴσιθ' εἴσω· τῷ θεῷ γὰρ βούλομαι.

ἐλθῶν ἀναθεῖναι τοὺς στεφάνους τούσδ', οὓς ἔχω.

Γρ. ἐγὼ δέ γ' αὐτῷ καὶ φράσαι τι βούλομαι.

Νε. ἐγὼ δέ γ' οὐκ εἴσειμι.

Χρ. θάρρει, μὴ φοβοῦ.

οὐ γὰρ βιάσεται.

Νε. πάνυ καλῶς τοίνυν λέγεις.

ἱκανὸν γὰρ αὐτὴν πρότερον ὑπεπίττουσιν χρόνον.

Γρ. βιάδιξ'· ἐγὼ δέ σου κατόπιν εἰσέρχομαι.

Χρ. ὡς εὐτόμως, ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ γράδιον,

ὡσπερ λεπὰς, τῷ μεираκίῳ προσίσχεται.

Χο. (λείπει ἢ τοῦ Χοροῦ ᾠδὴ.)

ΚΑΡΙΩΝ, ΕΡΜΗΣ, ΙΕΡΕΥΣ ΔΙΟΣ, ΧΡΕΜΥΛΟΣ,
ΓΡΑΥΣ, ΧΟΡΟΣ.

Κα. ΤΙΣ ἔσθ' ὁ κόπτων τὴν θύραν; τουτὶ τί ἦν;

οὐδεὶς ἔοικεν· ἀλλὰ δῆτα τὸ θύριον

φθεγγόμενον ἄλλως κλαυσιᾶ.

Ερ. σέ τοι, σέ τοι

λέγω, Καρίων, ἀνάμεινον.

Κα.

οὗτος, εἴπ' ἔμοι,

σύ τὴν θύραν ἔκοπτες οὕτως ἰσφύδρα;

Ερ.

μὰ Δί', ἀλλ' ἔμελλον εἶτ' ἀνέωξάς, με φθάσας.
ἀλλ' ἐκκάλει τὸν δεσπότην τρέχων ταχὺ,
ἔπειτα τὴν γυναῖκα καὶ τὰ παῖδιά,
ἔπειτα τοὺς θεράποντας, εἶτα τὴν κύνα,
ἔπειτα σαυτὸν, εἶτα τὴν ὄν.

Κα.

εἴπ' ἔμοι,

τί δ' ἐστίν;

Ερ.

ὁ Ζεὺς, ὃ πόνηρε, βούλεται,

ἐς ταυτὸν ἡμᾶς ξυγκυκῆσας τρυβλίον,
ἀπαξάπαντας εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν.

Κα.

ἢ γλώττα τῷ κήρυκι τούτων τέμνεται.
ἀτὰρ διὰ τί γε ταῦτ' ἐπιβουλεύει ποιεῖν
ἡμᾶς;

Ερ.

ὅτι δεινότατα πάντων πραγμάτων,
εἴργασθ'. ἀφ' οὗ γὰρ ἤρξατ' ἐξαρχῆς βλέπειν
ὁ Πλοῦτος, οὐδεὶς οὐ λιβανωτὸν, οὐ δάφνην,
οὐ ψαιστὸν, οὐχ ἱερεῖον, οὐκ ἄλλ' οὐδὲ ἐν
ἡμῖν ἐπιθύει τοῖς θεοῖς.

Κα.

μὰ Δί', οὐδέ γε

θύσει. κακῶς γὰρ ἐπεμελεῖσθ' ἡμῶν τότε.

Ερ.

καὶ τῶν μὲν ἄλλων μοι θεῶν ἤττον μέλει·
ἐγὼ δ' ἀπόλωλα ἀπιτέτριμμαί.

Κα.

σωφρονεῖς.

Ερ.

πρότερον γὰρ εἶχον μὲν παρὰ ταῖς καπηλίσι
πάντ' ἀγάθ' ἔωθεν εὐθύς, οἰνοῦτταν, μέλι,

CAR. Eho, dic mihi, tune fores pultabas tam improbe?

MERC. Non hercle, sed jam pultaturus eram: deinde occupasti aperire. Sed curriculo curre et evoca huc herum, deinde uxorem ejus et liberos, deinde et famulos, deinde canem, deinde te ipsum, deinde porcum.

CAR. Dic mihi, quid est?

MERC. Jupiter, o miserrime, vult in eodem vos commistos catino universos in Barathrum injicere.

CAR. Istiusmodi rerum nuntio lingua exciditur. Sed cur tandem hæc facere cogitat nobis?

MERC. Quia facinus gravissimum patrastis. Ex quo enim denuo cœpit videre Plutus, nemo nec thus, nec laurum, nec libum, nec victimam, nec aliud quicquam nobis diis sacrificat.

CAR. Non hercle; neque sacrificabit. Male enim nostri curam gerebatis tunc.

MERC. De ceteris quidem diis minus anxie laboro: at ego perii et interii.

CAR. Recte sapis.

MERC. Antea enim apud cauponas mane statim habebam omnis generis lautitias, offam vino subactam, mel, caricas, quæcun-

que par est Mercurium edere: nunc autem esuriens, sursum porrectis pedibus, requiesco.

CAR. Nonne vero merito, ut qui damno cauponas mactabas subinde, quum tamen istiusmodi bona ab illis haberes?

MERC. Heu miser ego! heu placentam quarto cujusvis mensis die pistam!

CAR. *Absentem desideras et frustra vocas.*

MERC. Eheu pernam, quam ego comedebam!

CAR. Uni tu pernae innixus hic sub dio salta.

MERC. Et intestina calida, quæ ego comedebam!

CAR. Intestinorum tormina te videntur vexare.

MERC. Eheu calicem æquali portione vini et aquæ temperatum!

CAR. Hoc insuper epoto, quamprimum hinc facesse.

MERC. Numquid me amicum tuum ope tua juvares?

CAR. Si ejusmodi re tibi opus est, in qua tibi prodesse possim.

MERC. Si mihi panem bene pistum præbens, comedere dares, et magnum frustum carnis victimarum earum, quibus intus sacrificatis.

CAR. At illa efferri nefas est.

MERC. Atqui quando aliquod vasculum heri tui surripiebas, semper ego faciebam, ut latere posses.

CAR. Ea quidem conditione, ut ipse particeps fieres, ó parietum perfossor: nam obvenire tibi solebat grandis placenta bene pista.

MERC. Quam deinde solus comedere solebas.

CAR. Non enim partem æquam plagarum mecum accipiebas, siquando deprehenderer flagitio aliquo commisso.

MERC. Ne memineris veterum malorum, si Phylen occupasti. Sed, per deos obsecro, contubernalem me recipite.

ἰσχάδας, ὅς' εἰκός ἐστιν Ἐρμῆν ἐσθίειν
νυνὶ δὲ πεινῶν, ἀναβάδην ἀναπαύομαι.

Κα. οὐκ οὐν δικαίως, ὅστις ἐποίεις ζημίαν
ἐνίοτε, τοιαύτ' ἀγάθ' ἔχων;

Ερ. οἴμοι τάλας,

οἴμοι πλακοῦντος, τοῦ ἕν τετραδί πεπεμμένου.

Κα. ΠΟΘΕΙΣ ΤΟΝ ΟΥ ΠΑΡΟΝΤΑ ΚΑΙ ΜΑΤΗΝ
ΚΑΛΕΙΣ.

Ερ. οἴμοι δὲ κωλῆς, ἧς ἐγὼ κατήσθιον.

Κα. ἀσκωλίαζ' ἐνταῦθα πρὸς τὴν αἰθρίαν.

Ερ. σπλάγχχνων τε θερμῶν, ὧν ἐγὼ κατήσθιον.

Κα. ὀδύνη σε πρὸς τὰ σπλάγχχν' ἔοικ' ἐπιστρέφειν.

Ερ. οἴμοι δὲ κύλικος ἴσον ἴσω κεκραμένης.

Κα. ταύτην ἐπιπιῶν, ἀποτρέχων οὐκ ἂν φθάνοις;

Ερ. ἄρ' ἀφελήσαις ἂν τι τὸν σαυτοῦ φίλον;

Κα. εἴ του δέει γ', ὧν δυνατὸς εἰμί σ' ἀφελεῖν.

Ερ. εἴ μοι πορίσας ἄρτον τιν' εὖ πεπεμμένον
δοίης καταφαγεῖν, καὶ κρέας νεανικόν,
ὧν δύεθ' ὑμεῖς ἔνδον.

Κα. ἀλλ' οὐκ ἔκφορα.

Ερ. καὶ μὴν ὁπότε τι σκευάριον τοῦ δεσπότου
ὑφέλοι', ἐγὼ σε λανθάνειν ἐποίουν αἰέ.

Κα. ἐφ' ᾧ τε μετέχειν καὶ τὸς, ᾧ τοιχωρῶχε.
ἦκεν γὰρ ἂν σοι ναστὸς εὖ πεπεμμένος.

Ερ. ἔπειτα τοῦτόν γ' αὐτὸς ἂν κατήσθιες.

Κα. οὐ γὰρ μετεῖχες τὰς ἴσας πηληγὰς ἐμοί,
ὅπότε τι ληφθείην πανουργήσας ἐγώ.

Ερ. μὴ μνησικακήσης, εἰ σὺ Φυλὴν κατέλαβες.

ἀλλὰ ξύνοικον, πρὸς θεῶν δέξασθ' ἐμέ.

Κα. ἔπειτ', ἀπολιπῶν τοὺς θεοὺς, ἐνθάδε μενεῖς ;

Ερ. τὰ γὰρ παρ' ὑμῖν ἐστὶ βελτίω πολύ.

Κα. τί δέ; ταῦτο μολεῖν ἀστεῖον εἶναί σοι δοκεῖ ;

Ερ. ΠΑΤΡΙΣ ΓΑΡ ΕΣΤΙ ΠΑΣ' ΙΝ' ΑΝ ΠΡΑΤΤῆ
ΤΙΣ ΕΥ.

Κα. τί δῆτ' ἂν εἴης ὄφελος ἡμῖν ἐνθάδ' ὦν.

Ερ. παρὰ τὴν θύραν Στροφαῖον ἰδρύσασθ' ἐμέ.

Κα. Στροφαῖον ; ἀλλ' οὐκ ἔργον ἔστ' οὐδὲν στροφῶν.

Ερ. ἀλλ' Ἐμπολαῖον.

Κα. ἀλλὰ πλουτοῦμεν τί οὖν

Ἐρμῆν παλιγκάπηλον ἡμᾶς δεῖ τρέφειν ;

Ερ. ἀλλὰ Δόλιον τοῖνον.

Κα. Δόλιον ; ἤκιστά γε.

οὐ γὰρ δόλου νῦν ἔργον, ἀλλ' ἀπλῶν τρόπων.

Ερ. ἀλλ' Ἡγεμόνιον.

Κα. ἀλλ' ὁ θεὸς ἤδη βλέπει,

ᾧσθ' ἡγεμόνος οὐδὲν δεησόμεσθ' ἔτι.

Ερ. Ἐναγώνιος τοῖνον ἔσομαι. καὶ τί ἔτ' ἔρεῖς ;

Πλούτῳ γὰρ ἐστὶ τοῦτο συμφορώτατον,
ποιεῖν ἀγῶνας μουσικῶς καὶ γυμνικῶς.

Κα. ὡς ἀγαθόν ἐστ' ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν

οὗτος γὰρ ἐξεύρηκεν αὐτῷ βιότιον.

οὐκ ἔτι δὲ πάντες οἱ δικάζοντες θαμὰ

σπεύδουσιν ἐν πολλοῖς γεγράφθαι γράμμασιν.

Ερ. οὐκοῦν ἐπὶ τούτοις εἰσῴω.

Κα. καὶ πλῦνέ γε

αὐτὸς προσελθὼν πρὸς τὸ φρέαρ τὰς κοιτίας,

CAR. Itane, diis relictis, hic manebis ?

MERC. Vestra enim conditio est melior multo.

CAR. Quid vero? num transfugere tibi lepidam videtur?

MERC. *Patria enim est omnis regio ubi homini bene est.*

CAR. Quem, quaeso, usum nobis praestabis, si hic fueris ?

MERC. Januae vertendae me praesidem facitote.

CAR. Vertendae? atqui nihil opus est versutiis.

MERC. At negotiationum.

CAR. At nunc ditescimus. Quid ergo Mercurium Caupona-
rium alere nobis opus est ?

MERC. Itaque doli artificem.

CAR. Doli? minime. Non enim opus est jam dolo, sed sim-
plicibus moribus.

MERC. At viæ ducem.

CAR. Sed Deus jam videt: adeoque duce non amplius indi-
gebimus.

MERC. Itaque certaminum praeses ero: et quid adhuc dices?
Pluto enim convenientissimum est instituire certamina musica
et gymnica.

CAR. Quam bonum est cognomina multa habere! iste enim
hac ratione invenit sibi victum. Non temere omnes iudices om-
ni saepe studio contendunt, ut multis tribunalium literis inscri-
bantur.

MERC. Itaque hac conditione ingrediar.

CAR. Et quidem elue ipse ad puteum accedens exta victima-
rum, ut statim officiosum te mihi probes.

SAC. Quis possit mihi certo indicare, ubi sit Chremylus?

CHREM. Quid est, vir optime?

SAC. Quid, nisi male? Ex quo enim Plutus iste cœpit videre, pereo fame: nam quod comedam, non habeo, tametsi sum sacerdos Jovis Servatoris.

CHREM. Quænam vero, amabo, causa est hujus rei?

SAC. Nemo dignatur amplius sacrificare.

CHREM. Quam ob rem?

SAC. Quia omnes sunt divites. At tunc, quum nihil habebant, mercator salvus reversus domum mactabat victimam aliquam: alius item quispiam, quod judicio absolutus fuisset: alius vero litabat, et invitabat sacerdotem: nunc nemo sacrificat prorsus quicquam, neque in fanum intrat, nisi cacatum plus quem decies milleni.

CAR. Nonne ergo ex his, quæ tibi rite obveniunt, sumis?

SAC. Igitur ipse etiam mihi videor, Jove Servatore deserto, hic mansurus.

CHREM. Bono animo es: nam Deo volente, bene erit. Jupiter enim Servator hic adest, sponte adveniens.

SAC. Omnia bona itaque nuntias.

CHREM. Dedicabimus ergo actutum, manta modo, Plutum in eo loco, ubi antehac erat, ærarium Deæ perpetuo custodiens.

ἴν' εὐθέως διακονικὸς εἶναι δοκῆς.

Ιε. τίς ἂν φράσειε ποῦ ἴστι Χρεμύλος μοι σαφῶς;

Χρ. τί δ' ἐστίν, ὦ βέλτιστε;

Ιε. τί γὰρ ἄλλ', ἢ κακῶς;

ἀφ' οὗ γὰρ ὁ Πλούτος οὗτος ἤρξατο βλέπειν, ἀπόλωλ' ὑπὸ λιμοῦ. καταφαγεῖν γὰρ οὐκ ἔχω, καὶ ταῦτα τοῦ Σωτήρος ἱερεὺς ἂν Διός.

Χρ. ἢ δ' αἰτία τίς ἐστίν, ὦ πρὸς τῶν θεῶν;

Ιε. θύειν ἔτ' οὐδεὶς ἀξιοῖ.

Χρ. τίνας οὐνεκα;

Ιε. ὅτι πάντες εἰσὶ πλούσιοι· καίτοι τότε, ὅτ' εἶχον οὐδὲν, ὁ μὲν ἂν ἦκων ἔμπορος ἔθυσεν ἱερεῖόν τι σωθεῖς· ὁ δὲ τίς ἂν δίκην ἀποφυγῶν· ὁ δ' ἂν ἐκαλλιιερεῖτό τις, καὶ μετεκάλει τὸν ἱερέα· νῦν δ' οὐδὲ εἷς θύει τοπαράπαν οὐδὲν, οὐδ' εἰσέρχεται, πλὴν ἀποπατησόμενοι γε πλεῖν ἢ μυρίοι.

Κα. οὐκ οὐκ τὰ νομιζόμενα σὺ τούτων λαμβάνεις;

Ιε. τὸν οὖν Δία τὸν Σωτήρα καὶ τὸς μοι δοκῶ χαίρειν ἑάσας, ἐνθάδ' αὐτοῦ καταμενεῖν.

Χρ. θάρρει. καλῶς ἔσται γὰρ, ἣν θεὸς θέλη. ὁ Ζεὺς ὁ Σωτήρ γὰρ πάρεστιν ἐνθάδε, αὐτόματος ἦκων.

Ιε. πάντ' ἀγαθὰ τοῖνον λέγεις.

Χρ. ἰδρυσόμεθ' οὖν αὐτίκα μάλ', ἀλλὰ περιμένε, τὸν Πλούτον, οὔπερ πρότερον ἦν ἰδρυμένος, τὸν ὀπισθόδομον αἰεὶ φυλάττων τῆς θεοῦ. ἀλλ' ἐκδότω τις δεῦρο δάδας ἡμμένας,

ἴν' ἔχων προσηγῆ τῷ θεῷ σύ.

Ιε. :

πάνυ μὲν οὖν
δεῖν ταῦτα χεῖρ.

Χρ.

Γρ.

Χρ.

τὸν Πλοῦτον ἔξω τις κάλει.

ἐγὼ δὲ τί ποιῶ ;

τὰς χύτρας, αἷς τὸν θεὸν
ιδρυσόμεθα, λαβοῦσ' ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, φέρε
σεμνῶς· ἔχουσα δ' ἡλθεῖς αὐτῇ ποικίλα.

Γρ.

Χρ.

ὣν δ' οὐνεκ' ἡλθον ;

πάντα σοι πεπράξεται.
ἤξει γὰρ ὁ νεανίσκος ὡς σ' εἰς ἐσπέραν.

Γρ.

Κα.

ἀλλ' εἴ γε μέντοι, νῆ Δί', ἐγγυᾶ σύ μοι
ἤξειν ἐκείνον ὡς ἔμ', οἶσω τὰς χύτρας.

καὶ μὴν πολλὰ τῶν ἄλλων χυτῶν τάναντία
αὐταὶ ποιοῦσι. ταῖς γὰρ ἄλλαις μὲν χύτραις
ἡ γεαῦς ἔπεστ' ἀνωτάτω· ταύτης δὲ νῦν
τῆς γραδὸς ἐπιπολῆς ἔπεισιν αἱ χύτραι.

Χορός.

οὐκ ἔτι τοίνυν εἰκὸς μέλλειν οὐδ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἀναχωρεῖν
εἰς τοῦπισθεν· δεῖ γὰρ κατόπιν τούτων ἀδούλιας ἔπεσθαι.

Sed efferat aliquis huc faces incensas, ut tu eas gestans præcedas ante Deum.

SAC. Omnino quidem hæc fieri oportet.

CHREM. Plutum aliquis evocet foras.

AN. Ego vero quid faciam ?

CHREM. Ollas, quibus Deum dedicabimus, cape, et in capite fer modeste, siquidem venisti varia veste induta.

AN. Et illa, quorum causa veneram ?

CHREM. Omnia confient. Veniet enim ad te adolescentulus ad vesperam.

AN. At tu quidem si pro illo spondeas venturum eum ad me, ita ecce ego portabo ollas.

CAR. Profecto ollis istis contra atque aliis evenit ; nam ceteris quidem ollis anus in summo est : huic autem nunc anui in superficie sunt ollæ.

CHOR. Haud amplius itaque decet nos cunctari, sed recedere retrorsum : nos enim cantantes oportet istos a tergo sequi.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΖΟΥΣΑΙ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

ΓΥΝΑΙΚΕΣ ΤΙΝΕΣ.

ΧΟΡΟΣ.

ΒΛΕΠΥΡΟΣ *ἀνὴρ Πραξαγόρας.*

ΑΝΗΡ ΤΙΣ.

ΧΡΕΜΗΣ.

Ο ΚΑΤΑΘΕΙΣ.

Ο ΜΗ ΚΑΤΑΘΕΙΣ.

ΚΗΡΤΞ.

ΓΡΑΕΣ ΤΙΝΕΣ.

ΝΕΑΝΙΣ.

ΝΕΑΝΙΑΣ.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

ΔΕΣΠΟΤΗΣ.

ARISTOPHANIS

ECCLESIAZUSÆ.

PRAXAGORA, MULIERES QUÆDAM, CHORUS.

PRAX. O LUCIDUM jubar lychni fictilis, conspicuis in locis perquam commode suspensum, (namque tuam originem fortunasque exponemus, ó lychne; nempe rota ductus impulsu figuli, singulis in naribus splendor Solis honores habes.) da motu tuo conducta flammæ signa. Tibi quippe uni aperimus consilia nostra; atque adeo merito, siquidem in cubiculis nostris dum varias rei Venereæ schemas experimur, tu nobis ades, neque quisquam ex ædibus abigit oculum tuum, crissantium corporum inspectorem. Solus autem, ó lychne, in arcanos usque feminum recessus lucas, deustulans pullulantes pilos: tum etiam nobis cellas frugibus et Lyæo latice refertas furtim reserantibus ades. Ac in hisce omnibus adjutor quum sis, nihil

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΖΟΥΣΑΙ.

ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ, ΓΥΝΑΙΚΕΣ ΤΙΝΕΣ, ΧΟΡΟΣ.

Πρ. Ω ΛΑΜΠΡΟΝ ὄμμα τοῦ τροχηλάτου λύχνου, κάλλιστ' ἐν εὐσκόποισιν ἐξηρητημένον, (γονάς τε γὰρ σὰς καὶ τύχας δηλώσομεν· τροχῶ γὰρ ἐλαθεῖς κεραμικῆς ῥύμης ἀπο, μυκτῆρσι λαμπρὰς ἡλίου τιμὰς ἔχεις.) ὄρμα φλογὸς σημεῖα τὰ ξυγκείμενα. σοὶ γὰρ μόνῳ δηλοῦμεν· εἰκότως, ἐπεὶ κὰν τοῖσι δωματίοισιν Ἀφροδίτης τράπων πειρωμέναισι πλεσίον παραστατεῖς· λορδουμένων τε σωμάτων ἐπιστάτην ὀφθαλμὸν οὐδεὶς τὸν σὸν ἐξείργει δόμων. μόνος δὲ μηρῶν εἰς ἀπορρήτους μυχοὺς λάμπεις, ἀφεύων τὴν ἐπανδοῦσαν τρεῖχα· στοάς τε, καρποῦ βακχίου τε νόματος πλήρεις, ὑπογνώσαισι συμπαραστατεῖς·

καὶ ταῦτα συνδραῖν, οὐ λαλεῖς τοῖς πλεσιον.
 ἀνδ' ὧν ξυνείσει καὶ τὰ νῦν βουλευµατα,
 ὅσα Σκίροις ἔδοξε ταῖς ἐμαῖς φίλαις.
 ἀλλ' οὐδεμία πάρεστιν, ἃς ἤκειν ἐχεῖν.
 καὶ τοι πρὸς ὄρθρον ἐστίν· ἡ δ' ἐκκλησία
 αὐτίκα μάλ' ἔσται· καταλαβεῖν δ' ἡµᾶς ἔδρας,
 ὡς Σφυροµαχὸς ποτ' εἶπεν, εἰ μέμνησθ' ἔτι·
ΔΕΙΤΑΣ ΕΤΑΙΡΑΣ ΕΓΚΑΘΙΖΟΜΕΝΑΣ

ΛΑΘΕΙΝ.

τί δῆτ' ἂν εἴη; πότερον οὐκ ἐρράµµένους
 ἔχουσι τοὺς πώγωνας, οὓς εἶρητ' ἔχειν;
 ἢ θαιµάτια τάνδρεῖα κλειψάσαις λαβεῖν
 ἢν χαλεπὸν αὐταῖς; ἀλλ' ὄρω τονδὶ λύχνον
 προσιόντα. φέρε νυν ἐπαναχωρήσω πάλιν,
 μὴ καὶ τις ὧν ἀνήρ ὁ προσιῶν τυγχάνη.
 ὦρα βαδίζειν, ὡς ὁ κήρυξ ἀργίως,
 ἡµῶν προσιόντων, δεύτερον κεκόκκυκεν.
 ἐγὼ δέ γ' ὑµᾶς προσδοκῶσ' ἐγρηγόρου
 τὴν νύκτα πᾶσαν. ἀλλὰ, φέρε, τὴν γείτονα
 τήνδ' ἐκκαλέσωμαι, τρυγωνῶσα τὴν θύραν.
 δεῖ γὰρ τὸν ἀνδρ' αὐτῆς λαθεῖν.

Γυ. α'.

Πρ.

Γυ. β'.

ἤκουσά τοι
 ὑποδοµένη τὸ κνῦμά σου τῶν δακτύλων,
 ἄτ' οὐ καταδαξθούσ'. ὁ γὰρ ἀνὴρ, ὃ φίλτάτη,
 (Σαλαµίνιος γὰρ ἐστίν, ὃ ξύνειµ' ἐγὼ)
 τὴν νύκτ' ὅλην ἤλαυνέ µ' ἐν τοῖς στρώμασιν,
 ὥστ' ἄρτι τουτὶ θαιµάτιον αὐτοῦ λαβεῖν.

Γυ. α'.

καὶ μὴν ὄρω καὶ Κλειναρέτην, καὶ Σωστράτην

tamen vicinis enuntias. Quamobrem conscius eris præsentium consiliorum, quæcunque Sciris decreverunt mulieres amicæ meæ. Sed nulla earum adest, quas venisse oportuit: et tamen jamjam lucescet hoc: actutum habebitur concio, et sedes nobis capiendæ sunt, ut olim Sphyromachus dixit, si satis meministis: *Oporet mulieres inter viros sedentes latere.* Quidnam autem sit? an nondum consuerunt barbas, quas ut haberent constitutum fuerat? an vero vestes virorum subducere eis difficile fuerit? Atat advenientem lucernam prospicio. Age, mihi retro huc concedendum est, ne forte qui horsum venit, vir aliquis siet.

MUL. I. Nunc eundi tempus est: præco enim modo prodeuntibus nobis domo altera vice cantavit.

PRAX. At ego vos opperiens noctem perpetem vigilavi. Verum age, hanc vicinam e proximo evocem, leniter scalpens januam. Cauto enim opus est, ne quid vir ejus persentiscat.

MUL. II. Audivi sane, dum mihi induco calceos, scalptionem digitorum tuorum, quippe quæ non dormiebam; siquidem vir, ὁ mea tu (Salaminius autem est quicum nupta sum ego) tota me nocte usque et usque agitavit in stragulis. Itaque adeo illius vestem nunc demum capere potui.

MUL. I. Atat video prodeuntem Clinaretam, et Sostratam, et una cum iis vicinam hanc Philænetam.

PRAX. Ecquid festinabitis vos? Sancte enim dejeravit Glyce, quæ nostrum postrema venerit, eam tribus vini congiis et cicerum chœnice multatum iri.

MUL. I. En, Smicythionis non vides Melistichen in virilibus calceis festinantem? Ea quidem sola mihi videtur a viro exisse otiose.

MUL. II. Quid? nonne vides cauponis uxorem Geustratam dextra lampadem tenentem, unaque Philodoreti et Chæretadæ sponsam?

PRAX. Sed et alias bene multas video horum tendentes, mulierum quæ sunt in urbe excellentissimas quasque.

MUL. III. Ego quidem, ð dilecta, diu multumque fui sollicita, donec e domo furtim elabi potuerim. Vir enim meus totam noctem misere tussit, trichiis here in cœna offertus.

PRAX. Sedete igitur, ut vos, quando huc omnes convenisse video, de iis interrogem, quæ in Sciris decreta sunt, quo sciam ea feceritis nec ne.

MUL. IV. Ego sane: nam primum omnium alas habeo hirsutiores fruticeto, itidem ut convenerat. Tum vero, si quando vir meus ad forum se conferret, totum corpus perungebam, et sic stans in sole toto die excoquebar.

MUL. V. Ego quoque: novaculam enim domo eeci extemplo, tota ut pilosa fierem, neque quicquam mihi cum muliere simile esset.

PRAX. Habetis vero barbas, quibuscum ut conveniremus, nobis omnibus edictum fuerat?

- προσιούσαν ἤδη τήνδε, καὶ Φιλαινέτην.
 Πρ. οὐκ οὖν ἐπέξεσθ', ὡς Γλύκη κατώμοσε τὴν ὑστάτην ἤκουσαν οἴνου τρεῖς χοᾶς ἡμῶν ἀποτίσειν, κἀρεβίνθων χοίника.
 Γυ. α'. τὴν Σμικυθίωνος οὐχ ὄρας Μελιστίχην σπεύδουσαν ἐν ταῖς ἐμβάσιν; κἀμοὶ δοκεῖ κατὰ σχολὴν παρὰ τὰνδρὸς ἐξελεθεῖν μόνη.
 Γυ. β'. τὴν τοῦ καπήλου δ' οὐχ ὄρας Γευσιστρατῆν, ἔχουσαν ἐν τῇ δεξιᾷ τὴν λαμπάδα; καὶ τὴν Φιλοδωρήτου τε καὶ Χαιρητάδου;
 Πρ. ὄρα ἡ προσιούσας χ' ἀτέρας πολλὰς πάνυ γυναῖκας, ὅτι περ ἔστ' ὄφελος ἐν τῇ πόλει.
 Γυ. γ'. καὶ πάνυ ταλαιπώρως ἔγωγ', ὃ φιλτάτη, ἐκδραῖσα παρέδυν. ὁ γὰρ ἀνὴρ τὴν νύχθ' ὅλην ἔβηττε, τριχίδων ἐσπέρας ἐμπλήμενος.
 Πρ. κἀθησθε τοίνυν, ὡς ἀν' ἀνέρωμαι τάδε ὑμᾶς, ἐπειδὴ ξυλλελεγμένας ὄρα, ὅσα Σκίροις ἔδοξεν, εἰ δεδράκατε.
 Γυ. δ'. ἔγωγε. πρῶτον μὲν γ' ἔχω τὰς μασχάλας λόχμης δασυτέρας, κατὰπερ ἦν ξυγκείμενον· ἔπειθ', ὅπότε ἀνὴρ εἰς ἀγορὰν οἴχοιτό μου, ἀλειψαμένη τὸ σῶμ' ὄλον, δι' ἡμέρας ἐχλαινόμην ἐστῶσα πρὸς τὸν ἥλιον.
 Γυ. ε'. κἀγωγε· τὸ ξυρὸν δέ γ' ἐκ τῆς οἰκίας ἔρριψα πρῶτον, ἵνα δασυθῆν ὅλη, καὶ μηδὲν εἶην ἔτι γυναικί προσφερέης.
 Πρ. ἔχετε δὲ τοὺς πάγωνας, οὓς εἴρητ' ἔχειν πάσαισιν ἡμῖν, ὅπότε συλλεγοίμεθα;

- Γυ. δ'. *νῆ τὴν Ἐκάτην, τὸν καλὸν ἔγωγε τουτονί.*
 Γυ. ε'. *κᾶγωγ' Ἐπικράτους οὐκ ὀλίγω καλλίονα.*
 Πρ. *ὑμεῖς δὲ τί φατέ;*
 Γυ. δ'. *φασί· κατανούουσι γάρ.*
 Πρ. *καὶ μὴν τά γ' ἄλλ' ὑμῖν ὄρω πεπραγμένα.*
Λακωνικὰς γὰρ ἔχετε, καὶ βακτηρίας,
καὶ θαιμάτια τάνδρεια, καθάπερ εἵπομεν.
 Γυ. ζ'. *ἔγωγέ τοι τὸ σκύταλον ἐξηνεγκάμην*
τὸ τοῦ Λαμίου τουτὶ καθεύδοντος λάθρα.
 Γυ. α'. *τοῦτ' ἔστ' ἐκεῖνο τῶν σκυτάλων, ἃν πέρδεται.*
νῆ τὸν Δία τὸν Σωτήρ', ἐπιτήδειός γ' ἂν ᾔην,
τὴν τοῦ Πανόπτου διφθέραν ἐνημμένος,
εἴπερ τι βουκολεῖν ἐθέλοι τὸν δῆμιον.
 Πρ. *λέγοιτ' ἂν ὅπως καὶ τὰπὶ τούτοις δράσομεν,*
ἕως ἔτ' ἐστὶν ἄστρα κατὰ τὸν οὐρανόν·
ἢ κκλησία δ', εἰς ἣν παρσκειύασμεθα
ἡμεῖς βαδίζειν, ἐξ ἕω γενήσεται.
 Γυ. α'. *νῆ τὸν Δί', ὥστε δεῖ σε καταλαβεῖν ἔδρας*
ὑπὸ τῷ λίθῳ, τῶν Πρυτανέων καταντικρύ.
 Γυ. η'. *ταυτί γέ τοι, νῆ τὸν Δί', ἐφερόμην, ἵνα*
πληρουμένης ξάινομι τῆς ἐκκλησίας.
 Πρ. *πληρουμένης, τάλαινα;*
 Γυ. η'. *νῆ τὴν Ἄρτεμιν,*
ἔγωγε. τί γὰρ ἂν χεῖρον ἀκροώμην ἄρα
ξάινοσα; γυμνὰ δ' ἐστὶ μου τὰ παιδία.
 Πρ. *ἰδοὺ γέ σε ξάινοουσαν, ἣν τοῦ σώματος*
οὐδὲν παραφῆναι τοῖς καθημένοις ἔδει.
οὐκοῦν καλὰ γ' ἂν πάδοιμεν, εἰ πλήρης τύχοι

- MUL. IV. Ego quidem, per Hecaten, pulchram hancce habeo.
 MUL. V. Ego itidem unam, Epicratis barba non paulo pulchriorem.
 PRAX. Vos autem quid autumatis?
 MUL. IV. Habere se autumant; dictis enim adnuunt.
 PRAX. Et quidem cetera vobis, ut video, factitata sunt: Laconicos enim calceos habetis et scipiones, vestesque viriles, prout a nobis præceptum fuerat.
 MUL. VI. Ego quidem hunc Lamiae dormientis baculum domo etiam mecum extuli.
 MUL. I. Hic sane unus ex iis baculis est, quorum pressus pondere pedit Lamias. Aptus esset, per Jovem Servatorem hic homo, si Panoptæ renonem indueret, carnificem quibus vellet modis ludificari.
 PRAX. Dicite, quæso, dum adhuc astra in cælo apparent, qui tandem ea, quæ posthæc agenda sunt, faciemus? conventus enim, ad quem nos accinximus, statim ad Aurora inchoabitur.
 MUL. I. Sane Ecastor: itaque capere te sedem oportet ex adverso tribunalis, in quo Prytanes sedent.
 MUL. VII. Hæc quidem mecum adtuli, ut congregata concione carminare possim.
 PRAX. *Congregata?* misera.
 MUL. VII. Ita sane, per Dianam. Qui enim minus bene rhetores audiam, si carminem! nudi autem mihi sunt pueri domi.
 PRAX. Ecce vero carminantem! quam quidem nullum corporis membrum oportebat ostendere spectatoribus. Res vero bella et nimis jocosa nobis accideret, si frequenti in populi cæ-

tu transcendens subsellia nostrum quæpiam, rejecta veste eugium ostenderet. Sin priores sederimus, collectis vestibus, latibimus. Quum vero barbas demiserimus, quas illic ori nostro circumligabimus, quis, amabo, nos videns non reputaverit viros? Agyrius enim Pronomi barbam habens, cunctos fefellit: atqui prius mulier erat: nunc autem, ut vides, summum in republica locum tenet. Quocirca, per diem crastinum obsecro, tam magnum audeamus facinus, si qua ratione urbis administrationem capere possimus, quo boni quidpiam in eam conferamus. Nunc enim nec velis nec remis ratem provehimus.

MUL. VII. At quæso tandem, quonam fiet modo, ut mulierum conventus concionari possit?

PRAX. Sane vero nihil facilius. Quippe vulgo dictitant, eos ex adolescentibus, qui plurimum subiguntur, dicendi peritissimos esse: id autem nobis per fortem fortunam suppetit.

MUL. VII. Nescio ego. Periculosa autem res est inexperientia.

PRAX. Inde est quod huc data opera convenimus, ut ante meditemur quæ nobis illic dicenda erunt: age autem, nonne ocus barbam tibi circumligabis, tuque et ceteræ omnes, quæ in dicendo exercitiæ sunt?

MUL. VIII. Quænam autem, ô stulta, nostrum loqui nescit?

PRAX. Age igitur, barbam tu tibi præliga, citoque vir fias. Ego autem, positus in medio coronis, barbam et ipsa mihi cir-

ὁ δῆμος ὦν, κᾶπειθ' ὑπερβαίνουσά τις ἀναβαλλομένη δείξειε τὸν Φορμίσιον.
ἦν δ' ἐγκαθιζώμεσθα πρότεροι, λήσομεν ξυστειλάμεναι θαιμάτια· τὸν πάγωνά τε ὅταν καθῶμεν, ὃν περιδησόμεσθ' ἐκεῖ, τίς οὐκ ἂν ἡμᾶς ἀνδρας ἡγήσαιθ' ὄρων;
'Αγύρριος γοῦν τὸν Προνόμου πάγων' ἔχων λέληθε· καὶ τοι πρότερον ἦν οὗτος γυνή.
νοὺν δ', ὄρας, πράττει τὰ μέγιστ' ἐν τῇ πόλει.
τούτου γέ τοι, νῆ τὴν ἐπιούσαν ἡμέραν, τόλμημα τολμῶμεν τοσούτον, οὐνεκα, ἦν πως παραλαβεῖν τῆς πόλεως τὰ πράγματα δυνώμεθ', ὥστ' ἀγαθόν τι πράξαι τὴν πόλιν.
νῦν μὲν γὰρ οὔτε θέομεν, οὔτ' ἐλαύνομεν.

Γυ. η'. καὶ πῶς γυναικῶν θηλύφρων ξυνουσία δημηγορήσει;

Πρ. πολὺ μὲν οὖν ἄριστά που. λέγουσι γὰρ καὶ τῶν νεανίσκων ὅσοι πλεῖστα σποδοῦνται, δεινοτάτους εἶναι λέγειν· ἡμῖν δ' ὑπάρχει τοῦτο κατὰ τύχην τινά.

Γυ. η'. οὐκ οἶδα· δεινὸν δ' ἐστὶν ἢ μὴ 'μπειρία.

Πρ. οὐκοῦν ἐπίτηδες ξυνελέγημεν ἐνθάδε, ὅπως προμελετήσωμεν, ἅ κεῖ δεῖ λέγειν. οὐκ ἂν φθάνοις τὸ γένειον ἂν περιδουμένη, ἄλλαι θ' ὅσαι λαλεῖν μεμελετήκασί που;

Γυ. θ'. τίς δ', ὦ μέλ', ἡμῶν οὐ λαλεῖν ἐπίσταται;

Πρ. ἴδι δὴ σὺ περιδου, καὶ ταχέως ἀνῆρ γενοῦ· ἐγὼ δὲ θεῖσα τοὺς στεφάνους, περιδήσομαι

καὶ τὴ μεθ' ὑμῶν, ἣν τι μοι δόξῃ λέγειν.

Γυ. β'. δεῦρ', ᾧ γλυκυτάτῃ Πραξαγόρα, σκέψαι τάλαν,
ὡς καὶ καταγέλαστον τὸ πρᾶγμα φαίνεται.

Πρ. πῶς καταγέλαστον;

Γυ. β'. ὡς περ εἴ τις σηπίαίς
πῶγονα περιδήσειεν ἐσταθευμέναις.

Πρ. ὁ Περιστίαρχος, περιφέρειν χερὶ τὴν γαλῆν,
πάρειθ' ἐς τὸ πρόσθεν. Ἀρίφραδες, παῦσαι λαλῶν
κάδιζε παριῶν. τίς ἀγορεύειν βούλεται;

Γυ. γ'. ἐγώ.

Πρ. περίθου δὴ τὸν στέφανον τύχῃ γαθῆ.

Γυ. γ'. ἰδοῦ.

Πρ. λέγοις ἄν.

Γυ. γ'. εἶτα πρὶν πειεῖν λέγω;

Πρ. ἰδοῦ ΠΙΕΙΝ.

Γυ. γ'. τί γὰρ, ᾧ μέλ', ἐστεφανωσάμην;

Πρ. ἄπειθ' ἐκποδῶν τοιαῦτ' ἂν ἡμᾶς εἰργάσω
κάκει.

Γυ. γ'. τί δ'; οὐ πίνουσι κἂν τῆ' κκλησίᾳ;

Πρ. ἰδοῦ γέ σοι ΠΙΝΟΥΣΙ.

Γυ. γ'. νῆ τὴν Ἄρτεμιν,
καὶ ταῦτά γ' εὔζωρον. τὰ γούν βουλεύματα
αὐτῶν, ὅσ' ἂν πράξωσιν ἐνδυμουμένοις,
ὡς περ μεθύοντων, ἐστὶ παραπεπληγμένα.
καὶ νῆ Δία, σπένδουσί γ' ἢ τίνος ἂν χάριν
τοσαῦτ' ἐπεύχοντ', εἴπερ οἶνος μὴ παρῆν;
καὶ λοιδοροῦνταί γ', ὡς περ ἐμπεπωκότες
καὶ τὸν παροινούντ' ἐκφέρουσ' οἱ τοξόται.

cumligabo, sicut vos facietis, si forte quid dicere mihi videbitur
necesse.

MUL. II. Age ὁ dulcissima Praxagora, aspice sodes, quam
ridicula res videatur.

PRAX. Qui autem ridicula?

MUL. II. Veluti si sepiis assatis barbam quis cicumligaret.

PRAX. Heus lustrator, mustelam circumfer: prodi in medi-
um. Aripgrades, linguam comprime, transi et sedem cape.
Quænam concionari vult?

MUL. VIII. Ego.

PRAX. Impone igitur capiti coronam, quod faustum et felix
sit

MUL. VIII. Ecce.

PRAX. Verba facito.

MUL. VIII. Itane antequam biberim dicam?

PRAX. Ecce vero biberim!

MUL. VIII. Quid igitur, ὁ inepta, opus fuerat coronam su-
mere?

PRAX. Apage te hinc. Talia fortasse nobis fecisses et illic.

MUL. VIII. Sed enim nonne et viri in concione bibunt?

PRAX. En iterum bibunt!

MUL. VIII. Sane, per Dianam, et quidem meracius. Unde
et decreta quæcunque faciunt, insipientibus et attente consi-
derantibus insana videntur et dementia, velut ebriorum homi-
num commenta. Quin etiam, per Jovem, libant: sin minus,
cujus rei gratia ita diis supplicarent, vinum nisi adesset: præ-
terea conviciantur inter sese, quasi bene appoti; temulentos-
que, qui se gerant indecore, efferunt e cætu lictores.

PRAX. Abi, abi sis et sede : mulier enim nihili es.

MUL. VIII. Ecaster næ mihi satius erat barbam non sumere : siti enim, opinor, nunc miseræ mihi dissilient viscera.

PRAX. Estne vestrûm alia quæ velit dicere :

MUL. IX. Ego.

PRAX. Age ergo coronare : res quippe nunc agitur : daque operam ut viriliter et probe dicas, baculo decore innixa.

MUL. IX. *Profecto optassem quempiam eorum, qui dicendo assueti sunt, ea dicere, quæ optima sint, ut sederem otiosus : at nunc ne unam cauponam sivero, quantum quidem mea sententia valuerit, in diversorio suo lacus aquæ facere. Mihi quidem non placet, per Cererem et Proserpinam—*

PRAX. *Per Cererem et Proserpinam ?* O misera, ubinam tibi mens est ?

MUL. IX. Quid vero est ? Nondum enim a te petii bibere.

PRAX. Non sane : sed, quum vir sis, per Cererem et Proserpinam jurasti : quanquam cetera lepidissime locuta es.

MUL. IX. O per Apollinem !

PRAX. Desine, quæso : frustra enim concioni interfuerim, nihilque promoverim, nisi mos loquendi accurate observatus fuerit.

MUL. IX. Cedo coronam : nam rursus concionabor. Videor enim mihi satis apte quippiam meditata. *Mihi enim, ô mulieres, quæ hic sedetis—*

PRAX. *Mulieres* rursus, ô misella tu, compellas, quæ viros compellare debes.

MUL. IX. Erroris causa est Epigonus iste. Quippe eo respiciens, coram mulieribus dicere me putabam.

PRAX. Facesse hinc tu quoque, et posthac sede : ego enim

Πρ. σὺ μὲν βιάδιζε, καὶ κάδιζε· οὐδὲν γὰρ εἶ.

Γυ. Ὕ'. νῆ τὸν Δί, ἧ μοι μὴ γενεῖαῖν κρεῖττον ἦν· δίδψει γὰρ, ὡς εἰκεν, ἀφανανθήσομαι.

Πρ. ἔσθ' ἧτις ἐτέρα βούλεται λέγειν ;

Γυ. ἰ'. ἐγώ.

Πρ. Ἰθι δὴ στεφανοῦ· καὶ γὰρ τὸ χροῖμ' ἐργάζεταιται. ἄγε νυν ὅπως ἀνδριστι καὶ καλῶς ἐρεῖς, διερευσμένη τὸ σχῆμα τῇ βακτηρίᾳ.

Γυ. ἰ'. Ἐβουλόμην μὲν ἕτερον ἂν τῶν ἠθάδων λέγειν τὰ βέλτισθ', ἴν' ἐκαθήμην ἡσυχος· νῦν δ' οὐκ ἐάσω, κατὰ γε τὴν ἐμὴν, μίαν ἐν τοῖσι καπηλείοισι λάκκους ἐμποιεῖν ὕδατος. ἐμοὶ μὲν οὐ δοκεῖ, μὰ τῷ θεῷ—

Πρ. ΜΑ ΤΩ ΘΕΩ. τάλαινα, ποῦ τὸν νοῦν ἔχεις ;

Γυ. ἰ'. τί δ' ἔστιν ; οὐ γὰρ δὴ πειεῖν ἤτησά σε.

Πρ. μὰ Δί, ἀλλ' ἀνὴρ ἂν τῷ θεῷ κατώμοσας, καὶ τοι τά γ' ἄλλ' εἰποῦσα δεξιότατα.

Γυ. ἰ'. ἂν νῆ τὸν Ἀπόλλω.

Πρ. παῦε τοίνυν, ὡς ἐγὼ ἐκκλησιάζουσ' οὐ προβαίην τὸν πόδα τὸν ἕτερον ἂν, εἰ μὴ τοῦτ' ἀκριβοθήσεται.

Γυ. ἰ'. φέρε τὸν στέφανον· ἐγὼ γὰρ αὖ λέξω πάλιν. οἶμαι γὰρ ἤδη μεμελετηκέναι καλῶς.

Ἐμοὶ γὰρ, ᾧ γυναῖκες αἰ καθήμεναι--- γυναῖκας αὖ, δύστηνε, τοὺς ἀνδρας λέγεις.

Γυ. ἰ'. δι' Ἐπίγονόν γ' ἐκείνου. ἐπιβλέψασα γὰρ ἐκεῖσε, πρὸς γυναῖκας φόμην λέγειν.

Πρ. ἀπερῶρε καὶ σὺ, καὶ κάθησ' ἐντευθενί.

αὐτὴ γὰρ ὑμῶν γ' ἕνεκά μοι λέξειν δοκῶ,
 τονδί λαβοῦσα· τοῖς θεοῖς μὲν εὐχομαι,
 τυχεῖν κατορθώσασα τὰ βεβουλευμένα.

Ἐμοίγ' ἴσον μὲν τῆσδε τῆς χώρας μέτα,
 ὅσον περ ὑμῖν· ἄχθομαι δὲ καὶ φέρω
 τὰ τῆς πόλεως ἅπαντα βαρέως πρᾶγματα.
 ὄρω γὰρ αὐτὴν προστάταισι χρωμένην
 ἀεὶ πονηροῖς· κἄν τις ἡμέραν μίαν
 χρηστὸς γένηται, δέκα πονηρὸς γίγνεται.
 ἐπέτρεψας ἐτέρω; πλείον' ἔτι δράσει κακά.
 χαλεπὸν μὲν οὖν ἄνδρας δυσαρέστους νοθετεῖν,
 οἱ τοὺς φιλεῖν μὲν βουλομένους δεδοίκατε,
 τοὺς δ' οὐκ ἐθέλοντας ἀντιβολεῖθ' ἐκάστοτε.
 ἐκκλησίαισιν ἦν ὅτ' οὐκ ἐχρώμεθα
 οὐδὲν τοπασάπαν· ἀλλὰ τὸν γ' Ἀγύρριον
 πονηρὸν ἠγούμεσθα· νῦν δὲ, χρωμένων,
 ὁ μὲν λαβὼν ἀργύριον, ὑπερεπήνεσεν·
 ὁ δ' οὐ λαβὼν, εἶναι θανάτου φήσ' ἀξίους
 τοὺς μισθοφορεῖν ζητοῦντας ἐν τῇ κκλησίᾳ.

Γυ. α'. νῆ τὴν Ἀφροδίτην, εὖγε ταυταγὶ λέγεις.

Πρ. γάλαιν', Ἀφροδίτην ἀνόμασας. χαριεντά γ' ἂν
 ἔδρασας, εἰ τοῦτ' εἶπες ἐν τῇ κκλησίᾳ.

Γυ. α'. ἀλλ' οὐκ ἂν εἶπον.

Πρ. μηδ' ἐθίζου νῦν λέγειν.

Τὸ συμμαχικὸν αὐ τοῦθ', ὅτ' ἐσκοπούμεθα,
 εἰ μὴ γένοιτ', ἀπολεῖν ἔφασκον τὴν πόλιν·
 ὅτε δὴ δ' ἐγένετ', ἤχθοντο· τῶν δὲ ρητόρων
 ὁ ταῦτ' ἀναπέισας εὐθύς ἀποδράς ὤχετο.

ipsa, ut videor, sumta hac corona, vestrum omnium causa con-
 cionabor, deos primum precata, ut, quæ constituimus, ad felici-
 cem exitum perducam. *Æque ad me adinet hujus regionis
 cura, atque ad vos. Doleo autem et fero iniquo animo omnia
 urbis nostræ incommoda: quippe illam video præfectis utentem
 perpetuo malis: eorumque si quispiam vel diem unum bonus sit,
 totos decem dies malus est. Alii fortassis commiseris rempubli-
 cam? plura etiam mala faciet. Difficile autem viros morosos
 monere; vos, inquam, ó cives, qui reformidatis eos, qui vos
 amare volunt: iis autem, qui amare nolunt, supplicatis perpetuo.
 Fuit tempus, quum conciliis nullo modo uteremur, sed Agyrrium
 pravam hominem censebamus: nunc autem, quum iis utamur,
 alius quidem accipiens pecuniam, id mirum in modum laudat;
 qui vero non accipit, eos morte dignos deputat, qui in conciliis
 mercedem ferunt.*

MUL. I. Per Venerem, hæc belle dicis.

PRAX. Misera, Venerem nominasti. Lepida vero et jocosa
 nobis faceres, in concione si id diceres.

MUL. I. At non dicerem.

PRAX. Ne igitur nunc assuesce dicere. *Præterea confœdera-
 tionem hanc quum considerabamus, deque ea deliberabamus, vul-
 go dictitabant perituram civitatem, si minus illa fieret: post-
 quam inita est, indigne ferre cœperunt: rhetorum autem ille,
 qui eam suaserat, extemplo fugiens abiit. Naves in mare de-*

duci, satis placet inopi : divitibus autem et agricolis non placet. Corinthiis succensetis : illi autem tibi, ó popelle, boni et commodi sunt : iis itidem commodus esto. Argeus rudis est, Hieronymus autem sapiens. Salus leviter caput exseruit, at illam respuitis, ne Thrasybulum ipsum advocantes.

MUL. I. Eugepæ, quam prudens vir !

PRAX. Nunc, ut decet, laudasti. Vos enim, ó popule, horum omnium causa estis, qui pecuniam publicam in mercedem vestram fertis. Privatim singuli spectatis, quod quisque lucrabitur ; commune autem, quemadmodum Æsimus, volvitur. At qui si mihi auscultaveritis, adhuc servabimini. Mulieribus enim aio oportere vos urbem nostram tradere : etenim illis domi procuratricibus et dispensatricibus utimur.

MUL. II. Bene, bene, per Jovem, bene. Perge, ó bone.

PRAX. Ut autem melius quam nos moratæ sunt, ego docebo. Primum enim cunctæ lavant lanas aqua calidu pro more veteri : neque temere novi quid tentantes ipsas videas. Atheniensium vero civitas, si hoc bene teneret, nonne servaretur, nisi quid aliud novi curiose frustra que actitaret ? Sedentes illæ frigunt obsonia, sicut et prius : capite ferunt, sicut et prius : Thesmo-phoria agunt, sicut et prius : viros suos male habent, sicut et

ναῦς δὴ καθέλκειν τῷ πένητι μὲν δοκεῖ· τοῖς πλουσίοις δὲ καὶ γεωργοῖς οὐ δοκεῖ. Κορινθίοις ἀχθεσθε· καὶ κείνοι γέ σοι νῦν εἰσὶ χρηστοὶ, καὶ σὺ νῦν χρηστὸς γενοῦ. Ἀργεῖος ἀμαθής, ἀλλ' Ἱερώνυμος σοφός· σωτηρία παρεκύψεν, ἀλλ' ὀρίζεται Θρασύβουλος αὐτὸς οὐχὶ παρακαλούμενος.

Γυ. α'. ὡς ξυνετὸς ἀνὴρ.

Πρ.

νῦν καλῶς ἐπήνεσας.

Ἑμεῖς γ' ἄρ' ἔστ', ὃ δῆμε, τούτων αἴτιοι. τὰ δημόσια γὰρ μισθοφοροῦντες χρήματα, ἴδια σκοπεῖθ' ἕκαστος, ὃ τι τις κερδανεῖ· τὸ δὲ κοινόν, ὥσπερ Αἴσιμος, κυλίνδεται. ἦν οὖν ἐμοὶ περὶ θεσθε, σωθήσεσθ' ἔτι. ταῖς γὰρ γυναιξὶ φημὶ χρῆναι τὴν πόλιν ἡμᾶς παραδοῦναι. καὶ γὰρ ἐν ταῖς οἰκίαις, ταύταις ἐπιτρόποις καὶ ταμίαισι χρώμεθα.

Γυ. β'. εὔ γ', εὔ γε, νῆ Δί', εὔ γε· λέγε, λέγ', ὃ γὰρ δέ.

Πρ.

Ὡς δ' εἰσὶν ἡμῶν τοὺς τρόπους βελτίονες, ἐγὼ διδάξω. πρῶτα μὲν γὰρ τᾶρξια βάπτουσι θερμῷ κατὰ τὸν ἀρχαῖον νόμον ἀπαξάπασαι· κούχι μεταπειρωμένας ἴδοις ἂν αὐτάς. ἢ δ' Ἀθηναίων πόλις, εἰ τοῦτο χρηστῶς εἶχεν, οὐκ ἂν ἐσώζετο, εἰ μὴ τι καινὸν ἄλλο περιεργάζετο ; καθήμεναι φρύγουσιν, ὥσπερ καὶ προτοῦ. ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρουσιν, ὥσπερ καὶ προτοῦ. τὰ Θεσμοφόρ' ἄγουσιν, ὥσπερ καὶ προτοῦ.

τοὺς ἄνδρας ἐπιτρέβουσιν, ὥσπερ καὶ προτοῦ.
μοιχοὺς ἔχουσιν ἔνδον, ὥσπερ καὶ προτοῦ·
αὐτοῖς παροψωνοῦσιν, ὥσπερ καὶ προτοῦ.
τὸν οἶνον εὐζωρον φιλοῦσ', ὥσπερ προτοῦ.
βινούμεναι χαίρουσιν, ὥσπερ καὶ προτοῦ.
ταῦταισιν οὖν, ὧ ἄνδρες, παραδόντες τὴν πόλιν,
μὴ περιλαλῶμεν, μὴδὲ συνθανώμεθα,
τί ποτ' ἄρα ἄρα δρᾶν μέλλουσιν, ἀλλ' ἀπλῶ τρέπω
ἑῷμεν ἄρχειν, σκεψάμενοι ταυτὶ μόνῃ·
ὡς τοὺς στρατιώτας παρῶτον οὔσαι μητέρες
σώζειν μάλ' ἐπιθυμοῦσιν· εἶτα σιτία
τίς τῆς τεκούσης μᾶλλον ἐπιπέμψειεν ἄν·
χρήματα πορίζειν εὐπορώτατον γυνή·
ἄρχουσα τ' οὐκ ἂν ἐξαπατηθεῖη ποτέ.
αὐταὶ γάρ εἰσιν ἐξαπατᾶν εἰθισμέναι.
τὰ μὲν ἄλλ' ἐάσω· ταῦτα δ' ἂν περὶ δευτέρου μοι,
εὐδαιμονοῦντες τὸν βίον διάξετε.

- Γυ. α'. εὖ γ', ὧ γλυκυτάτη Πραξαγόρα, καὶ δεξιῶς.
πρόθεν, ὧ τάλαινα, ταῦτ' ἑμάδες οὕτω καλῶς·
Πρ. ἐν ταῖσι φυγαῖς μετὰ τᾶνδρῶν ἄκησ' ἐν Πυκί·
ἔπειτ' ἀκούουσ' ἐξέμαθον τῶν ῥητόρων.
Γυ. α'. οὐκ ἐπὶς ἄρ', ὧ μέλ', ἦσθα δεινὴ καὶ σοφὴ·
καὶ σε στρατηγεῖν αἱ γυναῖκες αὐτόθεν
αἰροῦμεθ', ἦν ταῦθ', ἀπινοεῖς, κατεργάσθῃ.
ἀτὰρ ἦν Κέφαλος σοὶ λοιδορεῖται προσφθαρεῖς,
πῶς ἀντερεῖς πρὸς αὐτὸν ἐν τῇ κκλησίᾳ·
Πρ. φήσω παραφρονεῖν αὐτόν.
Γυ. α'. ἄλλὰ τοῦτό γε

prius : adulteros domi habent, sicut et prius : et ut illis dent, obsonantes fallunt, sicut et prius : vinum meracum amant, sicut et prius : subagitata gaudent, sicut et prius. His igitur, ó viri, urbem tradentes, non est, quod frustra argutemur ; neque rogitemus, quid illæ acturæ sint : sed omnimodo sinamus illas imperare, hoc unum considerantes, quod videlicet matres quum sint, milites servare cupiunt. Dein cibaria quisnam melius submittat, quam quæ peperit ? ad parandas divitias solertissimum est muliebri ingenium ; et mulier si imperet, haud unquam facile decipiatur : quippe illæ decipere assuetæ sunt. Cetera quidem omittam : in his autem si mihi fidem habueritis, felices vitam omnem degetis.

MUL. I. Bene, ó jucundissima Praxagora, et ingeniose. Unde quæso hæc, ó bona, didicisti tam callide ?

PRAX. Fugarum tempore cum viro habitavi in Pnyce : tum sæpius ibi audiens rhetorum conciones, et ipsa concionari didici.

MUL. I. Non temere igitur, ó bona, dicendi perita es et sapiens ; et te ducem mulieres, abhinc eligimus, si hæc, quæ cogitas, facies. Verum si Cephalus irruens convicietur tibi, quo modo ei in concione contradices ?

PRAX. Eum dicam delirare.

MUL. I. At hoc norunt omnes.

PRAX. Sed et atra bile percitum esse.

MUL. I. Hoc itidem sciunt omnes.

PRAX. Præterea et acetabula male fingere, rempublicam autem bene et pulchre.

MUL. I. Quid si Neocleides lippus probra tibi ingerat?

PRAX. Huic ego dicam, ut in canis culum inspiciat.

MUL. I. Quid, si te pulsant?

PRAX. Ego contra movebor, utpote quæ non imperita sim plurimarum pulsationum.

MUL. I. Hoc unum a nobis provisum non est: si te lictores trahant, quid tandem facies?

PRAX. Subnixis sic alis reluctabor: neque enim mediaprehendar.

MUL. I. Nos autem, si te sublimem rapiant, amittere jubebimus.

MUL. II. Hæc quidem nobis pulchre cogitata sunt: illud vero non prævidimus, quonam modo manus tollere tunc meminimus: quippe non manus, sed pedes tollere adsuetæ sumus.

PRAX. Res ista difficilis est: tamen extendendæ manus ab humero nudantibus alterum brachium. Nunc autem agite, vestes succingite, induamini citissime Laconicos calceos, quemadmodum virum videtis, quum in concionem, aut foras singulis diebus iturus est. Tum vero, quum ea se bene habuerint, barbas vobis adligate. Quum vero bene compositæ illas scite

ἴσασι πάντες.

Πρ. ἄλλα καὶ μελαγχολῶν.

Γυ. α'. καὶ τοῦτ' ἴσασιν.

Πρ. ἄλλα καὶ τὰ τρυβλία
κακῶς κεραμεύειν, τὴν δὲ πόλιν εὖ καὶ καλῶς.

Γυ. α'. τί δ', ἣν Νεοκλείδης ὁ γλάμων σε λοιδορῆ;

Πρ. τούτῳ μὲν ἂν εἴποιμ' ἐς κυνὸς ψυγὴν ὄρεῶν.

Γυ. α'. τί δ', ἣν ὑποκρούσωσί σε;

Πρ. προσκινήσομαι,
ἅτ' οὐκ ἄπειρος οὔσα πολλῶν κρουμάτων.

Γυ. α'. ἐκεῖνο μόνον ἄσκεπτον, ἣν σε τοξόται
ἐλκωσιν, ὅ τι δράσεις ποτ'.

Πρ. ἐξαγκωνιῶ
ὠδί· μέση γὰρ οὐδέποτε ληφθήσομαι.

Γυ. α'. ἡμεῖς δέ γ', ἣν αἴρωσ', εἶν κελεύσομεν.

Γυ. β'. ταυτὶ μὲν ἡμῖν ἐντεθύμηται καλῶς·
ἐκεῖνο δ' οὐ πεφροντίκαμεν, ὅτῳ τρόπῳ
τὰς χεῖρας αἴρειν μνημονεύσομεν τότε.
εἰδισμέναι γὰρ ἐσμὲν αἴρειν τὰ σκέλη.

Πρ. χαλεπὸν τὸ πρᾶγμα· ὅμως δὲ χειροτονητέον
ἐξωμισάσαις τὸν ἕτερον βραχίονα.
ἄγε νυν ἀναστέλλεσθ' ἄνω τὰ χιτώνια·
ὑποδεῖσθε δ' ὡς τάχιστα τὰς Λακωνικὰς,
ὥσπερ τὸν ἄνδρα θεᾶσθ', ὅτ' εἰς ἐκκλησίαν
μέλλοι βαδίζειν, ἢ θύραζ' ἐκαστοτε.
ἐπειτ', ἐπειδὴν ταῦτα πᾶντ' ἔχη καλῶς,
περιδεῖσθε τοὺς πώγωνας. ἦνίκ' ἂν δέ γε
τούτους ἀκριβώσητε περιηρησομέναι,

καὶ δαιμάτια τὰνδρεῖά γ', ἅπερ ἐκλέψατε,
ἐπαναβάλεσθε, κατὰ ταῖς βακτηρίαις
ἐπερειδόμενοι βαδίζετ', ἄδουσαι μέλος
πρεσβυτικόν τι, τὸν τρόπον μιμούμενοι
τὸν τῶν ἀγροίκων.

Γυ. β'. εὖ λέγεις· ἡμεῖς δέ γε
προΐωμεν αὐτῶν. καὶ γὰρ ἐτέρας οἶομαι
ἐκ τῶν ἀγρῶν εἰς τὴν Πνύχ' ἤξειν ἀντικρὺς
γυναῖκας.

Πρ. ἀλλὰ σπεύσαθ', ὡς εἶωθ' ἐκεῖ
τοῖς μὴ παροῦσιν ὀρθρίως εἰς τὴν Πνύκα,
ὕπαποτρεῖχειν ἔχουσι μηδὲ πάτταλον.

Χο. ὦρα προβαίνειν, ὧ ἄνδρες, ἡμῖν ἐστι. τῆτο γὰρ χρεῖ
μεμνημένας αἰεὶ λέγειν, ὡς μὴ ποτ' ἐξολίσθη,
ἡμᾶς. ὁ κίνδυνος γὰρ οὐχὶ μικρὸς, ἣν ἀλώμεν
ἐνδύμενοι κατὰ σκότον τόλμημα τηλικούτου.

Ημ. χωρῶμεν εἰς ἐκκλησίαν, ὧ ἄνδρες· ἠπέιλησε γὰρ
ὁ Θεσμοδέτης, ὃς ἂν μὴ πρῶ πάντο τε κνέφους
ἦκη κεκονιμένος, βλέπων ὑπότριμμα,
στέργων σκοροδάλμη, μὴ δώσειν τὸ τριώβολον.
ἀλλ', ὧ Χαριτιμίδα, καὶ Σμίκυθε, καὶ Δράκης,
ἔπου κατεπέιγων, σαυτῷ προσέχων, ὅπως
μηδὲν παραχορδιεῖς, ὧν δεῖ σ' ἀποδείξαι.
ὅπως δὲ τὸ σύμβολον λαβόντες ἔπειτα πη-
σίον καθεδούμεθ', ὡς ἂν χειροτονῶμεν
ἅπανθ', ὅπως ἂν δέη τὰς ἡμετέρας φίλας.

Ημ. καὶ τοι τί λέγω; φίλους γὰρ χρῆν μ' ὀνομάζειν.
ἦρα δ' ὅπως ἀτήσομεν τοὺςδε τοὺς ἐξ ἄστεος

aptaveritis vobis, tunc etiam virorum pallia, quæ subduxistis,
ceteris superinjicite, et baculis innixæ, incedite, canticum ali-
quid senile canentes, more rusticorum incitatæ.

MUL. II. Bene autumas: nos autem præeamus illis. Nam
et alias puto ex agris in Phycem venturas exadvorsum mu-
lieres.

PRAX. Verum festinate. Quippe mos est, ut qui usque a
mane in Pnyce non adfuerunt, abeant ne minimum quidem
lucri referentes.

CHOR. Progrediendi tempus est, ô viri; id enim nos memo-
res dicere perpetuo oportet, ne forte nobis excidat: neque
enim mediocre periculum nobis adsit, si deprehendamus ag-
gressæ tale facinus in tenebris.

SEM. Eamus in concionem, ô viri; nam interminatus est
Thesmotheta ei, qui non primo mane, offusis etiamnum tene-
bris super terram, venerit pulvere conspersus præ festinatione,
acerba tuens, alliata muria contentus, ei inquam, non daturum
se tres obolos. Sed, ô Charitimida, tuque Smicythe, et Drace,
sequere festinabunde, operam dans, ut nihil aberres ab iis, quæ
te illic effecta dare necesse est. Ceterum symbolo accepto
prope invicem sedcamus, ut ea decernamus omnia, quæ amica-
rum nostrarum in rem bene conducant. At vero quid loquor?
amicorum enim dicere debueram.

SEM. Vide autem ut propellamus istos, qui ex Astu veniunt;

qui quidem antehac, quum unicum obolum acciperent ad concionem venientes, sedebant confabulantes: nunc autem præ turba molesti sunt. At enim quum Archon erat generosus ille Myronides, nemo ausus fuisset e reipublicæ administratione mercedem ferre: sed veniebat unusquisque in sacculo habens potum simul panemque et duas cepas, tresque olivas circiter. Nunc autem triobolum accipere postulant, quum aliquid publicæ rei faciunt, quasi viles operarii, qui lutum ferunt.

BLEPYRUS, VIR QUIDAM, CHREMES, CHORUS,
PRAXAGORA.

BLEP. Quid hoc rei est? Quonam mihi uxor evanuit? nam circa Auroram dies est; illa autem non apparet. At ego jaceo jamdiu cacaturiens, soleas quæritans in tenebris et pallium: postquam autem illud manibus studiose tentando non potui invenire, jam vero januam aderat pultans Copræus, hoc ego uxoris meæ amiculum capio, ejusque Persicas induo. Sed ubinam locus est secretus? ubinam commode cacaverim? at san e noctu ubicunque cacare vacat: neque enim me quisquam nunc cacantem viderit. Hei misero mihi, quod, senex quum essem, duxerim uxorem! quot ego verberibus plecti dignus

ἦκοντας, ὅσοι προτοῦ μὲν, ἤνικ' ἐλθόντας ἔδει λαβεῖν ὀβολὸν μόνον, κάθητο λαλοῦντες· νυνὶ δ' ἐνοχλοῦσ' ἄγαν. ἀλλ' οὐχί, Μυρωνίδης ὅτ' ἦρχεν ὁ γεννάδας, οὐδεὶς ἂν ἐτόλμα τὰ τῆς πόλεως διοικεῖν, ἀεγύριον λαβών· ἀλλ' ἦκεν ἕκαστος ἐν ἀσκιδίῳ φέρον πσιεῖν, ἅμα τ' ἄρτον, καὶ δύο κρομμύω, καὶ τρεῖς ἂν ἐλάας. νυνὶ δὲ τριάβολον ζητοῦσι λαβεῖν, ὅταν πρῶττωσί τι κοινόν, ὥσπερ πηλοφοροῦντες.

ΒΛΕΠΤΡΟΣ, ΑΝΗΡ ΤΙΣ, ΧΡΕΜΗΣ, ΧΟΡΟΣ,
ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

Βλ. ΤΙ τὸ πρᾶγμα; ποῖ ποθ' ἡ γυνὴ φρούδη ἴστί μοι; ἐπεὶ πρὸς ἔω νῦν γ' ἔστιν ἡ δ' οὐ φαίνεται. ἐγὼ δὲ κατάκειμαι πάλαι χεζητιῶν, τὰς ἐμβάδας ζητῶν λαβεῖν ἐν τῷ σκότῳ καὶ θομάτιον· ὅτε δὴ δ' ἐκείνο ψηλαφῶν οὐκ ἐδυνάμην εὑρεῖν, ὃ δ' ἤδη τὴν θύραν ἐπεῖχε κρούων ὁ Κοπρεαῖος, λαμβάνω τουτὶ τὸ τῆς γυναικὸς ἡμιδιπλοῖδιον, καὶ τὰς ἐκείνης Περσικὰς ὑφέλκομαι. ἀλλ' ἐν καθαρῷ ποῦ, ποῦ τις ἂν χέσας τύχοι; ἡ πανταχοῦ τοι νυκτὸς ἐστὶν ἐν καθῷ. οὐ γὰρ με νῦν χέζοντά γ' οὐδεὶς ὄψεται. οἴμοι κακοδαίμων, ὅτι γέρων ὦν ἠγόμην γυναῖχ' ὅσας εἴμ' ἄξιος πληγὰς λαβεῖν. οὐ γὰρ ποθ' ὑγιὲς οὐδὲν ἐξελήλυθε

- δράσουσ'. ἦμας δ' οὖν ἐστὶν ἀποπατητέον.
Αν. τίς ἐστίν; οὐ δῆπου Βλέπυρος ὁ γειτνιῶν;
 νῆ τὸν Δί', αὐτὸς δῆτ' ἐκείνος. εἶπ' ἐμοί,
 τί τοῦτό σοι τὸ πυρρὸν ἐστίν; οὐ τι πού
 Κινησίας σου κατατετίληκέν ποθεν;
Βλ. οὐκ· ἀλλὰ τῆς γυναικὸς ἐξελήλυθα
 τὸ κροκατίδιον ἀμπισχόμενος, οὐδύεται.
Αν. τὸ δ' ἱμάτιόν σου ποῦ 'στιν;
Βλ. οὐκ ἔχω φράσαι
 ζητῶν γὰρ αὐτ' οὐχ εὔρον ἐν τοῖς στρώμασιν.
Αν. εἶτ' οὐδὲ τὴν γυναῖκα ἐκέλευσάς σοι φράσαι;
Βλ. μὰ τὸν Δί'· οὐ γὰρ ἔνδον οὔσα τυγχάνει.
 ἀλλ' ἐκτετρέπηκεν λαθοῦσά μ' ἔνδοθεν·
 ὃ καὶ δέδοικα μή τι δεῖν νεώτερον.
Αν. νῆ τὸν Ποσειδῶ, ταυτὰ τοίνυν ἀντικρὺς
 ἐμοὶ πέπονθας. καὶ γὰρ, ἦ, ξύνειμ' ἐγὼ,
 φρούδη 'στ', ἔχουσα θοιμάτιον, οὐ γὰρ φόρου·
 καὶ τοῦτο λυπεῖ μ'· ἀλλὰ καὶ τὰς ἐμβάδας.
 οὐκ οὐκ λαβεῖν γ' αὐτὰς ἐδυνάμην οὐδαμοῦ.
Βλ. μὰ τὸν Δίονυσον, οὐδ' ἄρ' ἔγωγε τὰς ἐμάς
 Λακωνικάς· ἀλλ' ὡς ἔτυχον χερσητιῶν,
 ἐς τὸ κοθῶρνῳ τῷ ποδῷ ἐνδεις ἰέμην,
 ἵνα μὴ γχέσαιμ' ἐς τὴν σισύραν· φανή γὰρ ἦν.
Αν. τί δῆτ' ἂν εἶη; μῶν ἐπ' ἄριστον γυνή
 κέκληκεν αὐτὴν τῶν φίλων;
Βλ. γνώμην γ' ἐμήν.
 οὐκ οὐκ πονηρὰ γ' ἐστίν, ὃ τι καὶ μ' εἰδέναι.
Αν. ἀλλὰ σὺ μὲν ἱμονίαν τιν' ἀποπατεῖς· ἐμοὶ δ'

sum! Neutiquam enim boni quidpiam actura exiit. Verum utut hæc sunt, interim cacandum est tamen.

VIR QUID. Quis illic est? nonne Blepyrus vicinus? Per Jovem ille ipsus est. Dic mihi, quid sibi vult hoc rubrum quo contegeris? an te Cinesias alicunde concacavit?

BLEP. Minime: sed cum uxoris meæ crocotula, quam illa induere solet, domo exii.

VIR. Pallium vero tuum ubinam est?

BLEP. Dicere nequeo; in stragulis enim diu quæsitum non reperi.

VIR. Quid postea? tu non uxori imperasti ut diceret?

BLEP. Non per Jovem: quippe intus non est: sed clam me evasit domo. Quamobrem metuo ne quid mali designet.

VIR. Per Neptunum, eadem tibi prorsus eveniunt, quæ mihi. Uxor etenim mea disparuit, sumto pallio, quod ego ferre soleo. Neque hoc me modo male habet: sed et calceos ipsos abstulit: nullibi enim eos reperire potui.

BLEP. Per Bacchum, nec ego meas Laconicas: sed sicut eram cacaturiens, pedibus in cothurnos immissis huc festinavi, ut ne cacarem in læna, quippe quæ recens lota et nitida est.

VIR. Quid, quæso, illud sit? num ad prandium eam amicarum quæpiam vocavit?

BLEP. Mea quidem sententia: non enim malis morata est moribus, quod quidem sciam.

VIR. At tu funem cacas. Mihi vero tempus est abeundi in concionem, si modo cepero pallium, quod mihi unicum est.

BLEP. Ego itidem, ubi cacavero : nunc autem pirum quoddam silvestre ocludens mihi podicem retinet cibos.

VIR. Num pirum illud est, quod Laconicis dixit Thrasymbulus?

BLEP. Per Bacchum, tenaciter mihi adhærescit. At enim quid agam? nec enim solum me angit hoc præsens malum : sed quando edero, quonam mihi abibit dehinc sterco? Nunc enim hic, quicumque tandem ille sit Achradusius vir, ostium observavit. Quis igitur medicum mihi arcessat, et quem? quis eorum, qui clunibus operam dant, artis est peritissimus? hanc sane callet Amynon, at fortasse negabit. Antisthenem quispian huc evocet omni modo : hic enim homo, ut facile conjicias, si ingemiscentem audias, novit quid sibi velit culus cacaturiens. O veneranda Lucina, ne me siris disrupti observato podice, ut ne fiam lasanum comicum.

CHREM. Heus tu, quid facis? num cacas?

ὡς αἱ τράπεζαί γ' εἰσὶν ἐπινενησμένοιαι
ἀγαθῶν ἀπάντων, καὶ παρεσκευασμένοιαι,
κλῖναι τε σισυρῶν καὶ δαπιδῶν νενησμένοιαι.
κρητῆρας ἐγκρινῶσιν αἱ μυροπάλιδες,
ιστᾶσί τ' ἐφεξῆς· τὰ τεμάχῃ ρίπίζεται,
λαγῶ ἀναπηγνύασι, πόπανα πέττεται,
στέφανοι πλέκονται, φρύγεται τραγήματα·
χύτρας ἔτνους ἔψουσιν αἱ νεώταται·
Σμοῖος δ' ἐν αὐταῖς ἰππικὴν στολὴν ἔχων
τὰ τῶν γυναικῶν διακαθαίρει τρυβλία.
γέρον δὲ χωρεῖ χλανίδα καὶ κονίποδας
ἔχων, καχάζων μεθ' ἑτέρου νεανίου·
ἐμβὰς δὲ κείται, καὶ τρίβων ἐρριμμένος.
πρὸς ταῦτα χωρεῖθ', ὡς ὁ τὴν μάζαν φέρων
ἔστηκεν· ἀλλὰ τὰς γνάθους διοίγνυτε.

Αν. β'. οὐκοῦν βαδιοῦμαι δῆτα. τί γὰρ ἔστηκ' ἔχων
ἐνταῦθ', ἐπειδὴ τῇ πόλει ταυτὶ δοκεῖ;

Αν. α'. καὶ ποῖ βαδιεῖ σὺ, μὴ καταλείβεις τὴν οὐσίαν;

Αν. β'. ἐπὶ δεῖπνον.

Αν. α'. οὐ δῆτ', ἦν γ' ἐκείναις νοῦς ἐνῆ,
πρὶν γ' ἂν ἀπενέγκῃς.

Αν. β'. ἀλλ' ἀποίσω.

Αν. α'. πηνίκα;

Αν. β'. οὐ τοῦμὲν, ὧ τὰν, ἐμποδῶν ἔσται.

Αν. α'. τί δῆ;

Αν. β'. ἐτέρους ἀποίσειν φήμ' ἔθ' ὑστέρους ἐμοῦ.

Αν. α'. βαδιεῖ δὲ δειπνήσων ὄμως;

Αν. β'. τί γὰρ πάθω ;
τὰ δυνατὰ γὰρ δεῖ τῇ πόλει ξυλλαμβάνειν
τοὺς εὖ φρονούοντας.

Αν. α'. ἦν δὲ κωλύσῃσι, τί ;

Αν. β'. ὄμόσ' εἶμι κύψας.

Αν. α'. ἦν δὲ μαστιγῶσι, τί ;

Αν. β'. καλούμεθ' αὐτάς.

Αν. α'. ἦν δὲ καταγελῶσι, τί ;

Αν. β'. ἐπὶ ταῖς θύραις ἐστῶς---

Αν. α'. τί δράσεις ; εἴπ' ἐμοί.

Αν. β'. τῶν εἰσφερόντων ἀρπάσομαι τὰ σιτία.

Αν. α'. βιάδιζε τοῖνον ὑστερος· σὺ δ', ὦ Σίμων,
καὶ Παρμένων, αἴρῃσθε τὴν παμπησίαν.

Αν. β'. φέρε νυν ἐγὼ σοι ξυμφέρω.

Αν. α'. σὺ ; μηδαμῶς.
δέδοικα γὰρ μὴ καὶ παρὰ τῇ στρατηγίδι,
ὅταν κατατιθῶ, προσποιῆ τῶν χρημάτων.

Αν. β'. νῆ τὸν Δία, δεῖ γοῦν μηχανήματός τινος,
ὅπως τὰ μὲν ὄντα χρήμαθ' ἔξω, τοῖσδε δὲ
τῶν ματτομένων κοινῇ μεδέξω πως ἐγώ.
ὀρθῶς ἔμοιγε φαίνεται· βαδιστέον
ὄμόσ' ἐστὶ δειπνήσοντα, κοῦ μελλητέον.

Χο. (λείπει ἢ τοῦ Χοροῦ ᾠδῆ.)

ΓΡΑΕΣ ΤΙΝΕΣ, ΝΕΑΝΙΣ, ΝΕΑΝΙΑΣ, ΘΕΡΑΠΙΑΙ-
ΝΑ, ΔΕΣΠΟΘΗΣ, ΧΟΡΟΣ.

Γρ. α'. ΤΙ ποτ' ἀνδρες οὐχ ἤκουσιν ; ὦρα δ' ἦν πάλαι·

VIR II. Quippe dico alios etiam me posteriores adluros.

VIR I. Ibis interim tu cœnaturus tamen ?

VIR II. Quid enim agam ? quippe decet sapientes reipub-
licæ pro virili opitulari.

VIR I. Si autem te impediunt, quid tum ?

VIR II. Contra ibo demisso capite.

VIR I. Si autem te verberent, quid tum ?

VIR II. Eas in jus vocabo.

VIR I. Si autem te irrideant, quid tum ?

VIR II. Ad fores stans---

VIR I. Quid facies, cedo ?

VIR II. Cibos rapiam ex inferentium manibus.

VIR I. Abi igitur illuc posterior. At tu, ô Simo, tuque ô
Parmeno, tollite hanc meam omnem substantiam.

VIR II. Age sis una cum iis ferendo operam tibi præstabo.

VIR I. Tu ? haudquaquam. Vereor enim, ne, apud Præ-
fectam nostram postquam deposuero mea, ea tibi vindices.

VIR II. Ergo hercle fabrica mihi opus est aliqua, ut quæ
mea sunt mihi habeam, eorum autem, quæ in commune pin-
suntur, particeps quoquo modo fiam. Recte mihi videtur :
eundem est strenue, ut cœnem, neque cunctandum est.

CHOR. (*Deest canticum Chori.*)

MULIERES VETULÆ TRES, ADOLESCENS, PUELLA,
FAMULA, HERUS, CHORUS.

AN. I. Quid tandem viri non veniunt ? jamdudum tempus

VOL. II.

o

est. Ego autem fuco oblita sto et crocotam induta, otiosa, cantillans apud me canticum, ludibunda, ut quempiam illorum prætereuntem complectar. O Musæ, in os meum descendite, molliculam cantiunculam ad Ionicos modos commentæ.

PUEL. Nunc quidem prior me e fenestra prospexisti, ð putrida. Nempe rebaris, me non præsentem, desertas vineas te vindemiaturam, et cantando quempiam allecturam. Ego autem, si id facies, contra canam. Etsi enim spectatoribus tritum id nimis et fastidiosum quandoque est, tamen jucundi aliquid habet et comici.

AN. I. Huncce adloquere, et cum eo abscede hinc: tu vero amicellule tibicen, tibiis sumtis, dignum te ac me canticum accine. Si quis lepide sibi vult esse, is apud me dormiat. Neque enim noviciis puellis inest solertia, sed iis solis quæ maturiores sunt: neque ulla magis contenta esse velit, quam ego amico, quicum rem habuerim, sed ad alium quempiam illico avolet.

PUEL. Ne puellis inideas: quippe voluptas inest delicatis earum cruribus, et efflorescit in illarum papillis: tu vero, ð anus, collocata es et uncta, Orci delictum.

ἐγὼ δὲ καταπεπλασμένη ψιμυδίῳ
ἔστηκα καὶ κροκωτὸν ἠμφισμένη,
ἀργὸς, μινυρομένη τι πρὸς ἑμαυτὴν μέλος,
παίζουσ', ὅπως ἂν περιλάδοιμ' αὐτῶν τινὰ
παριόντα. Μοῦσαι, δεῦρ' ἴτ' ἐπὶ τοῦμὸν στόμα,
μελύδριον εὐροῦσαι τι τῶν Ἰωνικῶν.

Νε. νῦν μὲν με παρακύψασα προῦφθης, ᾧ σαπρά.
ᾧου δ' ἐρήμας, οὐ παρούσης ἐνθαδὶ
ἑμοῦ, τρυγήσειν, καὶ προσάξουσθαι τινὰ,
ἄδουσ'. ἐγὼ δ', ἣν τοῦτο δρᾶς, ἀντάσομαι.
κεῖ γὰρ δι' ὄχλου τοῦτ' ἐστὶ τοῖς θεωμένοις,
ὅμως ἔχει τερπνόν τι, καὶ κωμωδικόν.

Γρ. α'. τοῦτω διαλέγου, κἀπιχώρησον· σὺ δὲ
φιλοτάριον αὐλητὰ, τοὺς αὐλοὺς λαβῶν,
ἄξιον ἑμοῦ καὶ σοῦ προσάυλησον μέλος.

εἴ τις ἀγαθὸν βούλεται
παθεῖν τι, παρ' ἑμοῖ χρεὶ καθεύδειν.

οὐ γὰρ ἐν νέαις τὸ σοφὸν ἐν-
εστιν, ἀλλ' ἐν ταῖς πεπεραῖσι.

οὐδέ τις στέργειν ἂν ἐδέλοι
μᾶλλον ἢ γὰρ τὸν φίλον,

ᾧπερ ξυνείην· ἀλλ' ἐφ' ἕτερον ἂν πέτοιο.

Νε. μὴ φθόνει ταῖσιν νέαισι.

τὸ τρυφερὸν γὰρ ἐμπέφυκε

τοῖσιν ἀπαλοῖς μηρίοισι,

κἀπὶ τοῖς μήλοισι ἐπανθεῖ·

σὺ δ', ᾧ γραῦ, παραλέλεξαι, κἀντέτριψαι, τῷ
θανάτῳ μέλημα.

- Γρ. α'. ἐκπέσοι σου τὸ τρεῖμα,
τό τ' ἐπίκλιτρον ἀποβάλοις,
βουλομένη σποδεῖσθαι,
καὶ πὶ τῆς κλίνης ὄφιν εὖροις,
καὶ προσελκύσαι βουλομένη φιλήσαι.
- Νε. αἶ, αἶ· τί ποτε πείσομαι; οὐχ ἦκει μοι ταῦρος·
μόνη δ' αὐτοῦ λείπομαι·
ἢ γάρ μοι μήτηρ ἄλλη βέβηκε,
καὶ τὰλλ' οὐδὲν μετὰ ταῦτα.
ἀλλ', ὦ μαῖ', ἰκετεύω,
κάλει τὸν Ὀρθαγόραν, οὕτως
σαυτῆς κατόναι', ἀντιβολῶ σε.
- Γρ. α'. ἦδη τὸν ἀπ' Ἰωνίας
τρόπον, τάλαινα, κησιῶς·
δοκεῖς δ' ἐμοὶ καὶ λάβδα κατὰ τοὺς Λεσβίους.
ἀλλ' οὐκ ἂν ποθ' ὕφαρπάσαι
τάμα παίγνια· τὴν δ' ἐμὴν
ὄραν οὐκ ἀπολεῖς, οὐδ' ἀπολήψει.
- Νε. ἄδ' ὅποσα βούλει, καὶ παράκυσον, ὡς γαλή·
οὐδεὶς γὰρ ὡς σὲ πρότερον εἴσεισ' ἀντ' ἐμοῦ.
- Γρ. α'. οὐκουν ἐπ' ἐκφορᾶν γε.
- Νε. καινόν γ', ὦ σαπρά.
- Γρ. α'. οὐ δῆτα.
- Νε. τί γὰρ ἂν γραῦς καπρῶσά τις λέγοι;
- Γρ. α'. οὐ τοῦμὸν ὀδυνήσει σε γῆρας.
- Νε. ἀλλὰ τί;
- ἢ γχουσα μᾶλλον, καὶ τὸ σὸν ψιμύδιον;
- Γρ. α'. τί μοι διαλέγεις;

AN. I. Excidat tibi foramen, et sellam amittas, quum voles subagitarier, et in lecto serpentem reperias, et ad te attrahas, volens osculari.

PUEL. Eheu, eheu! quid agam? non venit mihi taurus: sola autem hic relinquer. Nam mater mea alio abiit; et si quid superest, pro nihilo habeo. Sed, ó nutrix, precor, arcesse huc Orthagoram, ita tua ætate fruaris, tibi supplico.

AN. I. Jam, ó misella, more Ionico pruris: videris autem et *Labda* secundum Lesbios. Sed meas mihi nunquam præripies delicias: meam autem horam nec frustra abire facies, nec adeo intercipies.

PUEL. Canta quantumvis, et prospice e fenestra, velut mustela: nemo enim ad te prius ingredietur, quam ad me.

AN. I. Anne ut efferaris?

PUEL. Mirum quod siet, ó marcida.

AN. I. Minime vero.

PUEL. Quid enim dicat subans anus?

AN. I. Non tibi molestum erit meum senium.

PUEL. Quid igitur? an magis anchusa, et tua cerussa?

AN. I. Quid mecum loqueris?

PUEL. Quid vero per fenestram prospicis?

AN. I. Ego? canto apud me Epigeni meo amico.

PUEL. Tibi enim amicus sit quispiam præter Gerem?

AN. I. Ipsus tibi ostendet: actutum enim ad me veniet: sed eccum adest.

PUEL. Tui quidem, ð perniciis, nihil egens.

AN. I. Ita me Jupiter amet, ut mei eget, ð pestifera!

PUEL. I. Id statim ipse ostendet: nam ego hinc recedo.

AN. I. Et ego pariter, ut noris me multo magis sapere.

AD. Utinam liceret cum puella dormire, et nihil ante subagitare resimum et anile: neque enim istuc tolerabile est viro libero.

AN. II. Itaque, per Jovem, magno tuo malo futues: neque enim sub Charixena hæc aguntur. Secundum legem æquum est ista fieri, siquidem in populari statu vivimus. Sed secedam, et aucupabo eum, quid tandem faciet.

AD. Utinam, ð dii, formosam illam solam deprehendam, ad quam appotus venio, jampridem desiderans.

PUEL. Decepi scelestam illam aniculam: quippe abiit, putans videlicet me intus mansuram.

AN. I. Verumenimvero hic ipse est, cujus modo meminimus. Huc quidem veni, huc ades, quod mihi amicum est: huc ad me accede, et tota nocte mecum concumbe. Quippe

Νε. σὺ δὲ τί διακύπτεις;
Γρ. α'. ἐγώ;

ἄδω πρὸς ἐμαυτὴν Ἐπιγένοι τῷ μῶ φίλω.

Νε. σοὶ γὰρ φίλος τις ἐστὶν ἄλλος, ἢ Γέρης;

Γρ. α'. δείξει γε καὶ σοί. τάχα γὰρ εἶσιν ὡς ἐμέ.
ὁδὶ γὰρ αὐτός ἐστιν.

Νε. οὐ σοῦ γ', ᾧ ἔλαθρε,
δεόμενος οὐδέν.

Γρ. α'. νῆ Δί, ᾧ Φθίνυλλα σύ.

Νε. δείξει τάχ' αὐτός, ὡς ἔγωγ' ἀπέρχομαι.

Γρ. α'. καῖγωγ', ἵνα γνῶς ὡς πολὺ σου μείζον φρονῶ.

Νε. εἴθ' ἐξῆν παρὰ τῇ νέᾳ καθεύδειν,
καὶ μηδὲν πρότερον διασποδῆσαι
ἀνάσιμον ἢ πρῆσβύτερον. οὐ γὰρ ἀνασχετὸν
τοῦτό γ' ἐλευθέρω.

Γρ. β'. οἰμώζων ἄρα, νῆ Δία, σποδῆσεις.

οὐ γὰρ τὰπὶ Χαριζένης τὰδ' ἐστίν.

κατὰ τὸν νόμον ταῦτα ποιεῖν

ἔστιν δίκαιον, εἴ γε δημοκρατούμεθα.

ἀλλ' εἶμι τηρήσουσ', ὅ τι καὶ δράσει ποτέ.

Νε. εἴθ', ᾧ θεοὶ, λάβοιμι τὴν καλὴν μόνην,

ἐφ' ἣν πεπακῶς ἔρχομαι ποδῶν πάλαι.

Νε. ἐξηπάτησα τὸ κατάρaton γράδιον

φρούδη γὰρ ἐστίν, οἰομένη μ' ἔνδον μένειν.

Γρ. α'. ἀλλ' οὕτως γὰρ αὐτός, οὐ μεμνήμεθα

δεῦρο δὴ, δεῦρο δὴ, φίλον ἐμὸν, δεῦρό μοι

πρόσελθε, καὶ ξύνευνός μοι

τὴν εὐφρόνην ὅπως ἔσει. πάνυ γὰρ τις ἔρωσ με δονεῖ

τῶνδε τῶν σῶν βοστρύχων.
 ἄτοπος δ' ἔγκειται μοί τις πόθος,
 ὅς με διακναίσας ἔχει.
 μέθες, ἰκνοῦμαί σ', Ἔρωσ, καὶ ποιήσον τόνδ' ἐς εὐνήν
 τήν ἐμήν ἰκέσθαι.

Νε. δεῦρο δὴ, δεῦρο δὴ καὶ σύ μοι
 καταδραμοῦσα τὴν θύραν ἀνοιξον
 τήνδ'· εἰ δὲ μὴ, καταπεσὼν κείσομαι.
 φίλον, ἀλλ' ἐν τῷ σῶ βούλομαι κόλπι
 πληκτίξασθαι μετὰ τῆς σῆς πυγῆς.
 Κύπρι, τί μ' ἐκμαίνεις ἐπὶ ταύτῃ;
 μέθες, ἰκνοῦμαί σ', Ἔρωσ, καὶ ποιήσον τήνδ' ἐς εὐνήν
 τήν ἐμήν ἰκέσθαι.

καὶ ταῦτα μὲν μοι μετρίως
 πρὸς τὴν ἐμήν ἀνάγκην εἰρημέν' ἐστί· σὺ δ' ἔμοι,
 φίλτατον, ᾧ ἰκετεύω,
 ἀνοιξον, ἀσπάξου με· διὰ τοι σὲ πόνους ἔχω.
 ᾧ χρυσοδαίδαλον ἐμὸν μέλημα,
 Κύπριδος ἔρνος, μέλιττα Μούσης, Χαρίτων θρέμμα,
 Τρυφῆς πρόσσωπον,
 ἀνοιξον, ἀσπάξου με, διὰ τοι σὲ πόνους ἔχω.

Γρ. α'. οὗτος, τί κόπτεις; μῶν ἐμὲ ζητεῖς;

Νε. πόθεν;

Γρ. α'. καὶ τὴν θύραν γ' ἤραπτες.

Νε. ἀποθάνοιμ' ἄρα.

Γρ. α'. τοῦ δὲ σὺ δέόμενος δᾶδ' ἔχων ἐλήλυθας;

Νε. Ἄναφλύστιον ζητῶν τιν' ἀνθρώπων.

Γρ. α'. τίνα;

me mirum in modum amor tuorum capillorum agitat: insana
 autem me incessit cupido, quæ me vellicat. Concede, quæso,
 Amor, et facito ut iste in lectum meum veniat.

AD. Huc tandem, ô huc ad me descendens ostium hoc
 aperi: sin minus, fusus hic jacebo mortuus. O amicula, in
 tuo sinu volo lascivire cum tuis natibus. Venus, quid me
 hujus desiderio in furorem agis? Concede, quæso, Amor, et
 facito ut ista in lectum meum veniat. Hactenus quidem pro
 mea necessitate satis dictum fuit: tu vero mihi, ô mea voluptas,
 ore te, aperi ostium, et amplectere me. Quippe propter
 te labores perpetior. O ludicrum meum aureolum, Veneris
 germen, Musæ apicula, Gratiarum alumna, Mollitiei facies,
 aperi, amplectere me; quippe propter te labores perpetior.

AN. I. Heus tu, quid pultas ostium? mene quæritas?

AD. Haudquaquam.

AN. I. Ostium tamen pultabas.

AD. Emoriar igitur.

AN. I. Cujusnam vero rei indigens huc venisti cum face?

AD. Anaphlystium hominem quemdam quærens.

AN. I. Quemnam?

AD. Qui te ipsam subagitet, quem forte etiam exspectas.

AN. I. Ita sane, per Venerem, velis nolis.

AD. At quæ supra sexaginta annos sunt, eas nunc non inducimus, sed in aliud rejicimus tempus: quippe eas, quæ intra viginti annos sunt, judicamus.

AN. I. Ista quidem in priori reipublicæ statu obtinebant, ð dulcissime; nunc autem lege decretum est uti nos primum inducamur.

AD. A volente quidem, juxta legem latrunculorum ludo præscriptam.

AN. I. At enim non cœnas juxta legem latrunculorum ludo præscriptam.

AD. Nescio quid dicas. Hæc mihi pultanda est.

AN. I. Quum videlicet prius meam pultaveris januam.

AD. Sed nunc pollinariū cribrum non petimus.

AN. II. Scio ego me abs te amari: nunc autem stupes, quod me foris reperisti: verum admove mihi os.

AD. At enim, ð misella, amatorem tuum formido.

AN. II. Quemnam?

AD. Pictorem illum scitissimum.

AN. II. Ille autem quisnam est?

AD. Qui mortuis ampullas pingit: quamobrem abi intro, ne te pro foribus conspicetur.

AN. II. Novi quid velis.

AD. Etenim hercle ego te quoque novi.

AN. II. At Venerem obtestor, cui sorte obtigi, haud te amittam.

AD. Deliras, ð anicula.

AN. II. Nugaris tu: ego enim te ad lectum meum ducam.

AD. Quid, quæso, opus sit uncos extrahendis cadis emere, quum, hujuscemodi vetulam demittendo, liceat e puteis cados educere?

Νε. αὐτήν σε κινοῦνθ', ὃν σὺ προσδοκᾷς ἴσως.

Γρ. α'. νῆ τὴν Ἀφροδίτην, ἣν τε βούλη γ', ἣν τε μή.

Νε. ἀλλ' οὐχὶ νυνὶ τὰς ὑπερξηκοντέτεις ἐσάγομεν, ἀλλ' ἐσαῦτίς ἀναβεβλήμεθα. τὰς ἐντὸς εἴκοσιν γὰρ ἐκδικάζομεν.

Γρ. α'. ἐπὶ τῆς πρότερον ἀρχῆς γε ταυτ' ἦν, ὧ γλύκων' νυνὶ δὲ πρῶτον εἰσάγειν ἡμᾶς δοκεῖ.

Νε. τῷ βουλομένῳ γε, κατὰ τὸν ἐν πεπτοῖς νόμον.

Γρ. α'. ἀλλ' οὐδὲ δειπνεῖς κατὰ τὸν ἐν πεπτοῖς νόμον.

Νε. οὐκ οἶδ' ὅ τι λέγεις. τήνδε δὴ μοι κρουστέον.

Γρ. α'. ὅταν γε κρούσης τὴν ἐμὴν πρῶτον θύραν.

Νε. ἀλλ' οὐχὶ νυνὶ κρησέρας αἰτούμεθα.

Γρ. β'. οἶδ' ὅτι φιλοῦμαι· νῦν δὲ θαυμάζεις, ὅτι θύραισί μ' εὔρες· ἀλλὰ πρόσαγε τὸ στόμα.

Νε. ἀλλ', ὧ μέλ', ὀρρωδῶ τὸν ἐραστὴν σου.

Γρ. β'. τίνα;

Νε. τὸν τῶν γραφῶν ἀριστον.

Γρ. β'. οὗτος δ' ἔστι τίς;

Νε. ὃς τοῖς νεκροῖσι ζωγραφεῖ τὰς ληκύθους. ἀλλ' ἀπιθ', ὅπως μή σ' ἐπὶ θύραισιν ὄψεται.

Γρ. β'. οἶδ', οἶδ' ὅ τι βούλει.

Νε. καὶ γὰρ ἐγὼ σε, νῆ Δία.

Γρ. β'. μὰ τὴν Ἀφροδίτην, ἣ μ' ἔλαχεν κληρουμένη, μὴ γὰρ σ' ἀφήσω.

Νε. παραφρονεῖς, ὧ γράδιον.

Γρ. β'. ληρεῖς· ἐγὼ δ' ἄξω σ' ἐπὶ τὰμὰ στρώματα.

Νε. τί ὄητα κρεάγρας τοῖς κάδοις ἀνοίμεθ' ἂν, ἐξὸν, καθέντα γράδιον τοιουτονί,

- ἐκ τῶν φρεάτων τοὺς κάδους ξυλλαμβάνειν ;
 Γρ. β'. μὴ σκῶπτέ μ', ὦ τάλαν, ἀλλ' ἔπου δεῦρ' ὡς ἐμέ.
 Νε. ἀλλ' οὐκ ἀνάγκη μοι ἔστιν, εἰ μὴ τῶν ἐτῶν
 τὴν πεντακοσιοστὴν κατέδηκας τῇ πόλει.
 Γρ. β'. νῆ τὴν Ἀφροδίτην, δεῖ γε μέντοι. ὡς ἐγὼ
 τοῖς τηλικούτοις ξυγκαθεύδουσ' ἦδομαι.
 Νε. ἐγὼ δὲ ταῖς γε τηλικαύταις ἄχθομαι,
 κούκ ἂν πιθοίμην οὐδέποτε'.
 Γρ. β'. ἀλλὰ, νῆ Δία,
 ἀναγκάσει τουτί σε.
 Νε. τοῦτο δ' ἔστι τί ;
 Γρ. β'. ψήφισμα, κατ' ὃ σε δεῖ βαδίζειν ὡς ἐμέ.
 Νε. λέγ' αὐτὸ, τί ποτε κάστι.
 Γρ. β'. καὶ δὴ σοι λέγω.
 Ἔδοξε ταῖς γυναῖξιν, ἣν ἀνὴρ νέος
 νέας ἐπιθυμῆ, μὴ σποδεῖν αὐτὴν, πρὶν ἂν
 τὴν γραῦν προκρούσῃ πρῶτον· ἣν δὲ μὴ θέλῃ
 πρότερον προκρούειν, ἀλλ' ἐπιθυμῆ τῆς νέας,
 ταῖς πρεσβυτέραις γυναῖξιν ἔστω τὸν νέον
 ἔλκειν ἀνατεῖ, λαβομένης τοῦ παττάλου.
 Νε. οἴμοι· Προκρούστης τήμερον γενήσομαι.
 Γρ. β'. τοῖς γὰρ νόμοις τοῖς ἡμετέροισι πειστέον.
 Νε. τί δ', ἣν ἀφαιρῆται μ' ἀνὴρ τῶν δημοτῶν
 ἢ τῶν φίλων ἐλθῶν τις ;
 Γρ. β'. ἀλλ' οὐ κύριος
 ὑπὲρ μέδιμνον ἔστ' ἀνὴρ οὐδεὶς ἔτι.
 Νε. ἐξωμοσία δ' οὐκ ἔστιν ;
 Γρ. β'. οὐ γὰρ δεῖ στροφῆς.

- AN. II. Ne cavilleris me, ó miser ; sed huc domum se-
 quere.
 AD. At enim mihi necesse non est, nisi quingentesimam
 annorum tuorum reipublicæ solvisti.
 AN. II. Per Venerem nihilominus obsequere : nam mirifice
 gaudeo, ubi cum tuis æqualibus dormio.
 AD. Ego vero mirifice gravor, siquando cum tuis æqualibus
 mihi dormiendum sit ; neque ad id faciendum unquam adduci
 potero.
 AN. II. Sed, per Jovem, hoc te coget.
 AD. Hoc autem, quid est ?
 AN. II. Decretum, juxta quod tibi ad me veniendum
 est.
 AD. Recita ipsum, quodnam tandem est.
 AN. II. En tibi recito : *Censuerunt mulieres, si vir juvenis
 puellam habere cupiat, eam non ante subagitare, quam aniculam
 prius permoluerit : sin nolit hanc prius permolere, at expetat
 juvenculam, liceat provecioribus ætate mulieribus juvenem illum
 trahere impune, mentula prekensum.*
 AD. Hei mihi ! *Procrustes hodie fiam.*
 AN. II. Nostris scilicet legibus parendum est.
 AD. Quid si me eripiat ex popularibus aut ex amicis veniens
 quispiam ?
 AN. II. At rei, quæ supra medimnum sit, nulli nunc viro
 competit auctoritas.
 AD. Ejuratio vero nulla est ?
 AN. II. Non enim tergiversatione opus est.

AD. At enim mercatorem me esse causabor.

AN. II. At enim plorabis.

AD. Quid igitur oportet facere?

AN. II. Hac ad me sequi.

AD. Et hæc mihi faciendi necessitas est?

AN. II. Et Diomedea quidem.

AD. Substerne igitur primum aliquantulum origani, amputatosque palmites quatuor suppone, et vittis caput cinge, et adpone ampullas, et lustralis aquæ urceum pro foribus statue.

AN. II. Immo etiam coronam adhuc emes mihi.

AD. Ita, per Jovem; si modo consumtis cereis forte superes: arbitror enim te, statim atque intro ingressa fueris, morituram.

PUEL. Quo hunc trahis tu?

AN. II. Euni, qui meus est, domum induco.

PUEL. At non sapienter id facis: non enim ætatem habet, ut tecum dormiat, qui tantilla ætate est: quandoquidem mater ei potius, quam uxor esses. Proinde si legem hanc constitutis, totum orbem Ædipis replebitis.

AN. II. O tervenefica, præ invidia hunc sermonem commentata venis. At ego te ulciscar.

AD. Per Jovem Servatorem, gratum mihi fecisti, ó mel meum, hanc anum a me amovens. Quare pro his meritis ad vesperum gratiam tibi magnam et crassam referam.

AN. I. Heus, heus tu, quonam huncce trahis, contra legem, qua cautum est scilicet, ut is prius mecum dormiat?

Νε. ἀλλ' ἔμπορος εἶναι σκήψομαι.

Γρ. β'. κλαύσει γε σύ.

Νε. τί δῆτα χρῆ δρᾶν;

Γρ. β'. δεῦρ' ἀκολουθεῖν ὡς ἐμέ.

Νε. καὶ ταῦτ' ἀνάγκη μοι 'στί;

Γρ. β'. Διομήδειά γε.

Νε. ὑποστόρεσαί νυν πρῶτα τῆς ὀριγάνου, καὶ κλήμαθ' ὑπόθου ξυγκλάσσασα τέτταρα, καὶ ταινίωσαι, καὶ παρὰθου τὰς ληκύθους, ὕδατός τε κατάθου τοῦστρακον πρὸ τῆς θύρας.

Γρ. β'. ἦ μὴν ἔτ' ὠνήσει σύ καὶ στεφάνην ἔμοι.

Νε. νῆ τὸν Δί', ἦν περιῆς γε σου τῶν κηρίων. οἶμαι γὰρ ἔνδον διαπεσεῖσθαι σ' αὐτίκα.

Νε. ποῖ τοῦτον ἔλκεις σύ;

Γρ. β'. τὸν ἐμαυτῆς εἰσάγω.

Νε. οὐ σωφρονοῦσά γ'. οὐ γὰρ ἠλικίαν ἔχει παρὰ σοι καθεύδειν τηλικούτος ὢν· ἐπεὶ μήτηρ ἂν αὐτοῦ μᾶλλον εἶης ἢ γυνή. ὥστ' εἰ καταστήσεσθε τοῦτον τὸν νόμον, τὴν γῆν ἅπασαν Οἰδιπόδων ἐμπλήσετε.

Γρ. β'. ὦ παμδέλυρα, φθονοῦσα τόνδε τὸν λόγον ἐξεῦρες· ἀλλ' ἐγὼ σε τιμωρήσομαι.

Νε. νῆ τὸν Δία τὸν Σωτήρα, κεχάρισαί γ' ἐμοί, ὦ γλυκύτατον, τὴν γραῦν ἀπαλλάξασά μου· ὥστ' ἀντὶ τούτων τῶν ἀγαθῶν εἰς ἐσπέραν μεγάλην ἀποδώσω καὶ παχεῖάν σοι χάριν.

Γρ. α'. αὐτὴ σύ, ποῖ παραβάσα τόνδε τὸν νόμον ἔλκεις, παρ' ἐμοί τῶν γραμμάτων εἰρηκότων

πρότερον κατέυδεν αὐτόν;

Νε. οἴμοι δείλαιος.

πόθεν ἐξέκυψας, ὦ κάκιστ' ἀπολουμένη;
τοῦτο γὰρ ἐκείνου τὸ κακὸν ἐξωλέστερον.

Γρ. α'. βιάδιζε δεῦρο.

Νε. μηδαμῶς με περιίδης

ἐλκόμενον ὑπὸ τῆσδ', ἀντιβολῶ σ'.

Γρ. α'. ἀλλ' οὐκ ἐγὼ,

ἀλλ' ὁ νόμος ἔλκει σ'.

Νε. οὐκ ἐμέ γ', ἀλλ' Ἐμπουσά τις

ἐξ αἵματος φλύκταιναν ἠμφισμένη.

Γρ. α'. ἔπου, μαλακίον, δεῦρ', ἀνύσας, καὶ μὴ λάλει.

Νε. Ἴθι νυν ἔασον ἐς ἀφοδὸν πρῶτιστά με
ἐλθόντα θάρρησαι πρὸς ἑμαυτόν· εἰ δὲ μὴ,
αὐτοῦ τι δοῶντα πυρρὸν ὄψει μ' αὐτίκα
ὑπὸ τοῦ δέους.

Γρ. α'. θάρρη, βιάδιζ'· ἔνδον χεσεῖ.

Νε. δέδοικα καὶ γὰρ, μὴ πλέον γ', ἢ βούλομαι.

ἀλλ' ἐγγυητάς σοι καταστήσω δύο
ἀξιόχρεως.

Γρ. α'. μή μοι καθίστη.

Γρ. γ'. ποῖ σὺ, ποῖ

χωρεῖς μετ' αὐτῆς;

Νε. οὐκ ἔγωγ'· ἀλλ' ἔλκομαι.

ἀτὰρ, ἥτις εἶ γε, πόλλ' ἀγαθὰ γένοιτό σοι,
ὅτι μ' οὐ περιείδες ἐπιτριβέντ'. ὦ Ἡράκλεις,
ὦ Πάνες, ὦ Κορύβαντες, ὦ Διοσκόρω,
τοῦτ' αὖ πολὺ τούτου τὸ κακὸν ἐξωλέστερον.

AD. Væ mihi misero! undenam emersisti, ô perdita? nam hoc quidem malum illo altero perniciosius.

AN. I. Huc ambula.

AD. Haudquaquam, obsecro, patiare ab istac me trahi.

AN. I. At non ego te traho, verum lex ipsa.

AD. Non me tu quidem trahis, sed Empusa, cui saniosis pustulis totum corpus tumet.

AN. I. Hac, ô mollicelle, sequere propere, et ne obloquitor.

AD. Age ergo, sinito saltem ire me cacatum, ut animum interea recipiam; sin minus, hic tu me actutum præ metu rubrum quid facientem videbis.

AN. I. Bono animo es; ambula, intus cacabis.

AD. Quin metuo, ne plus etiam, quam volo. Sed sponsores tibi duos dabo idoneos.

AN. I. Nullos volo.

AN. III. Heus, heus, quo tu cum ista ambulas?

AD. Non ambulo, sed trahor. Verum, quæcunque sis, Dii tibi multa bona dederint, quæ me male haberi haud pateris. At at, ô Hercules, ô Panes, ô Corybantes, ô Castores, quanto hoc malum illo altero etiam perniciosius est! at quid hoc tan-

dem, obsecro, negoti est? an cerussæ plena simia, vel anuis spectrum huc ex Orco reversum?

AN. III. Ne me irrideas; sed hac sequere.

AN. I. Hac quidem ad me.

AN. III. Nunquam enim te amittam.

AN. I. Neque ipsa quoque.

AD. Distrahetis me, ð male perituræ.

AN. III. Certe enim ex lege oportuit te mihi morigerari.

AN. I. Minime, si quæ alia deformior anus intervenerit.

AD. At vero si a vobis, ð vetulæ, absumtus fuero, qui tandem postea ad formosam illam accedam?

AN. III. Tu quidem ipse dispicias: interim tibi hoc faciendum, quod volo.

AD. Utra vero vestrarum subagitata defungar?

AN. I. Nescis? huc veni.

AD. Hæc igitur me dimittat.

AN. III. Immo huc ad me veni.

AD. Sane quidem, si me ista dimittat.

AN. I. At ecaster ego te haud dimisero.

AN. III. Neque pol ego.

AD. Molestæ vero portitores essetis.

AN. I. Quid ita?

AD. Quia vectores hinc illinc trahentes deartuaretis.

AN. I. Huc tacitus veni.

AN. III. Non, per Jovem, sed ad me.

AD. Plane res est secundum Cannoni decretum: videlicet diremtum me futuere oportet. Sed qui tandem fieri poterit, ut ambas, quasi remos duos, agitem?

ἀτὰρ τί τὸ πρᾶγμα ἔστ', ἀντιβουλῶ, τουτί ποτε;
πότερον πίδηκος ἀνάπλευς ψιμυθίου,
ἢ γραῦς ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν πλειόνων;

Γρ. γ'. μὴ σκῶπτέ μ', ἀλλὰ δεῦρ' ἔπου.

Γρ. α'. δευρὶ μὲν οὔν.

Γρ. γ'. ὡς οὐκ ἀφήσω σ' οὐδέποτ'.

Γρ. α'. οὐδὲ μὴν ἐγώ.

Νε. διασπάσεσθέ μ', ὡ κακῶς ἀπολούμεναι.

Γρ. γ'. ἐμοὶ γὰρ ἀκολουθεῖν σ' ἔδει κατὰ τὸν νόμον.

Γρ. α'. οὐκ, ἦν ἑτέρα γε γραῦς ἔτ' αἰσχίαν φανῆ.

Νε. ἦν οὖν ὑφ' ὑμῶν πρῶτον ἀπόλωμαι κακῶς,
φέρε, πῶς ἐπ' ἐκείνην τὴν καλήν ἀφίξομαι;

Γρ. γ'. αὐτὸς σκόπει σύ· ταδὶ δέ σοι ποιητέον.

Νε. ποτέρας προτέρας οὔν κατελάσας ἀπαλλαγῶ;

Γρ. α'. οὐκ οἶσθα; βαδιεῖ δεῦρ'.

Νε. ἀφέτω νύν μ' αὐτή.

Γρ. γ'. δευρὶ μὲν οὔν ἴθ' ὡς ἔμ'.

Νε. ἦν γ' ἡδί μ' ἀφῆ.

Γρ. α'. ἀλλ' οὐκ ἀφήσω μὰ Δία σ'.

Γρ. γ'. οὐδὲ μὴν ἐγώ.

Νε. χαλεπαὶ γ' ἂν ἦσθε γενόμεναι πορθητῆς.

Γρ. α'. τινί;

Νε. ἔλκοντε τοὺς πλωτήρας ἂν ἀπεκναίετε.

Γρ. α'. σιγῆ βιάδιζε δεῦρο.

Γρ. γ'. μὰ Δί', ἀλλ' ὡς ἐμέ.

Νε. τουτί τὸ πρᾶγμα κατὰ τὸ Καννῶνου σαφῶς
ψήφισμα, βινεῖν δεῖ με διαλελημμένον.
πῶς οὔν δικωπεῖν ἀμφοτέρας δυηόσομαι;

Γρ. α'. καλῶς, ἐπειδὴν καταφάγῃς βολβῶν χύτραν.

Νε. οἴμοι κακοδαίμων, ἐγγὺς ἦδη τῆς θύρας
ἐλκόμενος εἶμι'.

Γρ. γ'. ἀλλ' οὐδὲν ἔσται σοι πλέον.
ξυνοσπεσοῦμαι γὰρ μετὰ σοῦ.

Νε. μὴ πρὸς θεῶν.
ἐνὶ γὰρ ξυνέχεσθαι κρεῖττον ἢ δυοῖν κακοῖν.

Γρ. γ'. νῆ τὴν Ἑκάτην, ἐάν τε βούλη γ', ἢν τε μή.

Νε. ᾧ τρισκακοδαίμων, εἰ γυναῖκα δεῖ σατρᾶν
βινεῖν ὄλην τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν·
κᾶπειτ', ἐπειδὴν τῆσδ' ἀπαλλαγῶ, πάλιν
Φρόνην ἔχουσαν λήκυθον πρὸς ταῖς γνάθοις.
ἄρ' οὐ κακοδαίμων εἶμι; βαρυδαίμων μὲν οὖν,
νῆ τὸν Δία τὸν Σωτήρ', ἀνῆρ, καὶ δυστυχῆς,
ὅστις τοιούτοις θερίοις ξυνηξομαι.
ὅμως δ', ἐάν τι πολλὰ πολλάκις πάθω
ὑπὸ ταῖνδε ταῖν κασαλθάδοιν, δεῦρ' ἐσπλέων,
θάψαι μ' ἐν αὐτῷ τῷ στόματι τῆς ἐσβολῆς·
καὶ τὴν ἄνωθεν ἐπιπολῆς τοῦ σήματος
ζῶσαν καταπιπτόσαντας, εἴτα τὸ πάδε
μολυβδοχοήσαντας κύκλω περὶ τὰ σφυρὰ,
ἄνω πιδεῖναι πρόφασιν ἀντὶ ληκύθου.

Λο. (λείπει κομμάτιον τοῦ Χοροῦ.)

Θε. ᾧ μακάριος μὲν δῆμος, εὐδαίμων δ' ἐγὼ,
αὐτὴ τε μοι δέσποινα μακαριωτάτη,
ὑμεῖς δ' ὅσαι πάρεσθ' ἐπὶ ταῖσδε ταῖς θύραις,
οἱ γείτονές τ' ἅπαντες, οἳ τε δημόται,
ἐγὼ τε πρὸς τούτοισιν ἢ διάκονος,

AN. I. Facile istuc, si ollam bulborum comederis.

AD. Væ misero mihi ! propius jam ad ostium trahor.

AN. III. Sed nihil promovebis : una enim tecum intro me
conjiciam.

AD. Ne faxis, per deos : uno enim malo premi melius est
quam duobus.

AN. III. Per Hecaten, velis nolis, a te non divellar.

AD. O me ter miserum, siquidem diem integrum et noctem
integram putrida anus subigenda est : tum postquam hac de-
functus fuero, denuo Phryne altera repetenda erit, quæ ampul-
lam ad maxillas habet. Annon igitur ego infelix sum ? certe
iratis diis natus, per Jovem Servatorem, et infortunatus, qui
cum hujusmodi belluis natabo. Tamen mementote, si quid
mihi acciderit, sæpius coacto ab hisce impuratis scortis intro
navigare, sepelire me in ipso aditus ostio ; superstitemque, cui
immortuus fuero, illam in summo tumulo, postquam eam fer-
vida pice obleveritis, pedesque ejus plumbo malleolis circum-
fuso muniveritis, superimponere loco ampullæ.

CHOR. (*Deest Chori cantilena.*)

FAM. Felicem vero Atticum populum ; me quoque non
minus felicem ; heram vero meam longe omnium felicissimam !
Vos quoque felices estis, quæ juxta fores nostras adestis, vicini-
que omnes et populares nostri : felix cum illis ego quoque
ancilla, quæ caput perunxi unguentis, pro Jupiter ! ut bonis !

sed ista omnia longe longeque superant amphorulæ vino Thasio plenæ: hujus enim odor in capite diutius remanet: illa autem marcescentia cito evanescunt. Proinde multo, at quam multo, ð dii! meliores sunt amphorulæ. Infunde ergo merum, tota nocte lætiorem me reddet, vinum illud eligens, quod maxime odoratum sit. Sed, ð mulieres, dicite mihi herum meum, maritum dominæ meæ, ubi sit.

CHOR. Istic si maneat, nobis videris cum repertura.

FAM. Sane vero; nam eccum ad cœnam venit. O here, ð fortunate, et terbeate.

HER. Egone?

FAM. Sane ecaster tu quidem, ut nemo alius. Te enim quis alius existat magis beator, qui, quum plures triginta millibus civium in urbe sint, solus tamen ex illis impransus es.

CHOR. Prorsus felicem hominem narras.

FAM. Quo tandem? quo abis?

HER. Ad cœnam.

FAM. Sane, per Venerem, longe omnium postremus. Tamen jussit me hera ut te adsumerem, et una tecum has puellas ducerem. Vini autem Chii copia magna relicta est, et multæ aliæ res bonæ. Itaque ne cessetis. Tum si quis spectatorum nobis favet, et judicium si quis non aliud, quam jus, respicit,

ἤ τις μεμύρισμαι τὴν κεφαλὴν μυρώμασιν,
ἀγαθοῖσιν, ὦ Ζεῦ· πολὺ δ' ὑπερπέπαικειν αὐ
τούτων ἀπάντων τὰ Θάσι' ἀμφορεΐδια.
ἐν τῇ κεφαλῇ γὰρ ἐμμένει πολὺν χρόνον·
τὰ δ' ἄλλ' ἀπανθήσαντα πάντ' ἀπέπτετο·
ὥστ' ἐστὶ πολὺ βέλτιστα, πολὺ δῆτ' ὦ θεοί.
κέρασον ἀκρατον, εὐφρανεῖ τὴν νύχθ' ὄλην,
ἐκλεγομένη ὅ τι ἂν μάλιστ' ὀσμὴν ἔχη.
ἀλλ', ὦ γυναῖκες, φράσατέ μοι τὸν δεσπότην,
τὸν ἄνδρ', ὅπου 'στὶ, τῆς ἐμῆς κεκτημένης.
αὐτοῦ μένουσ' ἡμῖν γ' ἂν ἐξευρεῖν δοκεῖς.
μάλιστ'· ὀδὲ γὰρ ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἔρχεται.
ὦ δέσποτ', ὦ μακάριε, καὶ τρισόλβιε.

Xo.

Θε.

Δε.

Θε.

ἐγώ;
σὺ μέντοι, νῆ Δί', ὡς γ' οὐδεὶς ἀνὴρ.
τίς γὰρ γένοιτ' ἂν μᾶλλον ἰλιδιώτερος,
ὅστις, πολιτῶν πλεῖον ἢ τρισμυρίων
ἄντων τὸ πλῆθος, οὐ δεδείπνηκας μόνος.
Xo. εὐδαιμονικόν γ' ἀνδρωπον εἰρηκας σαφῶς.
Θε. ποῖ, ποῖ βαδίξεις;

Δε.

Θε.

ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἔρχομαι.
νῆ τὴν Ἀφροδίτην, πολὺ γ' ἀπάντων ὕστατος.
ἄμωσ δ' ἐκέλευε συλλαβοῦσάν μ' ἡ γυνὴ
ἄγειν σε, καὶ τασθὶ μετὰ σοῦ τὰς μείζακας.
οἶνος δὲ Χῖος ἐστὶ περιλειμμένος
καὶ τ' ἄλλ' ἀγαθὰ. πρὸς ταῦτα μὴ βραδύνετε,
καὶ τῶν θεατῶν εἴ τις εὐνοὺς τυγχάνει,
καὶ τῶν κριτῶν εἰ μή τις ἐτέρωσε βλέπει,

ἴτω μεθ' ἡμῶν· πάντα γὰρ παρεξομεν.
οὐκοῦν ἅπασιν δῆτα γενναίως ἐρεῖς,
καὶ μὴ παραλείψεις μηδέν, ἀλλ' ἐλευθέρως
καλεῖν γέροντα, μειράκιον, παιδίσκον· ὡς
τὸ δεῖπνον αὐτοῖς ἔστ' ἐπεσκευασμένον
ἀπαξάπασιν, ἢν ἀπίωσιν οἴκαδε.

Χο. ἐγὼ δὲ πρὸς τὸ δεῖπνον ἤδη πείξομαι,
ἔχουσά τοι καὶ δᾶδα ταυτηνὴ καλῶς.
τί δῆτα διατρέβεις ἔχων, ἀλλ' οὐκ ἄγεις
τασδὶ λαβόν; ἐν ὅσῳ δὲ καταβαίνεις, ἐγὼ
ἐπάσομαι μέλος τι μελλοδοιπνικόν.

σρικρὸν δ' ὑποθέσθαι τοῖς κριταῖσι βούλομαι·
τοῖς σοφοῖς μὲν, τῶν σοφῶν μεμνημένους κρίνειν ἐμέ·
τοῖς γελῶσι δ' ἠδέως, διὰ τὸν γέλωα κρίνειν ἐμέ·
σχεδὸν ἅπαντας οὖν κελεύω δηλαδὴ κρίνειν ἐμέ.
μηδὲ τὸν κλῆρον γενέσθαι μηδὲν ἡμῖν αἴτιον,
ὅτι προείληχ'. ἀλλ' ἅπαντα ταῦτα χρὴ μεμνημένους
μὴ πιορκεῖν, ἀλλὰ κρίνειν τοὺς χοροὺς ὁρθῶς ἀεὶ·
μηδὲ ταῖς κακαῖς ἐταίραις τὸν τρόπον προσεικέναι,
αἱ μόνον μνήμην ἔχουσι τῶν τελευταίων ἀεὶ·

ὦ, ὦ, ὦρα δὴ, φίλαι

γυναῖκες, εἴπερ μέλλομεν τὸ χρῆμα δεῖν,
ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὑπανακινεῖν. Κρητικῶς οὖν τῷ πόδε
καὶ σὺ κίνει.

Ημ. τοῦτο δεῶ.

Χο. καὶ τάσδε νῦν λαγαράς
τοῖν σκελίσκων τὸν ῥυθμόν. τάχα γὰρ ἔπεισι
λεπαδοτεμαχοσελαχογαλο-

veniat nobiscum: nam iis omnia præbebimus. Itaque quod dico, liberaliter dicēs omnibus, et cave quemquam omiseris; sed passim voca senes, adolescentes, pueros; nam ipsis cœna parata est omnino omnibus, si nempe quisque domum suam abierit.

CHOR. Ipsa autem jam ad cœnam festinabo, hanc facem pulchre et decore manu gestans. At tu, quæso, quid ita cunctare, neque tecum ducis has puellas? Dum autem ipse descendas, ego canticum accinam aliquod cœnaturis aptum.

Nunc iudices aliquid monere volo, ut qui inter illos sapientes sunt, de me judicent, eorum memores, quæ sapienter dicta a me audierunt: tum ut qui lubenter rident, ii de me judicent, memores quam festive et ridicule multa protulerim. Itaque, ni fallor, fere omnes de me ferre sententiam jubeo. Neque nobis obsit, quod ductis sortibus primi prodierimus; sed eos horum omnium memores condecet, servata jurisjurandi fide, de Choris semper ex merito judicare, neque improbarum meretricum morem imitari, quæ semper postrema tantum benefacta in memoria habent. O, ô, nunc tempus est, amicæ mulieres, si rem agere volumus, subsultim ad cœnam ire: Cretico igitur rhythmo move tu pedes.

SEM. Hoc quoque facio.

CHOR. Et has quoque leves agili crure ad rhythmum moveri. Nam mox adponentur ostrea, salsamenta, cartilaginosi pisces,

mustelli, reliquiæ calvariarum cum acri intrito, laserpitium cum melle interfuso, turdi, merulæ, columbæ, gallinaceorum tosta capitula, cincli, liviæ, leporinæ carnes cum intinctu defruti, cum alis. Tu itaque, his auditis, propere et celeriter patellam sume et ovum, dein festina, ut cœnes.

SEM. Sed jam vorant alii.

CHOR. In altum tollimini crure agili, euae: cœnabimus, parta victoria lætæ, euae, euae.

κρανιολειψανοδριμυποτιττειμματο-
σιλφιοπαραομελιτοκατακεχυμενο-
κιχλεπικοσσυφοπεριστερα-
λεκτρονοπτεκεφαλλιοκιγκλοπε-
λειολαγωσισραιοδαφητραγανοπτερύγων.
σὺ δὲ ταῦτ' ἄκροσάμενος ταχὺ καὶ ταχέως
λαβὲ τρυβλίον· εἴτα λαβὼν κόνισαι
λέκιθον, ἵν' ἐπιδειπῆς.

Ημ.

ἀλλὰ λαιμάττουσί σου.

Χο.

αἴρεσθ' ἄνω· ἰαὶ εὐαί.

δειπνήσομεν εὐοὶ εὐαί,

εὐαίως ἐπινίκι' εὐαί, εὐαί, εὐαί, εὐαί, εὐαί.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ

ΝΕΦΕΛΑΙ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ.

ΘΕΡΑΠΩΝ *Στρεψιάδου.*

ΜΑΘΗΤΑΙ *Σωκράτους.*

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ΧΟΡΟΣ ΝΕΦΕΛΩΝ.

Ο ΔΙΚΑΙΟΣ ΛΟΓΟΣ.

Ο ΑΔΙΚΟΣ ΛΟΓΟΣ.

ΠΑΣΙΑΣ *δανειστής.*

ΜΑΡΤΥΣ *Πασίου.*

ΑΜΥΝΙΑΣ *δανειστής.*

ΧΑΙΡΕΦΩΝ.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ

Ν Ε Φ Ε Λ Α Ι.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ, ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ, ΘΕΡΑΠΩΝ,
ΜΑΘΗΤΗΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΧΟΡΟΣ.

Στ. ΙΟΥ, Ιού.
ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρήμα τῶν νυκτῶν ὅσον
ἀπέραντον. οὐδέποδ' ἡμέρα γενήσεται ;
καὶ μὴν πάλαι γ' ἀλεκτρυόνος ἤκουσ' ἐγώ.
οἱ δ' οἰκέται ῥέγκουσιν· ἀλλ' οὐκ ἂν πρὸ τοῦ.
ἀπόλοιο δῆτ', ὦ πόλεμε, πολλῶν οὐνεκα,
ὅτι οὐδὲ κολάσαι ἔστι μοι τοὺς οἰκέτας.
ἀλλ' οὐδ' ὁ χρηστὸς οὔτοσ' ἰνεαίας
ἐγείρεται τῆς νυκτὸς, ἀλλὰ πέρδεται
ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος.
ἀλλ', εἰ δοκεῖ, ῥέγκωμεν ἐγκεκαλυμμένοι. ---
Ἄλλ' οὐ δύναμαι δειλῆαιος εὔδειν, δακνόμενος

ARISTOPHANIS

NUBES.

STREPS. ΕΗΕΥ, eheu ! O supreme Jupiter, satin' infinita
res est noctium ? nunquamne dies fiet ? Atqui dudum ego au-
divi gallum. Servi tamen stertunt : at antehac id non ausi
fuissent. Pereas itaque, Bellum, multis de causis, tum vero
quia nec servos castigare mihi licet. Sed neque bonus iste
adolescens expergiscitur tota nocte ; verum pedit, quinque
lodibus involutus. Sed, si videtur, stertamus obtecti.

At enim non possum dormire miser, qui mordeor a sumtibus,
VOL. II. Q

et præsepi, et alieno ære, propter istum gnatum. Ille vero comam alens equitat, et bigas agit, et equos somniat: at ego pereo, quum video Lunam adducere vigesimos dies: nam usuræ procedunt.---Accende, puer, lucernam, et effer tabellas, ut sumtis illis recolam, quot sint quibus debeo, et usuras computem.---Age videam, quid debeo? Duodecim minas Pasiæ. Quamobrem duodecim minas Pasiæ? quonam eas insumsi? Quando coppatiam emi. Hei miser! utinam excussus mihi prius fuisset oculus lapide!

PHID. Philo, inique agis: persequere tuum ipsius curriculum.

STREPS. Hoc illud est malum, quod me perdidit: nam etiam dormiens rem equestrem animo agit.

PHID. Quot cursibus peragitur curule certamen?

STREPS. Me quidem patrem tuum multis tu exagitas cursibus.---At enim quodnam me post Pasiam invasit æs alienum? Tres minæ pro curriculo et rotis Amyniæ.

PHID. Abduc equum domum, volutatum prius in pulvere.

STREPS. At, ô miser, evolvisti me ex meis bonis, siquidem alijs jam obnoxius sum e re judicata, alii autem pro usuris aiunt pignora se capturos.

PHID. Quæso, pater, quid ita anxius es, et tota nocte huc illuc te versas?

STREPS. Mordet me Demarchus quispiam e stragulis.

PHID. Sine me, ô bone, aliquantulum dormire.

STREPS. Dormi tu ergo: scito tamen æs istuc alienum

ὑπὸ τῆς δαπάνης, καὶ τῆς φάτης, καὶ τῶν χρεῶν,
διὰ τουτοῦ τὸν υἱόν. ὁ δὲ κόμητις ἔχων,
ἰππάζεται τε, καὶ ξυνωρικεύεται,
ὄνειροπολεῖ δ' ἵππους· ἐγὼ δ' ἀπόλλυμαι,
ὄρων ἄγουσαν τὴν σελήνην εἰκάδας.

οἱ γὰρ τόκοι χωροῦσιν.--- ἄπτε, παῖ, λύχρον,
κἄκφερε τὸ γραμματεῖον, ἵν' ἀναγῶ λαβῶν,
ὀπόσοις ὀφείλω, καὶ λογίσωμαι τοὺς τόκους.
φέρ' ἴδω, τί ὀφείλω; δῶδεκα μνᾶς Πασία.
τοῦ δῶδεκα μνᾶς Πασία; τί ἐχησάμην;
ὄτ' ἐπριάμην τὸν κοππατίαν. οἴμοι τάλας.
εἴθ' ἐξεκόπην πρότερον τὸν ὀφθαλμὸν λίθῳ.

Φε. Φίλων, ἀδικεῖς. ἔλαυε τὸν σαιτοῦ δρόμον.

Στ. τοῦτ' ἐστὶ τοῦτο τὸ κακόν, ὃ μ' ἀπολώλεκεν.
ὄνειροπολεῖ γὰρ καὶ καθεύδων ἰππικὴν.

Φε. πόσους δρόμους ἔλα τὰ πολεμιστήρια;

Στ. ἐμὲ μὲν σὺ πολλοὺς τὸν πατέρ' ἐλαύνεις δρόμους.---
ἀτὰρ τί χρέος ἔβα με μετὰ τὸν Πασίαν;
τρῆς μναῖ διφρίσκου καὶ τροχοῖν Ἀμυνία.

Φε. ἄπαγε τὸν ἵππον ἐξαλίσας οἴκαδε.

Στ. ἀλλ', ὦ μέλ', ἐξήλικας ἐμέ γ' ἐκ τῶν ἐμῶν,
ὄτε καὶ δίκας ἄφληκα, χ' ἄτεροι τόκου
ἐνεχυράσεσθαι φασιν.

Φε. ἔτεόν, ὦ πάτερ,

τί δυσκολαίνεις, καὶ στρέφει τὴν νύχθ' ὄλην;

Στ. δάκνει με δήμαρχός τις ἐκ τῶν στραμάτων.

Φε. ἔασον, ὦ δαιμόνιε, καταδαρθεῖν τι με.

Στ. σὺ μὲν οὖν κάθευδε· τὰ δὲ χρεῖα ταῦτ' ἴσθ' ὅτι

εἰς τὴν κεφαλὴν ἅπαντα τὴν σὴν τρέψεται.---
Φεῦ.

εἴθ' ὠφελ' ἢ προμνήστει' ἀπολέσθαι κακῶς,
ἤ τις με γῆμαι ἢ ἤρε τὴν σὴν μητέρα.
ἐμοὶ γὰρ ἦν ἄγροικος ἠδίστος βίος,
εὐρωτιῶν, ἀκόρητος, εἰκῆ κείμενος,
βρύων μελίτταις, καὶ προβάτοις, καὶ στεμφύλοις.
ἐπειτ' ἔγημα Μεγακλέους τοῦ Μεγακλέους
ἀδελφιδῆν, ἄγροικος ὦν, ἐξ ἄστεος,
σεμνῆν, τρυφῶσαν, ἐγκεκοισυσαμένην.
ταύτην ὅτ' ἐγάμου, ξυγκατεκλινομένη ἐγῶ,
ᾧζων τρυγῶς, τρασιᾶς, ἐρίων περιουσίας·
ἢ δ' αὖ, μύρου, κρόκου, καταγλωττισμάτων,
δαπάνης, λαφυγμοῦ, Καλιάδος, Γενετυλλίδος.
οὐ μὴν ἐρῶ γ', ὡς ἀργὸς ἦν, ἀλλ' ἐσπάθῃ.
ἐγὼ δ' ἂν, αὐτῇ θοιμάτιον δεικνὺς τοδὶ,
πρόφασιν, ἔφασκον· ὦ γυναῖ, λίαν σπαθᾶς.
Θε. ἐλαιον ἡμῖν οὐκ ἔνεστ' ἐν τῷ λύχνῳ.
Στ. οἴμοι· τί γὰρ μοι τὸν πώτην ἦπτες λύχνον;
δεῦρ' ἔλθ' ἵνα κλάῃς.

Θε. διατί δῆτα κλαύσομαι;
Στ. ὅτι τῶν παχειῶν ἐνεπίθεις θρυαλλίδων.---
Μετὰ ταῦθ', ὅπως γῶν ἐγένεθ' υἱὸς οὐσοσί,
ἐμοὶ τε δὴ καὶ τῇ γυναικὶ τῇ γαδῆ,
περὶ τοῦνόματος δὴ ταῦτ' ἐλοιδοροῦμεθα.
ἢ μὲν γὰρ ἵππον προσετίθει πρὸς τοῦνομα,
Ξάνθιππον, ἢ Χάριππον, ἢ Καλλιππίδην·
ἐγὼ δὲ τοῦ πάππου τ'ιδέμην Φειδωνίδην.

omne in caput tuum recasurum.---Heu! utinam pessimis exemplis periisset pronuba illa, quæ me impulit, ut matrem tuam ducerem! Ruri enim agebam vitam suavissimam, squalidam, incomtam, neglectam, redundantem apibus et ovibus et fracibus. Postilla uxorem duxi Megaclis, Megaclis fili, ex sorore neptem, rusticus urbanam, superbam, luxuriosam. Cæsyræ moribus imbutam. Hanc postquam duxeram, cum ea cubabam olens mustum, ficus, lanarum copiam: illa vero unguentum, crocum, collabellata oscula, sumtus, heluationes, Coliadem et Genetyllidem. Non equidem dicam otiosam eam fuisse; sed texebat. Ego autem ei pallium hoc ostendens, eoque utens prætextu, dicere ei solebam: *Mulier, tclam nimis densas.*

FAM. Oleum nobis non inest in lucerna.

STREPS. Hei mihi! cur enim bibulam istam accendisti lucernam? huc accede, ut plores.

FAM. Cur, obsecro, plorem?

STREPS. Quia e crassis ellychniis unum indidisti.---Post illa, quum nobis jam natus esset filius iste, mihi scilicet et bonæ illi mulieri, inter nos primum de nomine obortum est jurgium ad hanc modum. Illa quidem equum addebat nomini, *Xanthippum*, aut *Charippum*, aut *Callippidem* eum nuncupans: ego vero avi imponebam ei nomen *Phidonidem*. Hac-

tienus quidem processit concertatio: postea tandem convenit inter nos, et dedimus ei nomen *Phidippidi*. Hunc autem illa gnatum gremio complexa blande adloquebatur: *Quando tu grandis factus currum agitabis versus urbem, ut Megacles, croceo amictus pallio!* Ego autem dicebam: *Immo quando tu capras duces e Phelleo, ut pater tuus, renone indutus!* Sed meis dictis nequaquam paruit: verum fortunis meis equinum offudit morbum. Et nunc tota nocte mecum meditatus, viæ unam rationem inveni admirabiliter excellentem; quam si isti persuasero, salvus ero. Verum excitare prius ipsum volo. Quomodo ergo eum quam mollissime expergefaiam? quomodo? Phidippides, Phidippi-disce!

PHID. Quid est, mi pater?

STREPS. Osculare me et manum cedo dexteram.

PHID. EN. Quid est?

STREPS. Dic mihi, amas me?

PHID. Ita, Neptunum hunc testor Equestrem.

STREPS. Neutiquam mihi, quæso, Equestrem istum memora: hic enim deus est mihi causa malorum. Verum, si me corde revera amas, ô gnate, gere morem mihi.

PHID. Quid tibi ergo morem vis geram?

STREPS. Immuta quam ocissime mores tuos, et abi, ut discas, quæ ego jubebo.

PHID. Dic jam quid jubeas.

τέως μὲν οὖν ἐκρινόμεθ'· εἶτα τῷ χρόνῳ
κοινήν ξυνέβημεν, καὶ θέμεθα Φειδιππίδην.
τοῦτον τὸν υἱὸν λαμβάνουσ' ἐκορίζετο;
Ὅταν σὺ μέγας ὢν ἄρμ' ἐλαύνης πρὸς πόλιν,
ὡσπερ Μεγακλῆς, ξυσιδ' ἔχων -- ἐγὼ δ' ἔφην·
Ὅταν μὲν οὖν τὰς αἴγας ἐκ τοῦ Φελλέως,
ὡσπερ ὁ πατήρ σου, διφθέραν ἐνημμένος --
ἀλλ' οὐκ ἐπίθετο τοῖς ἐμοῖς οὐδὲν λόγους,
ἀλλ' ἵππερόν μου κατέχευεν τῶν χρημάτων.
νῦν οὖν ὅλην τὴν νύκτα φροντίζων, ἰδοῦ
μίαν εὖρον ἀτραπὸν δαιμονίως ὑπερφυᾶ,
ἦν, ἣν ἀναπέισω τουτοῦ, σωθήσομαι.
ἀλλ' ἐξεγείραι πρῶτον αὐτὸν βούλομαι.
πῶς δὴτ' ἂν ἤδιστ' αὐτὸν ἐπεγείραιμι; πῶς;
Φειδιππίδην, Φειδιππίδιον.

Φε. τί, ὦ πάτερ;

Στ. κύσον με, καὶ τὴν χεῖρα δὸς τὴν δεξιάν.

Φε. ἰδοῦ. τί ἐστίν.

Στ. εἶπ' ἐμοί, φιλεῖς ἐμέ;

Φε. νῆ τὸν Ποσειδῶ τουτοῦ τὸν Ἴππιον.

Στ. μή μοι γε τοῦτον μηδαμῶς τὸν Ἴππιον.

οὗτος γὰρ ὁ θεὸς αἰτίας μοι τῶν κακῶν.

ἀλλ' εἶπερ ἐκ τῆς καρδίας μ' ὄντως φιλεῖς,

ὦ παῖ, πιδού.

Φε. τί οὖν πίδωμαι δῆτά σοι;

Στ. ἐστρεψον ὡς τάχιστα τοὺς σαυτοῦ τρόπους,

καὶ μάνθαν' ἐλθὼν ἂν ἐγὼ παραινέσω.

Φε. λέγε δὴ, τί κελεύεις;

- Στ. καί τι πείσει ;
 Φε. πείσομαι,
 νῆ τὸν Διόνυσον.
- Στ. δεῦρό νῦν γ' ἀπόβλεπε.
 ὄρας τὸ θύριον τοῦρο καὶ τῶκίδιον ;
 Φε. ὄρω. τί οὖν τοῦτ' ἐστὶν ἑτεόν, ὦ πάτερ ;
 Στ. ψυχῶν σοφῶν τοῦτ' ἐστὶ φροντιστήριον.
 ἐνταῦθ' ἐνοικοῦσ' ἄνδρες, οἱ τὸν οὐρανὸν
 λέγοντες ἀναπειθουσιν, ὡς ἔστιν πνιγεὺς,
 καῖστιν περὶ ἡμᾶς οὗτος· ἡμεῖς δ' ἄνδρακες.
 οὗτοι διδάσκουσ', ἀργύριον ἢν τις διδῶ,
 λέγοντα νικᾶν καὶ δίκαια κᾶδिका.
 Φε. εἰσὶν δὲ τίνες ;
 Στ. οὐκ οἶδ' ἀκριβῶς τοῦνομα·
 μεριμνοφρονιστὰι καλοὶ τε κἀγαθοί.
 Φε. αἰβοῖ· πονηροὶ γ', οἶδα. τοὺς ἀλαζόνας,
 τοὺς ἀχρῶντας, τοὺς ἀνυποδήτους λέγεις,
 ἄν ὁ κακοδαίμων Σακράτης καὶ Χαιρεφῶν.
 Στ. ἦ, ἦ, σιώπα· μηδὲν εἴπης νῆπιον.
 ἀλλ' εἴ τι κήδει τῶν πατρῶων ἀλφίτων,
 τούτων γενοῦ μοι, σχασάμενος τῆν ἰπικῆν.
 Φε. οὐκ ἄν, μὰ τὸν Διόνυσον, εἰ δοίης γ' ἐμοὶ
 τοὺς Φασιανούς, οὓς τρέφει Λεωγόρας·
 Στ. ἴθ', ἀντιβολῶ σ', ὦ φίλτατ' ἀνδρώπων ἐμοὶ,
 ἐλθῶν διδάσκου.
 Φε. καὶ τί σοι μαθήσομαι ;
 Στ. εἶναι παρ' αὐτοῖς Φασὶν ἄμφω τῶ λόγῳ,
 τὸν κρεῖττον, ὅστις ἐστὶ, καὶ τὸν ἥττονα.

- STREPS. Obtemperabisne aliquantum mihi ?
 PHID. Obtemperabo, ita me Bacchus amet.
 STREPS. Huc ergo converte oculos. Viden' ostiolum hoc et domunculam ?
 PHID. Video : at, quæso, quid est hoc, pater ?
 STREPS. Animarum sapientum hæc est schola. Hic habitant viri, qui sermonibus alios ad credendum inducunt, cælum esse furnum, qui circa nos siet, nos autem esse carbones. Ipsi docent, si quis pecuniam ipsis det, quo pacto quis dicendo vincat et justam et injustam causam.
 PHID. Quinam vero sunt ?
 STREPS. Non callide novi nomen : sunt viri boni, meditationibus dediti.
 PHID. Au ! miseri illi quidem ; novi. Jactatores illos luridos et discalceatos dicis, quorum unus est perditus ille Socrates, itemque Chærephon.
 STREPS. Ah, ah ! tace ; ne stulte loquere. Verum si qua te tangit cura paterni victus, si mihi unus horum, et rem equestrem missam face.
 PHID. Non facerem, ita me Bacchus amet, etiamsi dares mihi Phasianos illos, quos alit Leogoras.
 STREPS. Eja obsecro, hominum mihi carissime, abi et te doceri sine.
 PHID. Et quid tibi discam ?
 STREPS. Aiunt apud eos esse geminos hos sermones : meliorem nempe, quisquis ille sit, et pejorem : istorum sermonum

alterum, pejorem inquam, aiunt vincere, etiamsi injustissima dicat. Si itaque disceres mihi injustum illum sermonem, quæcunque nunc propter te debeo, istorum nihil quicquam, ne obolum quidem, cuipiam solverem.

PHID. Haud sane tibi obtemperabo: non enim sustinerem adspicere equites, si mihi color vultus corruptus esset.

STREPS. Non itaque amplius, ita mihi Ceres propitia sit, de meis comedes, neque ipsus, neque jugalis equus, neque samphora; sed exigam te domo in malam rem.

PHID. Sed me sine equis esse non patietur avunculus meus Megacles. At domum ingrediar; te vero negligam.

STREPS. Sed non ego tamen, postquam cecidi, jacebo. Verum, invocatis diis, in scholam ibo, et memet ipse docendum dabo. Quomodo ergo, quum senex sim, et obliviosus, et tardus, sermonum exquisitorum subtilitates addiscam? Eundem est. Quid multum cunctor, et non potius ostium pulto? Puer, heus puer!

DISC. Facesse hinc in malam rem. Quis est qui pultavit fores?

STREPS. Phidonis filius Strepsiades Cicynnensis.

DISC. Rusticus utique es, qui inconsiderate januam tam improbe calcitrasti, et cogitationem, quam animo conceperam, mihi excussisti.

STREPS. Ignosce mihi; procul enim hinc habito ruri. Sed dic mihi, quodnam erat illud, quod tibi ex animo excussi?

DISC. Sed fas non est hæc cuiquam dicere, nisi discipulis.

STREPS. Mihi ergo audacter dicito: ipse enim venio in scholam discipulus.

τούτοις τὸν ἕτερον τοῖν λόγῳ, τὸν ἡττονα.
νικᾶν λέγοντα φασὶ τὰδικώτερα.

ἦν οὖν μάθης μοι τὸν ἄδικον τοῦτον λόγον,
ἀ νῦν ὀφείλω διὰ σέ, τούτων τῶν χρεῶν
οὐκ ἂν ἀποδοίην οὐδ' ἂν ὀβολὸν οὐδενί.

Φε. οὐκ ἂν πιδοίμην. οὐ γὰρ ἂν τλαιῖν ἰδεῖν
τοὺς ἰππέας, τὸ χράμα διακεκναισμένος.

Στ. οὐκ ἄρα, μὰ τὴν Δήμητρα, τῶν γ' ἐμῶν ἔδει,
οὔτ' αὐτὸς, οὔθ' ὁ ζύγιος, οὔθ' ὁ σαμφόρας·
ἀλλ' ἐξελῶ σ' ἐς κόρακας ἐκ τῆς οἰκίας.

Φε. ἀλλ' οὐ περιόψεται μ' ὁ θεῖος Μεγακλῆς
ἀνιππον. ἀλλ' εἴσειμι, σοῦ δ' οὐ φροντιῶ.

Στ. ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ μέντοι πεσῶν γε κείσομαι·
ἀλλ' εὐξάμενος τοῖσιν θεοῖς, διδάξομαι
αὐτὸς, βαδίζων εἰς τὸ φροντιστήριον.
πῶς οὖν γέρον ἂν, καπιλήσμων, καὶ βραδύς,
λόγων ἀκριβῶν σχινδαλάμους μαθήσομαι;
ἰτητέον. τί ταῦτ' ἔχων στραγγεύομαι,
ἀλλ' οὐχὶ κόπτω τὴν θύραν; παῖ, παιδίον.

Μα. βάλλ' ἐς κόρακας. τίς ἔσθ' ὁ κόψας τὴν θύραν;

Στ. Φεῖδωνος υἱὸς Στρεψιάδης Κικυννόθεν.

Μα. ἀμαθῆς γε, νῆ Δί', ὅστις οὕτως σφύδρα
ἀπεριμερίμνωσ τὴν θύραν λελάκτικας,
καὶ φροντίδ' ἐξήμβλωκας ἐξευρημένην.

Στ. ξύγγνωθί μοι· τηλοῦ γὰρ οἰκῶ τῶν ἀγεῶν.
ἀλλ' ἐπέ μοι τὸ πρᾶγμα τοῦξημβλωμένου.

Μα. ἀλλ' οὐ θέμις πλὴν τοῖς μαθηταῖσιν λέγειν.

Στ. λέγε νυν ἐμοὶ θάρρων. ἐγὼ γὰρ οὔτοσι

- ἤκα μαθητῆς εἰς τὸ φροντιστήριον.
Μα. λέξω. νόμισαι δέ σε ταῦτα χρῆ μυστήρια.
 ἀνήρετ' ἄρτι Χαιρεφῶντα Σωκράτης
 ψύλλαν, ὑπόσους ἄλλοιτο τοὺς αὐτῆς πόδας.
 δακοῦσα γὰρ τοῦ Χαιρεφῶντος τὴν ὀφρῦν,
 ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ Σωκράτους ἀφήλατο.
Στ. πῶς δῆτα τοῦτ' ἐμέτρησε;
Μα. δεξιότατα.
 κηρὸν διατήξας, εἶτα τὴν ψύλλαν λαβὼν
 ἐνέβαψεν εἰς τὸν κηρὸν αὐτῆς τῶ ἐπὶ δεξιᾷ
 κατὰ ψυγείσῃ περιέφυσαν Περσικαί.
 ταύτας ὑπολύσας, ἀνεμέτρει τὸ χωρίον.
Στ. ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν.
Μα. τί δῆτ' ἄν, ἕτερον εἰ πῦθοιο Σωκράτους
 φρόντισμα;
Στ. ποῖον; ἀντιβολῶ, κάτειπέ μοι.
Μα. ἀνήρετ' αὐτὸν Χαιρεφῶν ὁ Σφήττιος,
 ὑπότερα τὴν γνώμην ἔχει, τὰς ἐμπίδας
 κατὰ τὸ στόμ' ἄδειν, ἢ κατὰ τοῦ ῥόπουγιον.
Στ. τί δῆτ' ἐκεῖνος εἶπε περὶ τῆς ἐμπίδος;
Μα. ἔφασκεν εἶναι τοῦντερον τῆς ἐμπίδος
 στενόν· διαλέπτου δ' ὄντος αὐτοῦ, τὴν πνοὴν
 βίᾳ βαδίζειν εὐθὺ τὸ ῥόπουγιον·
 ἔπειτα κοῖλον πρὸς στενῶ προσκείμενον
 τὸν πρῶτον ἢ χεῖν ὑπὸ βιάς τοῦ πνεύματος.
Στ. σάλπιγξ ὁ πρῶτος ἐστὶν ἄρα τῶν ἐμπίδων.
 ὦ τρισμακάριος τοῦ διεντερύματος.
 ἢ ῥαδίως φεύγων ἂν ἀποφύγοι οἴκημ,

DISC. Dicam : sed credere debes mysteria hæc esse. Modo interrogabat Chærephontem Socrates, pulex quot suos ipse saltaret pedes : quum enim momordisset Chærephontis supercilium, in caput Socratis inde saltavit.

STREPS. Quomodo, quæso, istud metitus est ?

DISC. Scite admodum. Cera liquefacta, deinde pulice prehensio, immersit pedes ejus in ceram : post, refrigerato pulice adhæserunt calcei Persici, quos ille detraxit, iisque spatium dimetitus est.

STREPS. O supreme Jupiter, quanta subtilitas mentis !

DISC. Quid vero, si aliud Socratis audias inventum ?

STREPS. Quale ? obsecro, enarra mihi.

DISC. Interrogabat ipsum Chærephon Sphettius, utrum putaret culices ore canere, an vero podice.

STREPS. Quid, quæso, nam dicebat ille de culice ?

DISC. Intestinum culicis dicebat esse angustum : per illud autem tenue flatum vi pergere versus podicem : deinde angusto intestino adjacentem cavum podicem flatu violentia sonare.

STREPS. Tuba itaque est podex culicum. O ter beatus ob perspectam intestini naturam ! Facile hercle reus absolvetur, qui tam bene norit intestinum culicis.

DISC. Nuper vero sublimis cogitatio abrepta ei fuit a stellione.

STREPS. Quomodo? dic mihi.

DISC. Dum noctu investigabat ille Lunæ vias et conversiones, sursumque spectabat ore hiante, de tecto concacavit eum stellio.

STREPS. O lepidum stellionem, qui Socratem concacavit!

DISC. Heri autem vesperi cæna nobis non erat.

STREPS. Hem! quid itaque inveniendo cibo excogitavit?

DISC. Inperso in mensam tenui pulvere, veruculum incurvavit, deinde circino sumto, vestem e palæstra surripuit.

STREPS. Quid ergo Thalem illum miramur? Aperi, aperi propere scholam, et mihi quamprimum ostende Socratem: gestio enim discipulus fieri: sed aperi ostium. O Hercules! unde ego has bestias esse dicam gentium?

DISC. Quid mirare? cui videntur esse similes?

STREPS. Lacedæmoniis illis, qui e Pylo captivi adducti sunt. Sed quid terram intuentur isti?

DISC. Querunt subterranea.

STREPS. Bulbos ergo quærunt. Ne jam istuc amplius curate: ego enim scio ubi sint magni et pulchri. Quid vero isti faciunt, qui tam cernuos se inflectunt?

DISC. Perscrutantur ima Erebi et Tartari.

STREPS. Quid ergo podex in cælum spectat?

ὅστις δίοιδε τοῦντερον τῆς ἐμπίδος.

Μα. πρῶν δέ γε γνώμην μεγάλην ἀφῆρέθη ὑπ' ἀσκαλαβώτου.

Στ. τίνα τρόπον; κάτειπέ μοι.

Μα. ζητοῦντος αὐτοῦ τῆς σελήνης τὰς ὁδοὺς, καὶ τὰς περιφορὰς, εἴτ' ἄνω κεχρηνότος, ἀπὸ τῆς ὀροφῆς νύκταρ γαλεώτης κατέχεσεν.

Στ. ἦσθην γαλεώτη καταχέσαντι Σωκράτους.

Μα. ἐχθρὸς δέ γ' ἡμῖν δείπνον οὐκ ἦν ἐσπέρας.

Στ. εἶεν. τί οὖν πρὸς τάλφιτ' ἐπαλαμήσατο;

Μα. κατὰ τῆς τραπέζης καταπάσας λεπτήν τέφραν, κάμψας ὀβελίσκον, εἶτα διαβήτην λαβῶν, ἐκ τῆς παλαιστῆρας θοιμάτιον ὑφείλετο.

Στ. τί δῆτ' ἐκείνον τὸν Θαλῆν θαυμάζομεν; ἄνοιγ', ἄνοιγ' ἀνύσας, τὸ φροντιστήριον, καὶ δεῖξον ὡς τάχιστα μοι τὸν Σωκράτη. μαθητιῶ γάρ. ἀλλ' ἀνοιγε τὴν θύραν.

ὦ Ἡράκλεις. ταυτὶ ποδαπὰ τὰ θηρία;

Μα. τί ἐθαύμασας; τῷ σοι δοκοῦσιν εἰκέναι;

Στ. τοῖς ἐκ Πύλου ληφθεῖσι τοῖς Λακωνικοῖς.

ἀτὰρ τί ποτ' ἐς τὴν γῆν βλέπουσιν οὗτοί;

Μα. ζητοῦσιν οὗτοι τὰ κατὰ γῆς.

Στ. βολβούς ἄρα

ζητοῦσι. μὴ οὖν τοῦτ' ἔτι φροντίζετε.

ἐγὼ γὰρ οἶδ', ἴν' εἰσὶ μεγάλοι καὶ καλοί.

τί δ' ἄρ' οἶδε δρῶσιν, οἱ σφόδρ' ἐγκεκυφότες;

Μα. οὗτοί γ' ἐρεβοδιφῶσιν ὑπὸ τὸν Τάρταρον.

Στ. τί δῆθ' ὁ πρῶτος ἐς τὸν οὐρανὸν βλέπει;

- Μα. αὐτὸς καθ' αὐτὸν ἀστρονομεῖν διδάσκεται.
ἀλλ' εἴσιθ', ἵνα μὴ κείνος ἡμῖν ἐπιτύχη.
- Στ. μήπω γε, μήπω γ'. ἀλλ' ἐπιμεινάντων, ἵνα
αὐτοῖσι κοινώσω τι πραγματίον ἐμόν.
- Μα. ἀλλ' οὐχ οἶόν τ' αὐτοῖσι πρὸς τὸν ἀέρα
ἕξω διατρεῖβειν πολὺν ἄγαν ἐστὶν χρόνον.
- Στ. πρὸς τῶν θεῶν, τί γὰρ τὰδ' ἐστίν; εἴπ' ἐμοί.
- Μα. Ἀστρονομία μὲν αὐτῆ.
- Στ. τουτὶ δὲ, τί;
- Μα. Γεωμετρία.
- Στ. τοῦτ' οὖν τί ἐστι χρήσιμον;
- Μα. γῆν ἀναμετρεῖσθαι.
- Στ. πότερα τὴν κληρουχικὴν;
- Μα. οὐκ· ἀλλὰ τὴν ξύμπασαν.
- Στ. ἀστεῖον λέγεις.
τὸ γὰρ σόφισμα δημοτικὸν καὶ χρήσιμον.
- Μα. αὕτη δέ σοι γῆς περίοδος πάσης. ὄρᾳ;
αἶδε μὲν Ἀθῆναι.
- Στ. τί σὺ λέγεις; οὐ πείθομαι·
ἐπεὶ δικαστὰς οὐχ ὄρᾳ καθημένους.
- Μα. ὡς τοῦτ' ἀληθῶς Ἀττικὸν τὸ χωρίον.
- Στ. καὶ ποῦ Κικυννής εἰσὶν οἱ μοὶ δημόται;
- Μα. ἐνταῦθ' ἐνεισὶν· ἢ δέ γ' Εὐβοί', ὡς ὄρᾳς,
ἠδὲ, παρατέταται μακρὰ πῶρρον πᾶν.
- Στ. οἶδ'· ὑπὸ γὰρ ἡμῶν παρετάθη καὶ Περικλέους.
ἀλλ' ἢ Λακεδαιμῶν ποῦ ἔστιν;
- Μα. ὅπου ἔστιν; αὐτῆ.
- Στ. ὡς ἐγγὺς ἡμῶν. τοῦτο μέγα φροντίζετε,

DISC. Seorsum ille astronomiam discit. Sed ingredimini, ne ipsus in nos forte incidat.

STREPS. Nondum etiam, nondum: sed maneant, ut cum ipsis communicem pauxillum quid rerum mearum.

DISC. Sed non possunt sub dio foris commorari nimis longo tempore.

STREPS. Per deos obsecro, quid hæc sunt? dic mihi.

DISC. Hæc quidem astronomia est.

STREPS. Hoc vero, quid?

DISC. Geometria.

STREPS. Hoc ergo quam ad rem usui est?

DISC. Ad dimetiendam terram.

STREPS. Illamne, quæ sorte distributa fuerit?

DISC. Non; verum universam.

STREPS. Facete dicis: est enim hoc inventum popolare et utile.

DISC. Hæc autem est terræ descriptio universæ. Viden'?

STREPS. Quid dicis? minime credo. Quippe iudices sedere non video.

DISC. Atqui hoc est revera solum Atticum.

STREPS. Et ubi sunt Cicynnenses, populares mei?

DISC. Hic insunt. Eubœa autem, ut vides, hæcce, in longitudinem oppido protensa.

STREPS. Scio: nam a vobis protensa est et a Pericle. Sed Lacedæmon ubi est?

DISC. Ubi sit? hæc est.

STREPS. Quam prope a nobis! sed opere studete maximo, ut eam a nobis abducatis quam longissime.

DISC. Sed mehercle fieri non potest.

STREPS. Vapulabitis igitur. Age, quis vero est vir iste in carnario?

DISC. Ipsus.

STREPS. Quis ipsus?

DISC. Socrates.

STREPS. O Socrates! I tu, voca mihi eum magna voce.

DISC. Tute ipse sane voca: nam mihi otium non est.

STREPS. O Socrates, ô Socratisce.

Soc. Quid me vocas, mortalis?

STREPS. Primum quidem, quid facias, obsecro, dic mihi.

Soc. Per aërem incedo et Solem contemplor.

STREPS. Itane a crate deos despicias, non vero a terra? si quidem—

Soc. Neutiquam enim possem recte indagare res coelestes, nisi suspenso animo, et permista meditatione cum aëre sibi consimili. Si vero humi stans superna ab inferiore loco spectarem, nunquam possem illa indagare. Enimvero terra vi quadam trahit ad se humorem meditationis. Idem autem contingit nasturtio.

STREPS. Quid ais? Meditatio trahit humorem in nasturtium? Age vero, mi Socratisce, huc ad me descende, ut me illa doceas, quorum gratia veni.

ταύτην ἀφ' ἡμῶν ἀπαγαγεῖν πῶρρον πᾶν.

Μα. ἀλλ' οὐχ οἶόν τε, νῆ Δί.

Στ. οἰμάξεσθ' ἄρα.

Φέρε, τίς γὰρ οὗτος οὐπὶ τῆς κρεμάσθρας ἀνὴρ;
αὐτός.

Μα. τίς αὐτός;

Μα. Σωκράτης.

Στ. ὦ Σώκρατες.

ἴθ' οὗτος, ἀναβόησον αὐτόν μοι μέγα.

Μα. αὐτὸς μὲν οὖν σὺ κάλεσον. οὐ γὰρ μοι σχολή.

Στ. ὦ Σώκρατες,

ὦ Σωκρατίδιον.

Σω. τί με καλεῖς, ὦ Φήμερε;

Στ. πρῶτον μὲν ὅ τι δεῖς, ἀντιβολῶ, κάτειπέ μοι.

Σω. ἀεροβατῶ, καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον.

Στ. ἔπειτ' ἀπὸ ταρῤῥοῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς,

ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς; εἴπερ---

Σω. οὐ γὰρ ἂν ποτε

ἐξεῦρον ἄρθῶς τὰ μετέωρα πράγματα,

εἰ μὴ κρεμάσας τὸ νόημα, καὶ τὴν φροντίδα

λεπτὴν καταμίξας ἐς τὸν ὅμοιον ἀέρα·

εἰ δ' ὦν χαμαὶ τᾶνω κάτωθεν ἐσκόπουν,

οὐκ ἂν ποθ' εὔρον. οὐ γὰρ ἀλλ' ἡ γῆ βία

ἔλκει πρὸς αὐτὴν τὴν ἰκμάδα τῆς φροντίδος.

πάσχει δὲ ταυτὸ τοῦτο καὶ τὰ κάρδαμα.

Στ. τί Φῆς;

ἡ φροντίς ἔλκει τὴν ἰκμάδ' εἰς τὰ κάρδαμα;

ἴθι νῦν, κατάρθῃθ', ὦ Σωκρατίδιον, ὡς ἐμὲ,

- ἵνα μ' ἐκδιδάξης, ὥνπερ οὐνεκ' ἐλήλυθα.
 Σω. ἦλλες δὲ κατὰ τί;
 Στ. βουλούμενος μαθεῖν λέγειν.
 ὑπὸ γὰρ τόκων, χρήσταν τε δυσκολωτάτων,
 ἄγομαι, φέρομαι, τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι.
 Σω. πόθεν δ' ὑπόχρεως σαυτὸν ἔλαδες γενόμενος;
 Στ. νόσος μ' ἐπέτριψεν ἵππικῇ, θεινῇ φαγεῖν.
 ἀλλὰ με δίδαξον τὸν ἕτερον τοῖν σοῖν λόγοιιν,
 τὸν μηδὲν ἀποδιδόντα. μισθὸν δ', ὃν τιν' ἂν
 πρᾶττη μ', ὁμοῦμαι, σοι καταθήσειν, τοὺς θεούς.
 Σω. ποίους θεούς ἡμεῖ σὺ; πρῶτον γὰρ θεοὶ
 ἡμῖν νόμισμ' οὐκ ἔστι.
 Στ. τῶ δ' ἄρ' ὄμνυτ'; ἢ
 σιδαρέοισιν, ὥσπερ ἐν Βυζαντίῳ;
 Σω. βούλει τὰ θεῖα πράγματ' εἰδέναι σαφῶς,
 ἅττ' ἐστὶν ὀρθῶς;
 Στ. νῆ Δί', εἴπερ ἐστί γε.
 Σω. καὶ ξυγγενέσθαι ταῖς Νεφέλαισιν ἐς λόγους,
 ταῖς ἡμετέροισι δαίμοσιν;
 Στ. μάλιστα γε.
 Σω. κάθιζε τοῖνον ἐπὶ τὸν ἱερὸν σκίμποδα.
 Στ. ἰδοὺ κάθημαι.
 Σω. τοῦτον τοῖνον λαβέ
 τὸν στέφανον.
 Στ. ἐπὶ τί στέφανον; οἴμοι, Σώκρατες,
 ὥσπερ με τὸν Ἀθάμανθ' ὅπως μὴ θύσετε.
 Σω. οὐκ' ἀλλὰ πάντα ταῦτα τοὺς τελουμένους
 ἡμεῖς ποιούμεν.

- Soc. Quam autem ob rem venisti?
 STREPS. Cupiens addiscere artem dicendi; nam ab usuris, creditoribusque difficillimis agor, feror, bona mea pig nori capta diripiuntur.
 Soc. Quomodo vero non animadvertisti ære te alieno obrui?
 STREPS. Perdidit me morbus equestris terribilis voracitatis. Sed doce me alterum tuorum sermonum, illum, inquam, qui nihil reddit. Mercedem vero, quamcunque petieris, præsentaria pecunia me tibi soluturum per deos jurabo.
 Soc. Per quosnam deos jurabis tu? primum enim dii nobis non sunt in usu.
 STREPS. Per quid ergo juratis? an per ferreos nummos, ut in Byzantio?
 Soc. Vin' res divinas cognoscere clare et recte, quænam sint?
 STREPS. Volo hercle, si modo ullæ sunt.
 Soc. Et venire in colloquium cum Nubibus, nostris deabus?
 STREPS. Maxime.
 Soc. Sede itaque in sacro grabbato.
 STREPS. En, sedeo.
 Soc. Porro coronam hanc cape.
 STREPS. Quorsum coronam? Eheu, Socrates, cave sis, ne me, sicut Athamantem sacrificetis.
 Soc. Non fiet: verum qui initiantur, omnia ista nos iis facimus.

STREPS. Quid, quæso, inde lucri: capiam?

Soc. In dicendo fies tritus, crepitaculum, pollen: sed quiesce.

STREPS. Pol me non falles: nam si ad hunc modum conspergar, pollen fiam.

Soc. Lingua favere oportet senem, precibusque aures adhibere. O rex, immense Aër, qui terram sublimem tenes, lucideque Æther, venerabilesque divæ, Nubes, quæ tonitrua et fulmina volvitis, surgite et apparete, ô dominæ, philosopho sublimes.

STREPS. Nondum etiam, nondum, priusquam duplicata lacinia caput obtexero, ne compluar. Mene vero infelicem domo egressum fuisse sine galero!

Soc. Adeste igitur, ô venerandæ Nubes, ut vosmet huic ostendatis, sive in Olympi vertice sacro nivali sedetis; sive Oceani patris in hortis sacram choream instituitis cum Nymphis; sive forte in Nili fluentis aquam aureis gutturniis hauritis; me Mœoticam obtinetis paludem, sive Mimantis nivosam rupem, exaudite, et accipite hoc sacrificium, sacris his gavisæ.

CHOR. Perennes Nubes, tollamur manifestæ, roscida natura agiles, patre ab Oceano graviter fremente ad celsorum montium vertices arboribus comantes, unde conspicuas longe lateque speculas despectamus, sacramque terram fructuum parentem, et

Στ. εἶτα δὴ τί κερδανῶ;

Σω. λέγειν γενήσῃ τριμμα, κρόταλον, παιπάλῃ.
ἀλλ' ἔχ' ἀτρέμας.

Στ. μὰ τὸν Δι' οὐ ψεύσει γ' ἐμέ.
καταπαττόμενος γὰρ παιπάλῃ γενήσομαι.
Σωκράτης.

εὐφημεῖν χρὴ τὸν πρῆσβύτην, καὶ τῆς εὐχῆς ὑπακοῦειν.
ὦ δέσποτ' ἀναξ, ἀμέτρητ' Ἀἴθρ, ὅς ἔχεις τὴν γῆν μετέωρον,
λαμπρὸς τ' Αἰθῆρ, σεμναί τε θεαὶ Νεφέλαι βρούησι κέραυνοι,
ἄρδῃτε, φάνητ', ὦ δέσποιναι, τῷ φροντιστῇ μετέωροι.

Στρεψιάδης.

μήπω, μήπω γε, πρὶν ἂν τετὶ πτύξωμαι, μὴ καταβρεχθῶ.
τὸ δὲ μὴ κυνέην οἴκοθεν ἔλθεῖν ἐμὲ τὸν κακοδαίμον' ἔχοντα.

Σωκράτης.

ἔλθετε δῆτ', ὦ πολυτίμητοι Νεφέλαι, τῷδ' εἰς ἐπίδειξιν,
εἴτ' ἐπ' Ὀλύμπου κορυφαῖς ἱεραῖς χιονοβλήτοισι κάθησθε,
εἴτ' Ὀκεανὸς πατρὸς ἐν κήποις ἱερὸν χορὸν ἴστατε Νύμφαις,
εἴτ' ἄρα Νείλου προχοαῖς ὑδάτων χρυσέης ἀρῦεσθε πρόχρυσιν,
ἢ Μαιῶτιν λίμνην ἔχετ', ἢ σκόπελον νιφόνετα Μίμαντος·
ἐπακούσατε δεξάμεναι θυσίαν, καὶ τοῖς ἱεροῖσι χαρεῖσαι.

Χο. ἀέναι Νεφέλαι

ἄρδῶμεν φανεραὶ,

δροσερὰν φύσιν εὐάγητοι,

πατρὸς ἀπ' Ὀκεανοῦ βαρυαχέος

ὑψηλῶν ὀρέων κορυφὰς ἐπὶ

δενδροκόμους, ἵνα

τηλεφανεῖς σκοπιὰς ἀφορώμεθα,

καρπούς τ' ἀλδομένην ἱερὰν χθόνα,

καὶ ποταμῶν ζαθέων κελαδήματα,
καὶ πόντον κελάδοντα βαρύδρομον.

ὄμμα γὰρ αἰθέρος ἀ-
κάματον σελαγεῖται

μαρμαρέαισιν αὐγαῖς.

ἀλλ' ἀποσεισάμεναι νέφος ὄμβριον,
ἀθανάταις ἰδέαις ἐπιδώμεθα

τηλεσκόπῳ ὄμματι γαῖαν.

Σακράτης.

ὦ μέγα σεμναὶ Νεφέλαι, φανερώς ἠκούσαί με καλέσαίλος.
ἦσθου φωνῆς ἄμα καὶ βροντῆς μυκησαμένης θεοσέπτου ;

Στρεψιάδης.

καὶ σέβομαί γ' ὦ πολυτίμητοι, καὶ βούλομαι ἀνταποπαρδεῖν
πρὸς τὰς βροντάς· οὕτως αὐτὰς τετρεμαίνα καὶ πεφόδημαι.
καὶ θέμις ἐστίν, νυνὶ γ' ἤδη, καὶ μὴ θέμις ἐστὶ, χεσεῖω.

Σακράτης.

οὐ μὴ σκώψεις, μηδὲ ποιήσεις, ἅπερ οἱ τρυγοδαίμονες οὔτοι·
ἀλλ' εὐφήμει· μέγα γὰρ τι θεῶν κινεῖται σμήνος αἰδαῖς.

Χο.

παρθένοι ὄμβροφόροι,

ἔλθωμεν λιπαρὰν

χθόνα Παλλάδος, εὐάνδρον γὰν

Κέκροπος ὀψόμεναι πολυήρατον,

οὐ σέβας ἀρρήτων ἱερῶν, ἵνα

μυστοδόκος δόμος

ἐν τελεταῖς ἀγίαις ἀναδείκνυται,

οὐρανόις τε θεοῖς δωρήματα,

ναοὶ δ' ὑπερεφεῖς, καὶ ἀγάλματα,

καὶ πρῶσοδοὶ μακάρων ἱερώταται,

divinorum fluviorum sonitus, et pontum sonantem gravi mur-
mure : nam infatigabilis oculus Ætheris coruscat lucido jubare.

Sed decussa caligine imbrifera, immortalē revelantes speciem,
terram spectemus longe prospiciente oculo.

Soc. O maxime venerabiles Nubes, manifesto audistis me
vocantem. Sensistine vocem, simulque mugitum tonitrus di-
vini ?

STREPS. Vos equidem veneror, ô sanctæ Nubes, vestrisque
volo tonitribus oppedere ; adco iis auditis contremisco et ti-
more percussus sum : et, sive fas est, sive non est fas, jam volo
cacare.

Soc. Ne illudas, neu facias, quod perditī isti comici ; sed
ore fave : magnum enim dearum examen incipit moveri cum
cantu.

CHOR. Virgines imbriferæ eamus, ut pingue solum Palladis,
fortium virorum feracem terram Cecropis videamus amabilem,
ubi cultus arcanorum sacrorum, ubi mysticā domus inter sacras
initiationes ostenditur, diisque cœlestibus munera, templaque
summis educta tectis, et simulacra, et supplicationes beatorum

sanctissimæ, coronisque ornata deorum sacrificia, epulæque omni tempore anni: vere autem adventante Bromia festivitas, et suaviter resonantium Chorum incitamenta, et tibiaram gravis cantus.

STREPS. Per Jovem te obsecro, dic mihi, ó Socrates, quænam sunt illæ, quæ vocem istam emiserunt majestate plenam. Num Heroinæ aliquæ sunt?

Soc. Minime: verum cœlestes Nubes, magna numina hominibus otiosis, quæ sententias, et dicendi peritiam, et mentem nobis suggerunt, et præstigias, et loquacitatem et fallaciam et perceptionem.

STREPS. Idcirco igitur audita earum voce, volitat anima mea, jamque de rebus subtilibus disputare gestit, et de fumo garrere, et sentioliola sentioliolam pungendo alteri orationi contradicere; adeo ut cupiam, si quo pacto liceat, eas aperte videre.

Soc. Specta igitur huc ad Parnethem: jam enim eas cerno sensim et placide descendentes.

STREPS. Age, ubi? ostende.

Soc. En, procedunt magno numero, per loca cava et densa seipsas obliquas inferentes.

STREPS. Quid hoc rei, quod eas non video?

εὐστέφανοί τε θεῶν
 θυσαίαι, θαλίαι τε,
 παντοδαπαῖς ἐν ὤραις·
 ἦρί τ' ἐπερχομένῳ Βρομία χάρις,
 εὐκελάδων τε χορῶν ἐρεθίσματα,
 καὶ Μοῦσα βαρῦβρομος αὐλῶν.

Στρεψιάδης.

[ται,

πρὸς τῷ Διὸς ἀνιβολῶ σε, φράσον, τίνες εἶσ', ὧ Σακράτες, αὐ-
 αὶ φθεγξάμεναι τῷ το σερμόν; μῶν Ἡρώναί τινές εἰσιν;

Σακράτης.

ἦκίς', ἀλλ' ἐράναι Νεφέλαι, μεγάλαι θεαὶ ἀνδράσιν ἀρλοῖς,
 αἴπερ γνώμην, καὶ διάλεξιν, καὶ νοῦν ἡμῖν παρεχουσι,
 καὶ τερατεῖαν, καὶ περιλέξιν, καὶ κρῆσιν, καὶ κατάληψιν.

Στρεψιάδης.

ταῦτ' ἄρ' ἀκούσασ' αὐτῶν τὸ φθέγμα ἢ ψυχῆ μου πεπότηται,
 καὶ λεπτολογεῖν ἤδη ζητεῖ, καὶ περὶ καπνοῦ στενολεσχεῖν,
 καὶ γνωμιδίῳ γνώμην νύξασ' ἐτέρῳ λόγῳ ἀντιλογῆσαι
 ὡστ', εἴ πως ἐστίν, ἰδεῖν αὐτὰς ἤδη φανερώς ἐπιδυμῶ.

Σακράτης.

βλέπε νυν δευρὶ πρὸς τὴν Πάρνηθ'. ἤδη γὰρ ὄρω κατιούσας
 ἤσυχα ταύτας.

Στρεψιάδης.

φέρε, ποῦ; δεῖξον.

Σακράτης.

χωροῦσ' αὐταὶ πάνυ πολλὰ

διὰ τῶν κοίλων καὶ τῶν δασέων αὐταὶ πλάγαι.

Στρεψιάδης.

τί τὸ χρεῖμα,

ὡς οὐ καθορῶ;

Σωκράτης.

παρὰ τὴν ἔσοδον.

Στρεψιάδης.

διαθρῶ νυνὶ μόλις ἤδη.

Σωκράτης.

νῦν γέ τοι ἤδη καθορᾶς αὐτάς, εἰ μὴ λημᾶς κολοκύνταις.

Στρεψιάδης.

νῆ Δί, ἔγωγ' ᾧ πολυλίμητοι. πάντα γὰρ ἤδη κατέχουσι.

Σωκράτης.

ταύτας μέντοι σὺ θεᾶς οὔσας οὐκ ἤδης, οὐδ' ἐνόμιζες.

Στρεψιάδης. [εἶναι.

μὰ Δί, ἀλλ' ὁμίχλην καὶ δρόσον αὐτάς ἠγούμην καὶ καπνὸν

Σωκράτης.

ἔ γὰρ, μὰ Δί, οἷσθ' ὅτι πλείσθς αὐταὶ βόσκεισι σοφιστὰς,
θουριομάνταις, ἰατροτέχνας, σφραγιδονυχαστοκομήτας,
κυκλίων τε χορῶν ἀσμαλοκόμπιας, ἀνδρας μελεωροφένακας·
οὐδὲν δεῶντας βόσκουσ' ἀργούς, ὅτι ταύτας μουσοποιούσι.

Στρεψιάδης.

ταῦτ' ἄρ' ἐποίησεν ὕγραν Νεφελᾶν ζεεπταίγλαν δάϊον ὄρμᾶν,
πλοκάμους θ' ἐκαλοῖ κεφάλᾳ Τυφῶ, πρημαινέσας τε θυέλλας
εἴτ' ἀερίους, διεροῦς, γαμψοὺς οἰωνοὺς, ἀερονηχεῖς
ὄμβροθς θ' ὑδάτων δροσερᾶν Νεφελᾶν. εἴτ' ἀν' αἰθῶν καλέπινον
κεσερᾶν τεμάχη μεγάλαν, ἀγαθᾶν, κρέαλ' ὀρνίθια κιχηλᾶν.

Σωκράτης.

διὰ μέντοι τάσδ' οὐχὶ δικαίως.

Στρεψιάδης.

λέξον δή μοι, τί παθοῦσαι,

Soc. Juxta aditum.

STREPS. Jam demum vix eas dispicio.

Soc. Nunc tamen vides ipsas, nisi gramias in oculis habes
instar cucurbitæ.

STREPS. Hercle equidem. O venerandæ! locum jam omnem tenent.

Soc. Has tamen tu deas esse nesciebas, nec eas pro numinibus habebas.

STREPS. Non hercle: verum nebulam et rorem et fumum esse esse existimabam.

Soc. Non enim edepol scis, ut multos istæ alant sophistas, vates Thurinos, medicos, prodigos, poëtas dithyrambicis choris qui flectunt modos, hominesque qui de rebus ætheriis disserentes audientibus fucum faciunt; hos, inquam, omnes alunt otiosos et nihil agentes, quoniam ipsas laudibus celebrant.

STREPS. Propterea igitur versibus suis crepare solent *humidarum Nubium lucem avertentium celerem impetum, cirrosque centicipitis Typhonis, furentesque procellas, item aërias, udas, aduncis unguibus alites, in aëre natantes, imbresque aquarum rorantium Nubium*: deinde pro his versibus deglutiunt *mugilum magnorum et bonorum frustra carnes avium turdorum*.

Soc. Propter has tamen immerito.

STREPS. Dic mihi, quæso, undenam eis accidit, si revera

Nubes sunt, ut similes sint factæ mulieribus? non enim illæ ales sunt.

Soc. Age, quales ergo sunt?

STREPS. Non satis callide scio: saltem similes videntur lanis expansis; non hercle mulieribus, ne tantillum quidem. Istæ vero nares habent.

Soc. Responde nunc mihi quod te interrogabo.

STREPS. Dic ergo cito quidquid vis.

Soc. Vidistin' aliquando, sursum spectans, nubem Centauro similem, aut pardo, aut lupo, aut tauro?

STREPS. Ego hercle vero: sed quid tum?

Soc. Nempe fiunt quidquid lubitum est. Namque si comantem quempiam conspiciant pædiconem ex hirsutis illis, qualis est Xenophantis filius, insaniam ejus irridentes, Centauris se assimilant.

STREPS. Quid ergo? si depeculatorem ærarii Simonem videant, quid faciunt?

Soc. Mores ejus ut arguant, lupi repente fiunt.

STREPS. Hoc igitur ipsum est, quamobrem Cleonymum heri conspicatæ, qui clypeum abjecit, quia timidissimum eum videbant, cervi factæ sunt.

Soc. Et nunc, quod Clisthenem adspexerunt, vident'? eo mulieres factæ sunt.

εἴπερ Νεφέλαι γ' εἰσὶν ἀληθῶς, θνηταῖς εἴξασι γυναιξίν;
οὐ γὰρ ἐκείναι γ' εἰσὶ τοιαῦται.

Σωκράτης.

Φέρε, ποῖαι γὰρ τινές εἰσιν;

Στρεψιάδης.

οὐκ οἶδα σαφῶς· εἴξασι γοῦν ἐρίοισιν πεπταμένοισι,
κοῦχ' ἢ γυναιξίν, μὰ Δί', οὐδ' ὅτιεν. αὐταὶ δὲ ῥίνας ἔχουσιν.

Σωκράτης.

ἀπόκριται νῦν ἄττ' ἂν ἔρωμαι.

Στρεψιάδης.

λέγε νῦν ταχέως ὅ τι βούλει.

Σωκράτης.

ἤδη ποτ' ἀναβλέψας εἶδες νεφέλην Κενταύρω ὁμοίαν,
ἢ παρδάλει, ἢ λύκῳ, ἢ ταύρῳ;

Στρεψιάδης.

νῆ Δί' ἔγωγ'. εἶτα τί τοῦτο;

Σωκράτης.

γίγνεται πάνθ' ὅ τι βέλονται· κατ' ἣν μὲν ἴδωσι κομήτην,
ἄγχιόν τινα τῶν λασίων τούτων, οἷόν περ τὸν Ξενοφάντου,
σκόπτουσαι τὴν μανίαν αὐτοῦ, Κενταύροις ἤκασαν αὐτάς.

Στρεψιάδης.

τίδ' ἄρ'; ἣν ἀρπαγατῶν δημοσίων καλῶσι Σίμωνα, τί δρωσιν;

Σωκράτης.

ἀποφαίνουσαι τὴν φύσιν αὐτοῦ, λύκοι ἐξαίφνης ἐγένοντο.

Στρεψιάδης.

ταῦτ' ἄρα, ταῦτα Κλεώνυμον αἴλαι τὸν ῥίψασπιν χθὲς ἰδῆσαι,
ὅτι δειλότατον τοῦτον ἑώρων, ἔλαφοι διὰ τοῦτ' ἐγένοντο.

Σωκράτης.

καὶ νῦν ὅτι Κλεισθένη εἶδον, ὄρεας, διὰ τοῦτ' ἐγένοντο γυναῖκες.

Στρεψιάδης.

χαίρετε τοίνυν, ὧ δέσποιναι· καὶ νῦν, εἴπερ τινὶ κἄλλω,
οὐρανομήκη ῥήξατε κἄμοι φωνήν, ὧ παμβασίλειαι.

Χορός.

χαῖρ', ὧ πρεσβῦτα παλαιογενές, θηρατὰ λόγων φιλομούσων,
σύ τε, λεπτοῦλαιων λήξων ἱερεῦ· φράζε πρὸς ἡμᾶς ὅ τι χροήσεις.
οὐ γὰρ ἂν ἄλλω γ' ὑπακούσαιμεν τῶν νῦν μετεωροσοφιστῶν,
πλὴν ἢ Προδίκω· τῷ μὲν, σοφίας καὶ γνώμης οὐνεκα· σοὶ δὲ,
ὅτι βροθυεῖς! ἐν ταῖσιν ὁδοῖς, καὶ τῷ φθαλμῷ παραβάλλει,
κἄνυπόδητος κακὰ πόλλ' ἀνέχει, κἄφ' ἡμῖν σεμνοπροσωπεῖς.

Στρεψιάδης.

ὦ Γῆ, τοῦ φθέγματος· ὡς ἱερὸν, καὶ σεμνὸν, καὶ τερα-
τῶδες.

Σωκράτης.

αὐται γάρτοι μόναι εἰσὶ θεαί· τἄλλα δὲ πάντ' ἐστὶ φλύαρος.

Στρεψιάδης.

ὁ Ζεὺς δ' ἡμῖν, φέρε, πρὸς τῆς Γῆς, οὐλύμπιος οὐ θεός ἐστι·

Σωκράτης.

ποῖος Ζεὺς; οὐ μὴ λησίσσεις. οὐδ' ἐστὶ Ζεὺς.

Στρεψιάδης.

τί λέγεις σύ;

ἀλλὰ τίς ἕεις; τουτὶ γὰρ ἔμοιγ' ἀπόφηναί περὶ τὸν ἀπάντων.

Σωκράτης.

αὐται δὴ που· μεγάλοις δέ σ' ἐγὼ σημείοις αὐτὸ διδάξω.
φέρε, ποῦ γὰρ πώποτ' ἄνευ Νεφελῶν ὄντ' ἤδη τεθέασαι;
καίτοι χροῖν αἰθρίας ὕειν αὐτὸν, ταύτας δ' ἀποδημεῖν.

Στρεψιάδης.

νῆ τὸν Ἀπόλλω, τοῦτό γέ τοι τῷ νυκτὶ λόγῳ εὖ προσέφυσας.

STREPS. Salvete itaque, ὁ dominæ atque jam, si cui alii
unquam, et mihi, rupto silentio, mittite altisonam vocem, ὁ
præpotentes reginæ.

CHOR. Salve, ὁ senex annose, sapientum investigator ser-
monum; tuque subtilissimarum nugarum sacerdos, dic no-
bis cujus rei indiges. Haud enim facile obtemperemus
sophistarum alii cœlestia scrutantium, excepto Prodico:
huic quidem doctrinæ et ingeni ergo; tibi vero, quia su-
perbus incedis, hac illac oculos versans, et discalceatus
multa mala sustines, nobisque fretus vultum ad gravitatem
componis.

STREPS. O Terra! quæ vox! quam sacra, quam venerabilis,
quam prodigiosa!

SOC. Enimvero istæ solæ sunt Deæ: cetera omnia sunt
nugæ.

STREPS. Sed agedum, per Terram te obtestor, Jupiter Olym-
pius nonne nobis Deus est?

SOC. Quis Jupiter? quæso, ne nugeris: ne quidem est Ju-
piter.

STREPS. Quid ais tu? quis pluit ergo? Istuc enim primum
omnium mihi demonstra.

SOC. Hæ nimirum ipsæ: magnis autem signis hoc te doce-
bo. Age, ubinam tu Jovem sine Nubibus unquam pluere vi-
disti? Atqui oportebat eum cœlo sereno pluere; has autem
peregre abesse.

STREPS. Recte, ita me Apollo amet, istud hoc tuo argumen-
to adstruxi: atqui antehac revera putabam Jovem per cribrum

meiere. Sed quis ille sit, qui tonat, dic; hoc facit me tremere.

Soc. Hæ tonant, quum volvuntur.

STREPS. Quomodo, audacissime?

Soc. Ubi multa aqua opletæ fuerint, et vi ad motum excitatæ, in præceps actæ necessario, plenæ imbris, inde graves in se invicem incidentes, rumpuntur et edunt fragorem.

STREPS. Sed quisnam est, qui impellit eas, ut ferantur? nonne Jupiter?

Soc. Minime: verum ætherius turbo.

STREPS. Turbo? hoc me latuerat, Jovem nimirum non esse, sed pro eo Turbinem nunc regnare. Sed de tonitrus fragore me nondum docuisti.

Soc. Non audivisti me tibi dicere Nubes plenas aqua incidentes in se invicem fragorem edere propter densitatem?

STREPS. Age, qua ratione hoc possim credere?

Soc. A te ipso, ut te docebo. Nunquamne Panathenæis tibi contigit, ut te impleses jure, posteaque tibi turbaretur venter, isque concussus subito strepitum edere cogeretur?

καίτοι πρότερον τὸν Δι' ἀληθῶς ᾤμην διὰ κοσκίνου οὐρεῖν. ἀλλ', ὅστις ὁ βροντῶν ἐστί, φράσον τῷτό με ποιεῖ τέλειμαίειν.

Σωκράτης.

αὐται βροντῶσι κυλινδόμεναι.

Στρεψιάδης.

τῷ τρόπῳ, ᾧ πάντα σὺ τολμῶν;

Σωκράτης.

ὅταν ἐμπλησθῶσ' ὕδατος πολλοῦ, κἀναγκασθῶσι φέρεσθαι, καλακρημνόμεναι πλήρεις ὄμβρου δι' ἀνάγκην, εἴτα βαρεῖται εἰς ἀλλήλας ἐμπίπτουσαι, ῥήγνυνται καὶ παταγοῦσιν.

Στρεψιάδης.

ὁ δ' ἀναγκάζων ἐστί τις αὐτάς, οὐχ ὁ Ζεὺς, ὥστε φέρεσθαι;

Σωκράτης.

ἦμιστ'· ἀλλ' αἰθέριος δῖνος.

Στρεψιάδης.

Δῖνος; τουτί μ' ἐλελήθη,

ὁ Ζεὺς οὐκ ᾶν, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ Δῖνος νομὶ βασιλεύων.

αἴα, οὐδέν πω περὶ τοῦ παλάγου καὶ τῆς βροντῆς μ' ἐδίδαξας.

Σωκράτης.

οὐκ ἤκουσάς μου, τὰς Νεφέλας ὕδατος μεστὰς ὅτι φημί, ἐμπιπτούσας εἰς ἀλλήλας παταγεῖν διὰ τὴν πυκνότητα;

Στρεψιάδης.

φέρε τουτί τῷ χρεὶ πιστεύειν;

Σωκράτης.

ἀπὸ σαυτοῦ γ', ὡς σε διδάξω.

ἤδη ζωμοῦ Παναθηναίοις ἐμπλησθεῖς, εἴτ' ἐταράχθης τὴν γαστέρα, καὶ κλόνος ἐξαίφνης αὐτὴν διεκορορύγησε;

Στρεψιάδης.

νή τὸν Ἀπόλλω, καὶ δεινὰ ποιεῖ γ' εὐθύς μοι, καὶ τείρακλαι,
 χῶσπερ βροντῇ τὸ ζωμίδιον παταγεῖ, καὶ δεινὰ κέκραγεν
 ἄλγεμας πρώτον πάξ, κᾶτα παπάξ ἐπάξει, κᾶπειλα πα-
 παπάξ.

χῶταν χέζω, κομιδῇ βροντῇ παπαπαπάξ, ὥσπερ ἐκεῖναι.

Σωκράτης.

σκέψαι τοῖνον ἀπὸ γαστριδίου τυννουτοῦ οἷα πέπορδας·
 τὸν δ' ἄερα τόνδ', ὄνι' ἀπέραντον, πῶς ἐκ εἰκὸς μέλα βροντῶν;
 ταυτ' ἄρα καὶ τῶ' ὀμάλ' ἀλλήλοιν βροντῇ καὶ πορδῇ ὁμοίω.

Στρεψιάδης.

ἀλλ' ὁ κεραυνὸς πῶθεν ἂν φέρεται, λάμπων πυρί; τοῦτο
 δίδαξον.

καὶ καταφύγει βάλλων ἡμᾶς, τοὺς δὲ ζῶντας περιφλύει.
 τοῦτον γὰρ δὴ φανερωῶς ὁ Ζεὺς ἴησ' ἐπὶ τοὺς ἐπιόρκους.

Σωκράτης.

καὶ πῶς, ὦ μῶρε σὺ, καὶ Κρονίων ὄζων, καὶ βεκκεσέληνε,
 εἴπερ βάλλει τοὺς ἐπιόρκους, πῶς οὐχὶ Σίμων' ἐνέπρησεν,
 εἰδὲ Κλεώνυμον, οὐδὲ Θέωρον; καίτοι σφόδρα γ' εἶσ' ἐπιόρκοι.
 ἀλλὰ τὸν αὐτοῦ γε νεῶν βάλλει, καὶ Σούνιον ἄκρον Ἀθηνῶν,
 καὶ τὰς δρυὺς τὰς μεγάλας· τί παθῶν; εἰ γὰρ δὴ δρυὺς ἐπιόρκεϊ.

Στρεψιάδης.

ἐκ οἷδ'· ἀτὰρ εὐ σὺ λέλειν φαίνει. τί γὰρ ἐσθιν δῆθ' ὁ κεραυνός;

Σωκράτης.

ὅταν εἰς αὐτάς ἄνεμος ξηρὸς μετεωρισθεὶς κατακλεισθῇ,
 ἐνδοθεν αὐτάς, ὥσπερ κύστιν, φυσᾷ· κᾶπειδ' ὑπ' ἀνάγκης
 ῥήξας αὐτάς, ἔξω φέρεται σοβαρὸς διὰ τὴν πυκνότητα,
 ὑπὸ τοῦ ῥοίθου καὶ τῆς ῥύμης αὐτὸς ἑαυτὸν κατακαίων.

STREPS. Ita mehercle : et quidem statim incipit me pessime habere, et turbatur : et jusculum sicut tonitru strepit, et horrendum mugit, sensim primum *pax* ; deinde subjungit *parax* ; mox demum *parappax* ; et quando caco, plane tonat *parapap-pax*, sicut illæ.

Soc. Considera igitur, e tantillo ventre quam vehementer pederis : aërem autem hunc immensum quomodo non verisimile est magno strepitu tonare ? Hinc ergo et nomina ista BPONTH, ΠΟΡΔΗ sunt similia inter se.

STREPS. Sed fulmen undenam venire possit, igni coruscans ? hoc me doce ; et torrefacit nos ferens, alios vivos amburit. Hoc enim Jupiter manifesto jaculatur in perjuros.

Soc. Et quomodo, ὁ fatue, et Saturni tempora redolens, et fabellis anilibus innutrite, si perjuros ferit, quomodo, inquam, Simonem non combussit, neque Cleonymum, neque Theorum ? sunt tamen isti valde perjuri. Sed jaculatur suum ipsius templum, et Sunium promontorium Atticæ, et proceras quercus. Quanam ex causa ? non enim quercus utique pejerat.

STREPS. Nescio : recte tamen autumare mihi videris. At vero quid, quæso, est fulmen ?

Soc. Quando ventus aridus sursum sublatus in istis inclusus fuerit, intus eas inflat, tanquam vesicam : deinde ubi suamet vi eas rupit, extrorsum fertur concitatus propter densitatem, stridulo impetu se ipsum comburens

STREPS. Edepol mihi prorsus idem aliquando evenit Jovialibus. Ventriculum cognatis torrebam, quem incidere omiseram imprudens: ille vero inflabatur: deinde repente medius crepans, in ipsos oculos mihi fartum ejaculatus est, et faciem combussit.

CHOR. O qui præclaram cupivisti sapientiam a nobis apisci, quam beatus inter Athenienses, ceterosque Græcos eris, si memoria et studium tibi non deest, et ærumnarum patientia inest in corde; nec defatigaris vel stando, vel eundo; neque frigus moleste fers, neque prandere cupis; vino etiam abstines, et gymnasiis, aliisque ineptiis; et istud optimum esse putas, quod quidem scitum virum decet, vincere nimirum factis et consiliis, et lingua pugnando.

STREPS. Sed de corde duro et præfracto, studioque et cura somnum obturbante; item ventre parco, vitamque discruciante et vel thymbra contento, ne sis sollicitus: nam eo nomine me præbere possim, ut ferrum in me cudant.

Soc. Sed hoc etiam confirma, te in posterum nullum habiturum deum, præter eadem ipsa, quæ nos pro diis habemus; nimirum Chaos hoc, et Nubes, et Linguam: hæc tria inquam.

STREPS. Nec prorsus adloquerer alios, si vel obvius eis fierem: neque sacrificarem, neque libarem, neque thus adolerem.

CHOR. Nunc itaque dic nobis audacter quidnam tibi faciamus: nam frustra non eris, si nos colas, et admireris, et studeas esse politus.

Στρεψιάδης.

νή Δί', ἔγωγ' οὖν ἀτεχνῶς ἔπαθον τουτί ποτὲ Διασίοισιν.
ᾧπλαν γαστέρα τοῖς ξυγγενέσιν, κατ' ἕκ ἔσχων ἀμελήσας
ἢ δ' ἀνεφυσάτ', εἴτ' ἐξαίφνης διαλακήσασα πρὸς αὐτῶ
τῶ φθαλμῶμα προσεῖλήσεν, καὶ καλέκαυσεν τὸ πρόσωπον.

Χορός.

ὦ τῆς μεγάλης ἐπιθυμήσας σοφίας, ἄνθρωπε, παρ' ἡμῶν,
ὡς εὐδαίμων ἐν Ἀθηναίοις καὶ τοῖς Ἑλλησι γενήσῃ,
εἰ μνήμων εἶ καὶ φροντιστής, καὶ τὸ ταλαίπωρον ἔνεστιν
ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ μὴ κάμνεις, μήθ' ἐστῶς, μήτε βαδίζων,
μήτε ῥιγῶν ἄχθει λίαν, μήτ' ἀριστῶν ἐπιθυμῆς,
οἴνου τ' ἀπέχει, καὶ γυμνασίων, καὶ τῶν ἄλλων ἀνοήτων
καὶ βέλτιστον τοῦτο νομίζεις. ὅπερ εἰκὸς δεξιὸν ἄνδρα,
νικῶν πράττων καὶ βουλεύων. καὶ τῇ γλώττῃ πολεμίζων.

Στρεψιάδης.

ἀλλ' ἔνεκέν γε ψυχῆς στερῶς, δυσκολοκοίτου τε μερίμνης,
καὶ φειδωλοῦ καὶ τρυσιβίου γαστρὸς, καὶ θυμβροεπιδείπνε,
ἀμέλει θάρρῶν, οὐνεκα τούτων ἐπιχαλκεύειν παρέχοιμ' ἄν.

Σωκράτης.

ἀλλ' ὅτι δῆτ' οὖν νομεῖς ἤδη θεὸν οὐδένα, πλὴν ἄπερ ἡμεῖς,
τὸ Χάος τετὶ, καὶ τὰς Νεφέλας, καὶ τὴν γλώτταν, τρία ταυί;

Στρεψιάδης.

ἐδ' ἂν διαλεχθεῖην ἀτεχνῶς τοῖς ἄλλοις, ἐδ' ἂν ἀπαντῶν
ἐδ' ἂν θύσαιμ', ἐδ' ἂν σπείσαιμ', ἐδ' ἐπιθείην λαβανωτόν.

Χορός.

λέγε νῦν ἡμῖν, ὅ τι σοι δεῶμεν, θάρρῶν ὡς οὐκ ἀτυχήσεις,
ἡμᾶς τιμῶν, καὶ θαναμάζων, καὶ ζητῶν δεξιὸς εἶναι.

Στρεψιάδης.

ὦ δέσποιναι, δέομαι τοῖνον ὑμῶν τουτί πάνυ μικρόν,

τῶν Ἑλλήνων εἶναί με λέγειν ἑκατὸν σταδίοισιν ἄριστον.

Χορός.

ἀλλ' ἔσται σοι τῆτο παρ' ἡμῶν ὥστε τολοιπὸν γ' ἀπὸ τῶδ' ἐν τῷ δήμῳ γνώμας οὐδεὶς νικήσει πλείονας ἢ σύ.

Στρεψιάδης.

μή μοί γε λέγειν γνώμας μεγάλας· ἐ γὰρ τούτων ἐπιθυμῶ. ἀλλ' ὅς' ἐμαυτῷ σίξεψοδικῆσαι, καὶ τὸς χερσίλας διολισθεῖν.

Χορός.

τεύξει τοίνυν, ὦν ἱμείρεις. οὐ γὰρ μεγάλων ἐπιθυμεῖς. ἀλλὰ σεαυτὸν παράδος θάρρῶν τοῖς ἡμετέροις προπόλοισι.

Στρεψιάδης.

θράσω τοῦθ', ὑμῖν πιστεύσας. ἡ γὰρ ἀνάγκη με πιέζει, διὰ τὸς ἵππεσ τὸς κοππατίας, καὶ τὸν γάμον, ὃς μ' ἐπέτριψε.

νῦν οὖν χρήσθων, ὅ τι βούλονται.

τουτὶ τό γ' ἐμὸν σῶμ' αὐτοῖσιν

παρέχω τύπτειν, πεινήν, διψήν,

αὐχμεῖν, ῥιγοῦν, ἀσκὸν δαίρειν·

εἴπερ τὰ χρέα διαφευξοῦμαι,

τοῖς ἀνθρώποις τ' εἶναι δόξω

θρασὺς, εὐγλωττος, τολμηρὸς, ἴτης,

βδελυρὸς, ψευδῶν ξυγκολλητῆς,

εὐρησιεπῆς, περὶ τριμμά δικῶν,

κύρβις, κρόταλον, κίναδος, τρύμη,

μάσθλης, εἴρων, γλοιὸς, ἀλαζῶν,

κέντρων, μιὰρὸς,

στρόφισ, ἀργαλέος, ματτυλοισιχός.

ταῦτ' εἴ με λέγουσιν ἀπαντῶντες,

STREPS. O dominæ, quod a vobis peto, id paululum quiddam est omnino; nimirum ut Græcos in facultate dicendi antequam possim centum stadiis.

CHOR. Immo erit hoc a vobis tibi: ita ut jam ab hoc tempore in sententiis pro concione dicendis nemo tam sæpe vincat quam tu.

STREPS. Ne mihi contingat de arduis rebus sententias dicere: istuc enim haud cupio: sed tantum pro me ipso lites pervertere, et elabi e manibus creditorum.

CHOR. Adipisceris igitur quæ optas: non enim ardua cupis. Sed te ipsum trade intrepidus nostris ministris.

STREPS. Faciam istud, vobis fretus; nam urget me necessitas propter equos illos coppatias, et conjugium, quod me perdidit. Nunc ergo utuntor me prorsus ut lubet; istuc meum corpus ipsis trado, quod verberibus tundant, fame, siti, squalore, algu conficiant, pro utre excoriant, modo æs effugiam alienum, et hominibus videar esse audax, loquax, temerarius, procax, scelestus, mendaciorum conglutinator, inventor verborum, tritus in litibus, tabula legum, crepitaculum, vulpes, terebra, subactus, simulator, lubricus, arrogans, cento, impurus, versutus, molestus, impudens. Modo his me nominibus appellet

obvius quisque, faciunt isti plane quod lubuerit, et, si volunt, ita me Ceres amet, ex me intestina farciunt, et scholasticis adponunt.

CHOR. Animus quidem inest huic haud timidus, sed promptus. Scias autem velim, si hæc didiceris a me, famam, quæ cælum adtingat, inter homines te consecuturum.

STREPS. Quid mihi eveniet?

CHOR. Omni tempore mecum beatissimam vitam ages unus omnium.

STREPS. En unquam potis erit fieri, ut istuc videam?

CHOR. Ita ut multi ad fores tuas semper sedeant, cupientes te convenire, et tecum colloqui, atque communicare tuæ solertiæ negotia et lites multis talentis æstimatas, de quibus consultabunt tecum. Sed incipe senem docere quidquid constituisti, et incita animum ejus, et ingeni vires explora.

Soc. Agedum dic mihi tu ingenium tuum, quale sit; ut illo cognito, machinas posthac novas tibi admoveam.

δρῶντων ἀτεχνῶς ὃ τι χεῖρίζουσιν
καὶ βούλονται, νῆ τὴν Δήμητρ',
ἐκ μου χορδῆν
τοῖς φροντισταῖς παραλέντων.

Χο. λῆμα μὲν πάρεστι τῷδ' ἐγὼ
οὐκ ἄτολμον, ἀλλ' ἔτοιμον. Ἰσθι δ' ὡς
ταῦτα μαθῶν παρ' ἐμοῦ, κλέος οὐρανόμενης
ἐν βροτοῖσιν ἔξεις.

Στ. τί πείσομαι;

Χο. τὸν πάντα χρόνον μετ' ἐμοῦ
ζηλωτότατον βίον ἀν-
θρώπων διάξεις.

Στ. ἄρ' ἄγε τοῦτ' ἀν ἐγὼ
ποτ' ὄψομαι;

Χο. ὥστε γε σοῦ πολλοὺς
ἐπὶ ταῖσι θύραις
ἀεὶ καθῆσθαι,

βουλομένους ἀνακοινοῦσθαί τε,
καὶ ἐς λόγους ἐλθεῖν,
πράγματα, κἀντιγραφὰς,
πολλῶν ταλάντων
ἄξια σῆ φρενί,

συμβουλευσομένους μετὰ σοῦ.

ἀλλ' ἔλχει τὸν πρεσβύτην, ὃ τι περ μέλλεις, προδιάσκειν
καὶ διακίνει τὸν νοῦν αὐτοῦ, καὶ τῆς γνώμης ἀποπειρῶ.

Σω. ἄγε δὴ, κάτειπέ μοι σὺ τὸν σαυτοῦ τρόπον,
ἵν' αὐτὸν εἰδῶς, ὅστις ἐστὶ, μηχανὰς
ἤδη πὶ τούτοις πρὸς σὲ καινὰς προσφέρω.

- Στ. τί δέ; τειχομαχεῖν μοι διανοεῖ, πρὸς τῶν θεῶν;
- Σω. οὐκ· ἀλλὰ βραχέα σου πυθέσθαι βούλομαι,
εἰ μνημονικὸς εἶ.
- Στ. δύο τρόπων, νῆ τὸν Δία.
ἦν μὲν γ' ὀφείληται τι μοι, μνήμων πᾶν·
ἐὰν δ' ὀφείλω, σχέτλιος, ἐπιλήσμων πᾶν.
- Σω. ἔνεστι δῆτά σοι λέγειν ἐν τῇ φύσει;
- Στ. λέγειν μὲν οὐκ ἔνεστ'· ἀποστερεῖν δ' ἔνι.
- Σω. πῶς οὖν δυνήσῃ μανθάνειν;
- Στ. ἀμέλει, καλῶς.
- Σω. ἄγε νῦν, ὅπως, ὅταν τι προβάλωμαι σοφὸν
περὶ τῶν μετεώρων, εὐθέως ὑφαπάσεις.
- Στ. τί δαί; κνηθὸν τὴν σοφίαν σιτήσομαι;
- Σω. ἄνθρωπος ἀμαθὴς οὐτοσὶ καὶ βάρβαρος.
δέδοικά σ', ὃ πρεσβύτα, μὴ πλεγῶν δέει.
φέρ' ἴδω, τί δρᾶς, ἦν τις σε τύπτῃ;
- Στ. τύπτομαι·
κᾶπειτ' ἐπισχῶν ὀλίγον, ἐπιμαστύρομαι·
εἶτ' αἰθῆς ἀκαρῆ διαλιπῶν, ἠικάζομαι.
- Σω. ἴδι νῦν, κατὰ τοῦ δοιμάτιον.
- Στ. ἠδίκηκά τι;
- Σω. οὐκ· ἀλλὰ γυμνοὺς εἰσιέναι νομίζεται.
- Στ. ἀλλ' οὐχὶ φωράσων ἔγωγ' εἰσέρχομαι.
- Σω. κατὰ τοῦ. τί ληρεῖς;
- Στ. εἰπέ δὴ νῦν μοι τοδί;
ἦν ἐπιμελής ὦ, καὶ προθύμως μανθάνω,
τῷ τῶν μαθητῶν ἐμφεγῆς γενήσομαι;
οὐδὲν διοίσεις Χαιρεφῶντος τὴν φύσιν.

STREPS. Quid vero? num me, per Deos obsecro, tanquam murum oppugnare cogitas?

Soc. Non: sed pauca quædam interrogare te volo, an memoria polleas.

STREPS. Ita hercle, gemino modo. Nam si mihi debeatur, præpolleo memoria: sin ipsus debeam, hei misero mihi! prorsus sum obliviosus.

Soc. Insitamne habes vim dicendi?

STREPS. Haud dicendi quidem, sed defraudandi.

Soc. Quomodo igitur poteris discere?

STREPS. Bene: ne sis sollicitus.

Soc. Age nunc, da operam, ut quum primum sapientem aliquam quæstionem proposuero de rebus cælestibus, eam extemplo arripias.

STREPS. Quid? num canum in morem sapientiam comedam?

Soc. Homo iste rusticus est et barbarus. Vereor, ὁ senex, ne plagis indigeas. Age videam, quid facias, si quis te verberet?

STREPS. Verheror. Deinde ubi me paululum continui, antestor: deinde ubi rursus pauxillum intermisi, in jus voco.

Soc. Age nunc depono vestem.

STREPS. Quæ tibi a me facta est injuria?

Soc. Nulla: sed mos est ut nudi ingrediantur.

STREPS. Atqui ego non ingredior res furtivas quærıtatum.

Soc. Depono: quid nugaris?

STREP. Hoc, quæso, dic mihi: si diligens fuero, et cupide didicero, cuinam tuorum discipulorum ero similis?

Soc. Ingenio nihil differes a Chærephonte.

STREPS. Hei miser! semimortuus fiam.

Soc. Ne multum loquere, sed propera et sequere me hac ocius.

STREPS. In manum da mihi placentam mellitam prius: nam timeo huc intro, tanquam in Trophonii antrum, descendens.

Soc. Perge: quid sic morare circa ostium?

CHOR. Sed abi lætus ob istuc animi robur. Feliciter eveniat huic homini, quod ætate multum provecta, recentioribus ingenium suum rebus imbuat, et sapientiam colit.

Spectatores, dicam vobis libere veritatem; per Bacchum juro, cujus alumnus ego sum. Equidem ita vincam et pro sapiente habear, ut, quia vos putabam spectatores elegantes esse, istamque esse præstantissimam mearum comædiarum, idcirco vobis primum eam volui gustandam offerre, cui insumsi laborem plurimum: deinde abscessi ab hominibus ineptis victus, meo quidem immerito. Ob hæc incuso vos, qui sapientes estis, quorum causa commentatus ista fueram. Sed neque sic tamen mea sponte deseram cordatiores. Ex quo enim hic apud viros, apud quos jucundum est vel verba facere et *Modestus* meus et *Cinæus* non male audire; egoque (nam virgo adhuc eram, necdum licebat me parere) exposui fœtum, quem

Στ. οἴμοι κακοδαίμων, ἡμιθνής γενήσομαι.

Σω. οὐ μὴ λαλήσεις, ἀλλ' ἀκολουθήσεις ἐμοί, ἀνύσας τι, δευρὶ θᾶπτον.

Στ. ἐς τῷ χεῖρέ νυν
δός μοι μελιτοῦτταν πρότερον· ὡς δέδοικ' ἐγὼ
εἶσω καταβαίνων. ὥσπερ ἐς Τροφώνιου.

Σω. χῶρε· τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν;

Χο. ἀλλ' ἴθι χαίρων, τῆς ἀνδρείας

οὐνεκα ταύτης.

εὐτυχία γένοιτ' ἀν-
θρώπων, ὅτι προήκων
ἐς βαδὺ τῆς ἡλικίας,
νεωτέροις τὴν φύσιν αὐτοῦ
περάγμασι χωτίζεται,
καὶ σοφίαν ἐπασκεῖ.

ὦ θεώμενοι, κατερῶ πρὸς ὑμᾶς ἐλευθέρως
τάληθῆ, νῆ τὸν Διόνυσον, τὸν ἐκθρέψαντά με.
οὔτε νικήσαιμί γ' ἐγὼ, καὶ νομιζοίμην σοφός,
ὡς ὑμᾶς ἡγούμενος εἶναι θεατὰς δεξιούς,
καὶ ταύτην σοφώτατ' ἔχειν τῶν ἐμῶν κωμωδιῶν,
πρώτους ἡξίωσ' ἀναγεῦσ' ὑμᾶς, ἢ παρῆσχε μοι
ἔργον πλεῖστον· εἴτ' ἀνεχώρουν ὑπ' ἀνδρῶν φορτικῶν
ἠττηθεῖς, οὐκ ἄξιός εἰν. ταῦτ' οὖν ὑμῖν μέμφομαι
τοῖς σοφοῖς, ὧν οὐνεκ' ἐγὼ ταῦτ' ἐπραγματεύομην.
ἀλλ' οὐδ' ὡς ὑμᾶς ποθ' ἐκὼν προδώσω τοὺς δεξιούς.
ἐξότου γὰρ ἐνθάδ' ὑπ' ἀνδρῶν, οἷς ἠδὺ καὶ λέγειν,
ὁ σώφρων τε χεῖρ καταπύγων ἄριστ' ἡκουσάτην,
καὶ γὰρ, παρθένος γὰρ εἴτ' ἦν, οὐκ ἐξῆν πω μοιτεκεῖν,

ἐξέθηκα, παῖς δ' ἑτέρα τις λαβοῦσ' ἀνείλετο,
 ὑμεῖς δ' ἐξεθρέψατε γενναίως, κᾱ παιδεύσατε,
 ἐκ τούτου μοι πιστὰ παρ' ὑμῖν γνώμης ἔσθ' ὄρκια.
 νῦν οὖν, Ἥλέκτραν κατ' ἐκείνην, ἥδ' ἡ κωμωδία
 ζητοῦσ' ἦλθ', ἣν που π̄πιτύχη θεαταῖς οὕτω σοφοῖς.
 γνώσεται γὰρ, ἣν περ ἴδη, τὰδελφοῦ τὸν βόστρυχον.
 ὡς δὲ σώφρων ἐστὶ φύσει, σκέψασθ' ἢ τις πρῶτα μὲν
 οὐδὲν ἦλθε ῥαψαμένη σκύτινον καθεμιμένον,
 ἐρυθρὸν ἐξ ἄκρου, παχὺ, τοῖς παιδίοις ἴν' ἦν γέλωσ.
 οὐδ' ἔσκωψε τὸς φαλακρὰς, οὐδὲ κόρδαχ' εἴλκυσεν·
 οὐδὲ πρ̄σβύτης ὁ λέγων τᾶπη, τῇ βακτηρίᾳ
 τύπτει τὸν παρόντ', ἀφανίζων πονηρὰ σκώμματα.
 οὐδ' εἰσῆξε δᾶδας ἔχουσ'· οὐδ' Ἴου, Ἴου, βοᾶ·
 ἀλλ' αὐτῇ καὶ τοῖς ἔπεσιν πιστεύουσ' ἐλήλυθε.
 κᾱ γὰρ μὲν τοιοῦτος ἀνὴρ ὢν ποιητῆς, οὐ κομῶ,
 οὐδ' ὑμᾶς ζητῶ ἔξαπατᾶν, δις καὶ τρὶς ταῦτ' εἰσάλω·
 ἀλλ' αἰ κινὰς ιδέας εἰσφέρων σοφίζομαι,
 οὐδὲν ἀλλήλαισιν ὁμοίας, καὶ πάσας δεξιᾶς.
 ὃς μέγιστον ὄντα Κλέων' ἔπαισ' ἐς τὴν γαστέρα,
 κοῦκέτ' ἐσαῦθίς γ' ἐπεπήδησά γ' αὐτῷ κειμένῳ.
 οὗτοι δ', ὡς ἀπαξ παρῆδωκεν λαβὴν Ὑπέρβολος,
 τοῦτον δείλαιον κολετρῶσ' αἰεὶ καὶ τὴν μητέρα.
 Εὐπολις μὲν τὸν Μαρικαῶν πρῶτιστον παρείλκυσεν
 ἐκστρέψας τοὺς ἡμετέρους Ἰππέας κακὸς κακῶς·
 προσθεῖς αὐτῷ γραῦν μεθύσην, τοῦ κόρδακος ἄνεχ', ἣν
 Φρόνιχος πάλαι πεποίηχ', ἣν τὸ κῆτος ἦσθειεν.
 εἶθ' αὖθις Ἐρμιππος ἐποίησεν εἰς Ὑπέρβολον·
 ἄλλοι τ' ἦδη πάντες ἐρείδουσιν εἰς Ὑπέρβολον,

alia quædam puella susceptum abstulit; vos autem educastis
 liberaliter et instituistis: exinde, inquam, satis spectata est
 mihi vestra fides et benevolentia. Nunc itaque, ut Electra illa,
 venit hæc Comædia, quærens an forte incidere possit in spec-
 tatores tam sapientes: agnoscet enim, si modo eum conspiciat,
 fratris cincinnum. Quam vero modestis sit moribus, videte;
 quæ primum quidem non ingressa est, consutum quiddam
 habens coriaceum, pendulum, rubrum in summo, crassum, ut
 pueris risus excitetur; neque irrisit calvos, nec cordacem sal-
 tavit: nec senex, qui versus recitat, baculo verberat adstantem,
 dicta mordacia retundens; neque irrupit in scenam cum faci-
 bus, nec *Io, io*, clamat: sed sibimetipsi et versibus fidens ad-
 venit. Et ego quidem, qui talis poëta sim, non superbio; ne-
 que studeo vos decipere, bis terve eadem introducendo. Verum
 semper novas formas comminiscor, quas inferam, nihil inter se
 similes, scitas et lepidas omnes: qui plurima valenti gratia
 Cleoni ventrem percussi, nec amplius tamen ei insultavi jacen-
 ti. Isti autem, ubi semel ansam dedit Hyperbolus, miserum
 illum assidue conculcant, ejusque matrem. Primum quidem
 omnium Eupolis *Maricam* protraxit, quum nostros *Equites* in
 alium habitum male commutasset malus, addita, quæ cordacem
 saltaret, anu temulenta, quam pridem Phrynichus commentus
 fuerat, objeceratque marinæ beluæ. Deinde Hermippus ru-
 sus Hyperbolum traduxit; et jam omnes alii insectantur Hy-
 perbolum, imagines meas de anguillis imitantes. Cuicumque

ergo ista risum movent, is meis ne capiatur: sin meis inventis et me ipso delectabimini, in futurum tempus recte sapere videbimini.

SEM. Cælo regnantem, diisque imperantem magnum Jovem Choro ut adsit primum invoco: deinde præpotentem tridentis dominum, terræque et salsi maris ferum motorem: et nominatissimum patrem nostrum, Ætherem venerabilem, nutricium omnium: equorumque agitatore illum, qui prælucidis radiis permeat totum terræ solum, magnus apud deos et apud mortales deus.

CHOR. O sapientissimi spectatores, huc advertite mentem. Vos enim, a quibus passæ sumus injuriam, palam incusamus. Nam quum præ ceteris diis plurimum commodemus urbi, nobis tamen solis omnium deorum nec sacrificatis, nec libatis, quæ vos conservamus. Si enim absque ullo judicio decernatur expeditio aliqua, tunc aut tonamus, aut stillamus. Namque diis invisum illum coriarium Paphlagonem quum eligeretis duces exercitus, supercilia contraximus, et indignatæ sumus, tonitrusque erupit cum fulmine: Luna autem solitas deseruit vias, et Sol, ellychnio statim in se contracto, negavit se lucere velle, si Cleo duceret exercitum: nihilominus eum elegistis.

τὰς εἰκοὺς τῶν ἐγγέλεων τὰς ἐμὰς μιμούμενοι.
ὄστις οὖν τούτοις γελᾷ, τοῖς ἐμοῖς μὴ χαιρέτω·
ἦν δ' ἐμοὶ καὶ τοῖσιν ἐμοῖς εὐφραίνησθ' εὐρήμασιν,
ἐς τὰς ὄρας τὰς ἐτέρας εὖ φρονεῖν δοκῆσετε.

Ημ.

Ἐψιμέδοντα μὲν θεῶν
Ζῆνα τύραννον ἐς χορὸν
πρῶτα μέγαν κικλήσκω·
τόν τε μεγασθενῆ τριαίνης ταμίαν,
γῆς τε καὶ ἄλμυρᾶς
θαλάσσης ἀγρίον μοχλευτήν·
καὶ μεγαλάνυμον ἡμέτερον πατέρ',
Αἰθέρα σεμνότατον, βιοδρέμωνα πάντων·
τόν δ' ἵππονώμαν, ὃς ὑπερ-
λάμπροις ἀκτίσιν κατέχει
γῆς πᾶσον, μέγας ἐν θεοῖς,
ἐν θνητοῖσιν τε, δαίμων.

Χο.

Ἦ σοφώτατοι θεαταί, δεῦρο τὸν νοῦν προσέχετε.
ἠδίκημένοι γὰρ ὑμῖν, μεμφόμεσθ' ἐναντίον.
πλεῖστα γὰρ θεῶν ἀπάντων ὠφελούσαις τὴν πόλιν,
δαιμόνων ἡμῖν μόναις οὐ θύετ' οὐδὲ σπένδετε,
αἱ τινες τηροῦμεν ὑμᾶς. ἦν γὰρ ἤ τις ἔξοδος
μηδενὶ ξὺν νῶ, τότε ἢ βροντῶμεν, ἢ ψεκάζομεν.
εἶτα τὸν θεοῖσιν ἐχθρὸν βυρσοδέψην Παφλαγόνα
ἠνίχ' ἠρεῖσθε στρατηγὸν, τὰς ὀφρῦς ξυνήγομεν,
κάποιοῦμεν δεινά· βροντῇ δ' ἐρράγη δι' ἀστραπῆς·
ἢ σελήνη δ' ἐκλέλοιπε τὰς ὁδοὺς· ὁ δ' ἥλιος,
τὴν θρυαλλίδ' εἰς ἑαυτὸν εὐδέως ξυνεγκύσας,
οὐ φανεῖν ἔφασκεν ὑμῖν, εἰ στρατηγήσει Κλέων.

ἀλλ' ὄμως εἴλεσθε τοῦτον. Φασὶ γὰρ δυσβουλίαν
τῆδε τῇ πόλει προσεῖναι· ταῦτα μέντοι τοὺς θεοὺς,
ἅττ' ἂν ὑμεῖς ἐξαμάρτητ', ἐπὶ τὸ βέλτιον τρέπειν.
ὡς δὲ καὶ τοῦτο ξυνοίσει, ῥαδίως διδάξομεν.
ἦν Κλέωνα τὸν λάρων δώρων ἐλόντες καὶ κλοπῆς,
εἶτα Φιμώσητε τοῦτου τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα,
αὔθις ἐς τὰρχαῖον ὑμῖν, εἴ τι καὶ ξημάρετε,
ἐπὶ τὸ βέλτιον τὸ πρῶγμα τῇ πόλει ξυνοίσεται.

Ημ.

Ἄμφι μοι αὐτε, Φοῖβ' ἀναξ

Δήλιε, Κυθίαν ἔχων

ὑψικέρατα πέτραν·

ἦ τ' Ἐφέσου μάκαιρα πάγχρυσον ἔχεις

οἶκον, ἐν ᾧ κόραι

σὲ Λυδῶν μεγάλας σέβουσιν·

ἦ τ' ἐπιχάριος ἡμετέρα θεός,

αἰγίδος ἡνίοχος, πολίουχος Ἀθάνα·

Παρνασίαν θ' ὅς κατέχων

πέτραν, σὺν πεύκαις σελαγεῖ,

Βάκχαις Δελφίσιν ἐμπρέπων,

καμαστής Διόνυσος.

Χο.

Ἦνίχ' ἡμεῖς δεῦρ' ἀφορμᾶσθαι παρεσκευάσμεθα,
ἢ Σελήνη ξυντοχοῦσ' ἡμῖν, ἐπέστειλεν φράσαι,
πρῶτα μὲν χαίρειν Ἀθηναίοισι, καὶ τοῖς συμμάχοις·
εἶτα θυμαίνειν ἔφασκε· δεινὰ γὰρ πεπονθέναι,
ὠφελοῦσ' ὑμᾶς ἅπαντας, οὐ λόγοις, ἀλλ' ἐμφανῶς.
πρῶτα μὲν τοῦ μηνὸς εἰς δᾶδ' οὐκ ἔλαττον, ἢ δραχμὴν,
ὥστε καὶ λέγειν ἅπαντας, ἐξιώντας ἐσπέρας·
Μὴ πρῶτα, παῖ, δᾶδ', ἐπειδὴ φῶς Σεληναίης καλόν.

Aiunt enim mala consilia capere hanc civitatem solere; sed
quæcumque peccaveritis, illa deos in melius convertere. Ista vero
quo pacto convenient, facile vos docebimus: nempe si Cleo-
nem, voracem illum larum, sordium et furti damnatum, ca-
pistraveritis, cervicemque ejus nervo constrinxeritis, id si pec-
catum fuerit, rursus in pristinum vobis, atque in melius res ea
cedet reipublicæ.

SEM. Huc ades tu quoque Phœbe rex, Delie, excelsa qui
tenes Cynthiæ rupis cacumina; tuque beata, quæ auream
Ephesi domum habitas, in quâ magnifice te colunt Lydorum
puellæ; tuque patria nostra dea, Ægida quæ moderaris, urbis
præses Minerva: et qui Parnasiam obtinens petram cum tædis
fulges, Delphicas inter Bacchas conspiciendus, commissator
Bacchus.

CHOR. Quum nos huc profectionem moliremur, convenit
nos Luna, mandavitque nobis, ut suis verbis plurimam Athe-
niensibus et sociis diceremus salutem. Hoc primum. Dein-
de irasci se aiebat: etenim atrociam perpressam esse, ut quæ vobis
omnibus commodaret, non verbis, sed re palam. Primum
quidem quot mensibus haud drachma minus pro tæda, adeo ut
dicant omnes egredientes vesperi: *Ne facem emito, puer, quo-
niam Luna pulchra lux est.* Aliaque beneficia se vobis præ-

stare dicit: vos tamen dierum rationem habere non recte, verum susque deque turbare: adeo ut interminari sibi deos identidem dicat, quando cœna fraudantur, et abeunt domum sacra non adepti, quæ ipsis fieri debuissent juxta statum dierum ordinem: deinde quum diis operari oportet, vos quæstiones de reis habetis et judicia exercetis: contra vero sæpe, nobis diis jejunia agentibus, quando nimirum lugemus aut Memnonem aut Sarpedonem, vos libatis et ridetis. Idcirco hoc anno sorte ducto ad Amphictyonum conventum legato Hyperbolo nos dii coronam ademimus; et merito: sic enim magis sciet, vitæ dies agendos esse secundum Lunæ cursum.

SOCRATES, STREPSIADES, CHORUS.

Soc. Per respirationem, per Chaos, per Aërem juro, ut ego non vidi hominem tam rusticum ullum, nec tam stupidum, nec tam ineptum, nec tam obliviosum; qui subtilitates quasdam parvas discens, eas obliviscitur, antequam plene didicerit. At tamen eum foras vocabo huc in lucem. Ubi Strepsiadēs? exi sumto grabbato.

STREPS. Sed eum non me sinunt efferre cimices.

Soc. Propere depone et adverte animum.

STREPS. En.

Soc. Age, quid vis nunc primum discere, quod antea nunquam didiceris? dic mihi. Utrum de metris, aut de versibus, an vero de rhythmis?

STREPS. De metris equidem; quia nuper a venditore farinæ defraudatus fui duobus chœnicibus.

ἄλλα τ' εὖ δρᾶν φησίν· ὑμᾶς δ' οὐκ ἄγειν τὰς ἡμέρας οὐδὲν ὀρθῶς, ἀλλ' ἄνω τε καὶ κάτω κυδοιοπαῖν. ὥστ' ἀπειλεῖν φησὶν αὐτῇ τοὺς θεοὺς ἐκάστοτε, ἡνίκ' ἂν ψευσιδῶσι δείπνου, κἀπίωσιν οἴκαδε, τῆς ἑορτῆς μὴ τυχόντες, κατὰ λόγον τῶν ἡμερῶν. κἄθ' ὅταν θύειν θέῃ, στρεβλοῦτε καὶ δικάζετε. πολλάκις δ' ἡμῶν ἀγόντων τῶν θεῶν ἀπαστίαν, ἡνίκ' ἂν πεινθῶμεν ἢ τὸν Μέμνον', ἢ Σαρπηδόνα, σπένδεθ' ὑμεῖς, καὶ γελαῖτ'. ἀνθ' ὧν λαχὼν Ὑπέρολος τῆτες ἱερομνημονεῖν, κἄπειθ' ὑφ' ἡμῶν τῶν θεῶν τὸν στέφανον ἀφῆρέθη. μᾶλλον γὰρ οὕτως εἴσεται κατὰ Σελήνην ὡς ἄγειν χρὴ τοῦ βίου τὰς ἡμέρας.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ, ΧΟΡΟΣ.

- Σω. ΜΑ τὴν ἀναπνοήν, μὰ τὸ Χάος, μὰ τὸν Ἄερα, οὐκ εἶδον οὕτως ἄνδρ' ἄγροικον οὐδένα, οὐδ' ἄπορον, οὐδὲ σκαιὸν, οὐδ' ἐπιλήσιμονα· ὅστις σκαλαδυρμάτι ἄττα μικρὰ μανθάνων, ταῦτ' ἐπιλέλησται, πρὶν μαθεῖν. ὅμως γε μὴν αὐτὸν καλῶ θύραζε δευρὶ πρὸς τὸ φῶς. ποῦ Στρεψιάδης; ἔξει, τὸν ἀσκάντην λαβῶν.
- Στ. ἀλλ' οὐκ ἐῷσί μ' ἐξενεγκεῖν οἱ κόρεις.
- Σω. ἀνύσας τι κατὰθου, καὶ πρόσεχε τὸν νοῦν.
- Στ. ἰδοῦ.
- Σω. ἄγε δὴ, τί βούλει πρῶτα νυνὶ μανθάνειν, ἂν οὐκ ἐδιδάχθης πῶποτ' οὐδέν; εἴπ' ἐμοί.
- Στ. πότερα περὶ μέτρων, ἢ περὶ ἐπῶν, ἢ ῥυθμῶν; περὶ τῶν μέτρων ἔγωγ'. ἔναγχος γὰρ ποτε

- ὑπ' ἀλφिताμοιβοῦ παρεκόπην διχοιναίω.
 Σω. οὐ τοῦτ' ἐρωτῶ σ'· ἀλλ' ὅ τι κάλλιστον μέτρον
 ἦγεῖ· πότερα τὸ τρίμετρον, ἢ τὸ τετράμετρον;
 Στ. ἐγὼ μὲν οὐδὲν πρότερον ἡμιεκτέου.
 Σω. οὐδὲν λέγεις, ὦ νῆρωπε.
 Στ. περιδου νῦν ἐμοὶ,
 εἰ μὴ τετράμετρον ἔστιν ἡμιεκτέον.
 Σω. ἐς κόρακας· ὡς ἀγροικος εἶ καὶ δυσμαθής.
 ταχύ γ' ἂν δύναιο μανθάνειν περὶ ῥυθμῶν.
 Στ. τί δέ μ' ὠφελήσουσ' οἱ ῥυθμοὶ πρὸς τάλφιστα;
 Σω. πρῶτον μὲν εἶναι κομψὸν ἐν ξυνουσίᾳ·
 εἴτ' ἐπαίειν ὁποῖός ἐστι τῶν ῥυθμῶν
 κατ' ἐνόπλιον, χυψοῖος αὖ κατὰ δάκτυλον.
 Στ. κατὰ δάκτυλον; νῆ τὸν Δί', ἀλλ' οἶδ'.
 Σω. εἰπέ δή.
 Στ. τίς ἄλλος ἀντὶ τουτοῦ τοῦ δακτύλου;
 πρὸ τοῦ μὲν, ἔτ' ἐμοῦ παιδὸς ὄντος, οὐτοσί.
 Σω. ἀγρεῖός εἶ καὶ σκαῖός.
 Στ. οὐ γὰρ, ὦ ζυρὲ,
 τούτων ἐπιθυμῶ μανθάνειν οὐδέν.
 Σω. τί δαί;
 Στ. ἐκεῖν, ἐκεῖνο, τὸν ἀδικιώτατον λόγον.
 Σω. ἀλλ' ἔτετρα δεῖ σε πρότερον τούτου μανθάνειν·
 τῶν τετραπόδων ἅττ' ἔστιν ὀρθῶς ἄρρενα.
 Στ. ἀλλ' οἶδ' ἔγωγε τᾶρρην, εἰ μὴ μαίνομαι.
 κριδὸς, τράγος, ταῦρος, κύων, ἀλεκτρούων.
 Σω. ὀρθῶς ἂ πάσχεις; τὴν τε θήλειαν, καλεῖς
 ἀλεκτρούνα κατὰ ταυτὸ, καὶ τὸν ἄρρενα.

- Soc. Non hoc te rogo; sed quodnam pulcherrimum metrum
 esse putes; trimetrumne an tetrametrum?
 STREPS. Equidem semisextario nullum præstare puto.
 Soc. Nihil dicis tu homo.
 STREPS. Certa mecum pignore, ni tetrametrum est semisex-
 tarium.
 Soc. I in malam crucem. Quam rusticus ei indocilis es!
 cito tu de rhythmis aliquid disceres scilicet.
 STREPS. Quid autem mihi proderunt rhythmici ad victum?
 Soc. Primum quidem ut sis commodus et facetus in con-
 victu; deinde ut intelligas, quinam sit rhythmus secundum
 enoplium, et quinam secundum dactylum.
 STREPS. Secundum dactylum? at edepol novi.
 Soc. Dic ergo.
 STREPS. Quis alius, nisi dactylus hic? antehac vero, quum
 puer essem, iste.
 Soc. Rudis es et stolidus.
 STREPS. Atqui, ὁ miser, horum nihil discere cupio.
 Soc. Quid vero?
 STREPS. Illud, illud, inquam, sermonem illum injustissi-
 mum.
 Soc. Sed alia sunt, quæ te prius discere necesse est; quad-
 rupedum quænam sint vere masculina.
 STREPS. At novi equidem, nisi insanio, quid masculinum
 sit: nempe ΚΡΙΟΣ, ΤΡΑΓΟΣ, ΤΑΥΡΟΣ, ΚΥΩΝ, ΑΛΕΚ-
 ΤΡΥΩΝ.
 Soc. Viden' quid facias? et femellam vocas ΑΛΕΚΤΡΥΩΝΑ,
 itidem uti et masculum.

STREPS. Age vero, quomodo?

Soc. Quomodo? ΑΛΕΚΤΡΥΩΝ et ΑΛΕΚΤΡΥΩΝ.

STREPS. Verum est quod dicis, ita me Neptunus amet.
Sed jam quomodo femellam nuncupem?

Soc. ΑΛΕΚΤΡΥΑΙΝΑΝ: alterum autem ΑΛΕΚΤΟΡΑ.

STREPS. ΑΛΕΚΤΡΥΑΙΝΑΝ inquis? Belle, per Αἆrem juro:
adeo ut pro ista sola doctrina opplebo farina undique tuam
ΚΑΡΔΟΠΟΝ.

Soc. Ecce autem rursus alterum hoc peccatum. ΚΑΡΔΟ-
ΠΟΝ marem vocas, quæ tamen femina est.

STREPS. Quomodo ego marem ΚΑΡΔΟΠΟΝ voco?

Soc. Maxime quidem, sicuti ΚΛΕΩΝΥΜΟΝ.

STREPS. Qua ratione? dic.

Soc. Idem valet tibi ΚΑΡΔΟΠΟΣ et ΚΛΕΩΝΥΜΟΣ.

STREPS. Sed, ô bone, ne quidem erat Cleonymo mactra, ve-
rum in rotundo mortario farinam subigebat. At deinceps
quomodo appellare decet?

Soc. Quomodo? ΚΑΡΔΟΠΗΝ, itidem ut dicis ΣΩΣΤΡΑ-
ΤΗΝ.

STREPS. ΚΑΡΔΟΠΗΝ feminam rectius vocas: istuc autem
longe rectissimum esset, si, ut ΚΑΡΔΟΠΗ, diceretur etiam
ΚΛΕΩΝΥΜΗ.

Soc. Præterea de nominibus hominum discere te necesse
est, quænam sint masculina, et quæ feminina.

STREPS. Sed novi equidem quæ feminina sint.

Soc. Dic ergo.

STREPS. *Lysilla, Philinna, Clitagora, Demetria.*

Soc. Masculina vero nomina quæ sunt?

Στ. πῶς δὴ; φέρε.

Σω. πῶς; ἀλεκτρυῶν καὶ ἀλεκτρυόν.

Στ. νῆ τὸν Ποσειδῶ. νῦν δὲ πῶς με χερὴ καλεῖν;

Σω. ἀλεκτρυάιναν· τὸν δ' ἕτερον, ἀλέκτορα.

Στ. ἀλεκτρυάιναν: εὖγε, νῆ τὸν Ἄερα·

ᾧστ' ἀντὶ τούτου τοῦ διδάγματος μόνου

διαλφιδάσω σου κύκλω τὴν κάρδοπον.

Σω. ἰδοὺ μάλ' αὖθις τοῦθ' ἕτερον· τὴν κάρδοπον
ἄρρενα καλεῖς, θήλειαν οὖσαν.

Στ. τῷ τρίτῳ

ἄρρενα καλῶ γὰρ κάρδοπον;

Σω. μάλιστα γέ·

ᾧσπερ γέ καὶ Κλεώνυμον.

Στ. πῶς δὴ; φράσον.

Σω. ταυτὸν δύναται σοὶ κάρδοπος Κλεωνύμω.

Στ. ἀλλ', ᾧ γὰρ, οὐδ' ἦν κάρδοπος Κλεωνύμω·

ἀλλ' ἐν θυσίᾳ στρουγγύλῃ γ' ἀνεμάττετο.

ἀτὰρ τολοιπὸν πῶς με χερὴ καλεῖν;

Σω. ὅπως;

τὴν καρδόπην, ᾧσπερ καλεῖς τὴν Σωστράτην.

Στ. τὴν καρδόπην θήλειαν ὀρθότερον λέγεις.

ἐκεῖνο δ' ἦν ἄν, καρδόπη, Κλεωνύμη.

Σω. ἔτι δὴ γέ περὶ τῶν ὀνομάτων μαθεῖν σε δεῖ,

ἄττ' ἄρρεν' ἐστίν, ἄττα δ' αὐτῶν θήλεα.

Στ. ἀλλ' οἶδ' ἔγωγ', ἂ θήλε' ἐστίν.

Σω. εἰπέ δὴ.

Στ. Λύσιλλα, Φίλινα, Κλειταγόρα, Δημητρία.

Σω. ἄρρενα δὲ πῶτα τῶν ὀνομάτων;

- Στ. μυρία.
 Φιλόξενος, Μελησίας, Ἀμυνίας.
 Σω. ἀλλ', ὦ πόνηρε, ταῦτά γ' ἔστ' οὐκ ἄρρενα.
 Στ. οὐκ ἄρρεν' ἐν ὑμῖν ἐστίν;
 Σω. οὐδαμῶς γ', ἐπεὶ
 πῶς ἂν καλέσειας, ἐντυχὼν Ἀμυνία;
 Στ. ὄπως ἂν; ὠδί. Δεῦρο, δεῦρ', Ἀμυνία.
 Σω. ὄρᾳς; γυναῖκα τὴν Ἀμυνίαν καλεῖς.
 Στ. οὐκ οὐν δικαίως, ὅστις οὐ στρατεύεται;
 ἀτὰρ τί ταῦθ' ἅ πάντες ἴσμεν, μανθάνω;
 Σω. οὐδὲν, μὰ Δί· ἀλλὰ κατακλινεῖς δευρὶ—
 Στ. τί δεῶ;
 Σω. ἐκφρόντισόν τι τῶν σεαυτοῦπραγμάτων.
 Στ. μὴ δῆθ', ἱκετεύω σ', ἐνθάδ'· ἀλλ', εἴπερ γε χρὴ,
 χαμαί μ' ἔασον αὐτὰ ταῦτ' ἐκφροντίσαι.
 Σω. οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτ' ἄλλα.
 Στ. κακοδαίμων ἐγὼ,
 οἶαν δίκην τοῖς κόρεσι δώσω τήμερον.
 Σω. φρόντιζε δὴ καὶ διάθρε·
 πάντας τρόπους σεαυτὸν
 στρόβει πυκνώσας
 ταχύς δ', ὅταν εἰς ἄπορον
 πέσης, ἐπ' ἄλλο πῆδα
 νόημα φρενός· ὕπνος δ' ἀπέστω
 γλυκύθυμος ὀμμάτων.
 Στ. ἰατταταί, ἰατταταί.
 Σω. τί πάσχεις; τί κάμνεις;
 Στ. ἀπόλλυμαι δειλαιός· ἐκ τοῦ σκίμποδος

- STREPS. Perquam multa: *Philoxenus, Melesias, Amynias.*
 Soc. Atqui, ὁ stulte, hæc non sunt masculina.
 STREPS. Non masculina apud vos hæc sunt?
 Soc. Nequaquam. Nam quomodo vocares, si in Amyniam
 incideres?
 STREPS. Quomodo vocarem? sic: *Ades, ades, Amynia.*
 Soc. Viden'? mulierem jam *Amyniam* appellas.
 STREPS. Nonne illum merito, qui militiam detrectat? Sed
 quid juvat ista discere, quæ omnes scimus?
 Soc. Nihil quidem hercle. Sed tu decumbens huc—
 STREPS. Quid faciam?
 Soc. Excogita quidpiam circa negotia tua.
 STREPS. Ne me, quæso, super hoc grabbato jubeas decum-
 bere: sed, si omnino decumbendum est, humi eadem ista sinas
 me excogitare.
 Soc. Fieri aliter nequit.
 STREPS. Infelix ego, quas hodie pœnas cimicibus dabo!
 Soc. Meditare jam et dispice: in omnes partes te ipsum
 versa, mente arcte constipata. Celeriter, quum in aliquam
 difficultatem incideris, ad aliud commentum transili; somnus
 autem dulcis absit ab oculis.
 STREPS. Iattatæ, iattatæ!
 Soc. Quid tibi accidit? quid male te habet?
 STREPS. Pereo miser: e grabbato prorepentes mordent me

cimices, et mihi latus dilaniant, et animam ebibunt, et testiculos evellunt, et culum perfodiunt, et me perdunt.

Soc. Ne nunc nimis graviter doleas.

STREPS. At quomodo? Quum mihi perierint opes, perierit color, perierit anima, perierit calceus, et ad hæc mala etiam pervigil cantans propemodum ipse perierim.

Soc. Heus tu, quid agis? meditarisne?

STREPS. Egone? meditor, ita me Neptunus amet.

Soc. Quid ergo meditatus es?

STREPS. An cimices aliquid de me sint relicturi.

Soc. Peribis pessime.

STREPS. Sed, ô bone, jam perii.

Soc. Ne molliter agas, sed caput operi. Inveniendum enim est commentum defraudatorium, et aliqua captio.

STREPS. Heu! quis itaque in me injiciat e pellibus agninis commentum privativum?

Soc. Agedum, videam primo quid agat iste. Eho tu, dormis?

STREPS. Non equidem hercle.

δάκνουσί μ' ἐξέρποντες οἱ Κορίνθιοι,
καὶ τὰς πλευρὰς δαρδάπτουσιν,
καὶ τὴν ψυχὴν ἐκπίνουσιν,
καὶ τοὺς ὄρχεις ἐξέλκουσιν,
καὶ τὸν πρῶκτον διορύττουςιν,
καὶ μ' ἀπολοῦσιν.

Σω. μὴ νῦν βαρέως ἄλγει λίαν.

Στ. καὶ πῶς, ὅτ' ἐμοῦ

φροῦδα τὰ χεῖματα, φρούδη χροιά,

φρούδη ψυχὴν, φρούδη δ' ἐμβάς;

καὶ πρὸς τοῦτοις ἔτι τοῖσι κακοῖς,

φρουρᾶς ἄδων

ὀλίγου φροῦδος γεγένημαι.

Σω. οὔτος, τί ποιεῖς; οὐχὶ φροντίζεις;

Στ. ἐγώ;

νὴ τὸν Ποσειδῶ.

Σω. καὶ τί δῆτ' ἐφροντίσας;

Στ. ὑπὸ τῶν κέρων εἴ μου τί περιλειφθήσεται.

Σω. ἀπολεῖ κάκιστ'.

Στ. ἀλλ', ὦ γὰρ, ἀπόλωλ' ἀγτίως.

Σω. οὐ μαλθακιστέ, ἀλλὰ περικαλυπτέα.

εὐρητέος γὰρ νοῦς ἀποστερητικὸς,

καπαιόλημ'.

Στ. οἴμοι! τίς ἂν δῆτ' ἐπιβάλοι

ἐξ ἀρνακίδων γνώμην ἀποστερητιδα;

Σω. φέρε νῦν, ἀθρήσω πρῶτον, ὅ τι δρᾷ, τουτοσί.

οὔτος, καθεύδεις;

Στ. μὰ τὸν Ἀπόλλω, γὰρ μὲν οὐκ.

- Σω. ἔχεις τι ;
 Στ. μὰ Δί', οὐ δῆτ' ἔγωγ'.
 Σω. οὐδὲν πᾶνυ ;
 Στ. οὐδέν γε, πλὴν ἢ τὸ πῆος ἐν τῇ δεξιᾷ.
 Σω. οὐκ ἐγκαλυψάμενος ταχέως τι φροντιεῖς ;
 Στ. περὶ τοῦ ; σὺ γὰρ μοι τοῦτο φράσον, ὦ Σώκρατες.
 Σω. αὐτὸς ὃ τι βούλει πρώτος ἐξευρεῖν λέγε.
 Στ. ἀκήκοας μυριάκεις, ἄγῶ βούλομαι.
 Σω. περὶ τῶν τόκων, ὅπως ἂν ἀποδῶ μηδενί.
 Σω. ἴδι νυν, καλύπτου, καὶ σχάσας τὴν φροντίδα
 λεπτήν, κατὰ μικρὸν περιφρονεῖ τὰ πράγματα,
 ὁρῶν δὲ διαιρῶν καὶ σκοπῶν.
 Στ. οἴμοι τάλας.
 Σω. ἔχ' ἀτρέμα· κἄν ἀπορῆς τι τῶν νοημάτων,
 ἀφείδ' ἀπελθε· κἄτα τὴν γνώμην πάλιν
 κίνησον αὐτίς ἐς αὐτὸ, καὶ ζυγώθρισον.
 Στ. ὦ Σωκρατίδιον φίλτατον---
 Σω. τί, ὦ γέρον ;
 Στ. ἔχω τόκου γνώμην ἀποστρεφτικῆν.
 Σω. ἐπίδειξον αὐτήν.
 Στ. εἰπέ δὴ νῦν μοι τοδί·
 γυναῖκα φαρμακίδ' εἰ περιάμενος Θεσσαλήν,
 κατέλοιμι νύκτωρ τὴν σελήνην, εἶτα δὴ
 αὐτὴν καθεῖρξαιμ' ἐς λοφεῖον στρογγύλον,
 ὥσπερ κάτοπτρον, κἄτα τηροίην ἔχων---
 Σω. τί δῆτα τοῦτ' ἂν ὠφελήσειέν σ' ;
 Στ. ὃ τι ;
 Σω. εἰ μηκέτ' ἀνατέλλοι σελήνη μηδαμοῦ,

- Soc. Habesne aliquid ?
 STREPS. Edepol nihil ego.
 Soc. Nihil prorsus ?
 STREPS. Nihil, nisi penem hunc, quem teneo dextra.
 Soc. Nonne te cooperiens ocius aliquid meditaberis ?
 Πε. τίς δ' αὖ καδέξει τῆς πόλεως τὸ Πελαργικόν ;
 Επ. ὄρνις ἀφ' ἡμῶν τοῦ γένους τοῦ Περσικοῦ,
 ὅσπερ λέγεται δεινότατος εἶναι πανταχοῦ
 ἄρεος νεοττός.

Ευ. ὦ νεοττὲ δέσποτα.
 αἴς δ' ὁ θεός ἐπιτήδειος οἰκεῖν ἐπὶ πετρῶν.
 Πε. ἄγε νυν, σὺ μὲν βιάδιζε πρὸς τὸν ἄερα,
 καὶ τοῖσι τειχίζουσι παραδιακόνει,
 χάλικας παραφόρει, πηλὸν ἀποδὸς ὄργασον,
 λεκάνην ἀνένεγκε, κατάρπασ' ἀπὸ τῆς κλίμακος,
 φύλακας κατάρπασαι, τὸ πῦρ ἔγκρυπτ' αἰεὶ,
 κωδωνοφορῶν περίτρεχε, καὶ κάθειδ' ἐκεῖ·
 κήρυκε δὲ πέμψον, τὸν μὲν εἰς θεοῦς ἄνω,
 ἕτερον δ' ἄνωθεν αὖ παρ' ἀνθρώπους κάτω,
 κᾶκειθεν αὖθις παρ' ἐμέ.

Ευ. σὺ δέ γ' αὐτοῦ μένων
 οἴμωζε παρ' ἐμ'.

Πε. ἴθ', ὦ γὰρ, οἱ πέμπω σ' ἐγώ.
 οὐδὲν γὰρ ἄνευ σοῦ τῶνδ', ἂ λέγω, πεπράξεται.
 ἐγὼ δ', ἵνα θύσω τοῖσι καινοῖσιν θεοῖς,
 τὸν ἱερέα πέμψοντα τὴν πομπὴν καλῶ.
 παῖ, παῖ, τὸ καινοῦν αἴρεσθε καὶ τὴν χέρνιβα.

Χο. ὁμοῖοι δὲ, συνθέλω,
 συμπαρανέσασ ἔχω,
 προσόδια μεγάλα
 σεμνὰ προσίεναι θεοῖσιν·

na integram armaturam habet, Clisthenes autem radium tex-
 torium ?

PISTH. Quis autem murum urbis Pelargicum obtinebit ?

EP. Ales hinc e nobis origine Persica, qui ubique dicitur
 acerrimus esse Martis pullus.

PUEL. O pulle domine ! ut idoneus erit ille deus ad inco-
 lendas petras !

PISTH. Agedum tu vade ad aërem, illisque, qui murum
 exstruunt, ministeria præstato : cæmenta adporta, lutumque
 nudus macera, pelvim fer sursum, de scala decide, custodes
 constitue, ignem absconde semper, cum tintinnabulo circum-
 cursita, atque ibi dormi : præcones mitte, unum ad deos
 sursum, alterumque desuper ad homines deorsum, indeque
 rursus ad me.

PUEL. Tu vero hic remanens, per me licet, plora.

PISTH. I, ô bone, eo quo te mitto : nihil enim eorum, quæ
 dixi, sine te geretur. Ego vero, ut sacra peragam novis diis,
 sacerdotem, qui pompam ducat, vocabo. Heus puer, puer,
 canistrum afferte et gutturnium.

CHOR. Sociam operam conjungo, consentio, adhortor,
 supplicationes magnificæ et splendidæ ut fiant diis ; in-

superque ad persolvendas gratias victima quæpiam simul ut immoletur. Eat, eat Pythii carminis clamor in honorem Dei, et concinat Chæris cantilenam.

PISTH. Desine tu inflare tibiam. O Hercules! quid illud erat rei? Ita me Jupiter amet, ego multa quum viderim et admiranda, nondum usque adhuc corvum vidi capistratum.

EP. Sacerdos, hoc age, operare diis novis.

SAC. Faciam herele. Sed ubi ille, qui canistrum tenet? Veneramini Vestam avicularem, miluumque Larem, et alites Olympios atque Olympias cunctos et cunctas.

CHOR. O accipiter, tutela Suni, salve Rex Pelargice.

SAC. Cyenumque Pythium et Delium, Latonamque coturnicem ingentem, et Dianam acalanthidem.

PISTH. Non amplius Colænis dicatur, sed acalanthis Diana.

SAC. Et frigillam Sabaziam, struthumque, Magnam Matrem deum hominumque.

CHOR. Cybebe domina, struthe, mater Cleocriti, da Nubicu-
culiensibus sanitatem et salutem, ipsis, sociisque Chiis.

PISTH. Chii sane me delectant, ubique adjuncti.

SAC. Heroesque et aves, heroumque natos, et porphyrionem,

ἄμα δὲ προσέτι χάριτος ἔνεκα
πρόβατόν τι θύειν.

ἴτω, ἴτω, ἴτω δὲ Πυθιάς βοὰ τῷ θεῷ
συναδέτω δὲ Χαΐρις.

Πε. παῦσαι σὺ φυσῶν. Ἡράκλεις, τουτί, τί ἦν
τουτί; μὰ Δί' ἐγὼ πολλὰ δὴ καὶ δεῖν' ἰδὼν,
οὔπω κόρακ' εἶδον ἐμπεφορβιαμένον.

Επ. ἱερεῦ, σὸν ἔργον, θύε τοῖς καινοῖς θεοῖς.

Ιε. δράσω τὰδ'. ἀλλὰ ποῦ 'στὶν ὁ τὸ καινοῦν ἔχων;
εὐχέσθαι τῇ Ἐστίᾳ τῇ ὄρνιθίῳ,
καὶ τῷ ἰκτίνῳ τῷ ἐστιούχῳ,
καὶ ὄρνισιν Ὀλυμπίοις καὶ Ὀλυμπήσι
πᾶσι καὶ πάσῃσιν.

Χο. ᾧ Σουνιέρακε, χαῖρ' ἀναξ Πελαργικέ.

Ιε. καὶ κύκνω Πυθίῳ καὶ Δηλίῳ,
καὶ Λητοῖ Ὀρτυγομήτρᾳ,
καὶ Ἀρτέμιδι Ἀκαλανθίδι.

Πε. οὐκέτι Κολαινίς, ἀλλ' Ἀκαλανθὶς Ἀρτεμῖς.

Ιε. καὶ Φρυγίῳ Σαβαζίῳ,
καὶ στρουθῷ, Μεγάλῃ
Μητρί θεῶν καὶ ἀνδρώπων.

Χο. δέσποινα Κυβέλλη, στρουθε, μήτερ Κλεοκρίτου,
διδόναι Νεφελοκοκκυγιεῦσιν
ὑγείαν καὶ σωτηρίαν,
αὐτοῖσι καὶ Χίοισι.

Πε. Χίοισιν ἦσθην πανταχοῦ προσκειμένοις.

Ιε. καὶ ἦρωσι, καὶ ὄρνισι, καὶ ἡρώων παισὶ,
καὶ πορφυρίωνι, καὶ πελεκᾶντι,

καὶ πελεκίνῳ, καὶ φλέξιδι,
καὶ τέτρακι, καὶ ταῶνι,
καὶ ἑλεῖ, καὶ βάσκα,
καὶ ἑλασαῖ, καὶ ἐρωδιῶ,
καὶ καταράκτῃ, καὶ μελαγκορύφῳ
καὶ αἰγιδάλλῳ—

Πε. παῦ' ἐς κόρακας· παῦσαι καλιῶν, ἰού, ἰού.
ἐπὶ ποῖον, ᾧ κακόδαιμον, ἰερεῖον καλεῖς
ἀλαιέτους, καὶ γῦπας; οὐχ ἕρῃς, ὅτι
ἴκτινος εἶς ἂν τοῦτό γ' οἴχοιθ' ἀρπάσας;
ἄπελθ' ἀφ' ἡμῶν καὶ σὺ, καὶ τὰ στέμματα·
ἐγὼ γὰρ αὐτὸς τουτογὶ θύσω μόνος.

Ιε. εἴτ' αὔθις αὐτ' ἄρα σοι
δεῖ με δεύτερον μέλος
χέρνιβι θεοσεβῆς
ὄσιον ἐπιβοᾶν, καλεῖν δὲ
μάκαρας, ἕνα τινὰ μόνον, εἴπερ
ἱκανὸν ἔξετ' ὄψον.
τὰ γὰρ παρόντα θύματ' οὐδὲν ἄλλο πλὴν
γένειόν ἐστι καὶ κέρατα.

Πε. θύοντες εὐξάμεσθα τοῖς πτερίνοις θεοῖς.

Πο. Νεφελοκοκκυγίαν τὰν εὐδαίμονα
κλήσον, ᾧ Μοῦσα,
τεαῖς ἐν ὕμνων ᾠδαῖς.

Πε. τουτὶ τί τὸ πρᾶγμα, ποδαπὸν; εἴπ' ἐμοί, τίς εἶ;

Πο. ἐγὼ μελιγλώσσω ἐπέων ἰεῖς ἀοιδὰν,
Μουσάων θεράπων
ὄτρηρὸς, κατὰ τὴν Ὀμηρον.

et pelicanum, phlexidemque, tetracem, pavonem, eleani, bas-
cam, elasam, ardeam, falconem, ficedulam et parum.

PISTH. Desine; in malam rem; desine clamare. Heu,
heu! ad qualem, miserrime, victimam vocas nisos et vulturios?
nonne vides vel unum miluum istuc omne abripere posse?
aufer te hinc tuasque infulas: ipse enim hæc sacra solus pe-
ragam.

SAC. Ergo alterum rursus ad gutturnium tibi me oportet
accinere carmen, pium sanctumque, et invocare deos, unum
aliquem solummodo, si modo satis habebitis cibi. Has enim,
quæ adsunt, victimas nihil aliud esse dicas, quam barbam et
cornua.

PISTH. Sacra facientes veneremur volucres deos.

POET. Nubicuculiam illam fortunatam celebra, Musa, tuis
hymnorum cantibus.

PISTH. Quid hoc rei est? undenam? dic mihi, quis
es?

POET. Is ego sum, qui mellifluorum carminum fundo cantus,
Musarum famulus expeditus, secundum Homerum.

PISTH. Ergone servus quum sis, comam alis?

POET. Non ita est : verum omnes sumus nos poëtæ Musarum famuli expediti, secundum Homerum.

PISTH. Non temere est ergo, quod lacerum habes amiculum. Sed, ó poëta, quis te huc adegit furor ?

POET. Carmina confeci in Nibuculiam vestram, dithyrambosque multos et elegantes, virginaliaque cantica, quæ Simo- nideis etiam æquiparentur.

PISTH. Quando fecisti tu ea, et a quo tempore ?

POET. Jamdudum equidem, jamdudum hanc urbem concelebro.

PISTH. Nonne ego hoc ipso in articulo nominalia urbis sacra facio, et nomen, tanquam puerulo, nunc primum ei imposui ?

POET. Sed est celerrima Musarum fama, qualis equorum micans pernicitas. Tu vero pater, Ætnæ conditor, divinorum honorum cognominis, largire mihi, quodcunque tuo tibi capite adnuens velis propitius dare mihi.

PISTH. Istuc nobis malum hominis facesset negotia, nisi defungamur, quidpiam illi dantes. Heus tu, qui sagum habes et tunicam, illud exue, et da lepido poëtæ. En tibi sagum : prorsus enim mihi frigere videris.

POET. Donum quidem hocce lubens accipit mea Musa : tu vero animo tuo percipe hos Pindari versus—

Πε. ἔπειτα δῆτα δοῦλος ὦν κόμην ἔχεις ;

Πο. οὐκ· ἀλλὰ πάντες ἐσμὲν οἱ διδάσκαλοι
Μουσῶν θεράποντες

ὄτρηροί, κατὰ τὸν Ὅμηρον.

Πε. οὐκ ἐτὸς ὄτρηρόν καὶ τὸ ληθάριον ἔχεις.

ἀτὰρ, ὦ ποιητὰ, κατὰ τί δεῦρ' ἀνεφθάρης ;

Πο. μέλη πεποίηκ' ἐς τὰς Νεφελοκοκκυγίας
τὰς ὑμετέρας, κύκλιά τε πολλὰ καὶ καλὰ,
καὶ παρθεναῖα, καὶ κατὰ τὰ Σιμωνίδου.

Πε. ταυτὶ σὺ πῶτ' ἐποίησας ; ἀπὸ ποίου χρόνου ;

Πο. πάλαι, πάλαι δὴ τήνδ' ἐγὼ κλήζω πόλιν.

Πε. οὐκ ἄρτι θύω τὴν δεκάτην ταύτης ἐγώ ;
καὶ τοῦνομι', ὡσπερ παιδίῳ, νῦν δὴ θέμην.

Πο. ἀλλὰ τις ἀκεῖα Μουσῶν φάτις,
οἷά περ ἵππων ἀμαρυγὰ.

σὺ δ', ὦ πάτερ κτίστος Αἴτνας,

ζαθέων ἱερῶν ὁμῶνυμε,

δὸς ἐμῖν, ὃ τι περ

τεῶ κεφαλαῖ θέλεις

πρόφρων δόμεν ἐμῖν, τεῖν.

Πε. τουτὶ παρέξει τὸ κακὸν ἡμῖν πράγματα,

εἰ μὴ τι τούτῳ δόντες ἀποφευξοῦμεθα.

οὔτος, σὺ μέντοι σπολάδα καὶ χιτῶν ἔχεις,

ἀπόδουθι, καὶ δὸς τῷ ποιητῇ τῷ σοφῷ.

ἔχε τὴν σπολάδα· πάντως δ' ἐμεῖ ῥιγῶν δοκεῖς.

Πο. τόδε μὲν οὐκ ἀέκουσα φίλα

Μοῦσα δῶρον δέξεται·

τὸ δὲ τεῶ φρενὶ μάθε

- Πινδάρειον ἔπος:---
 Πε. ἄνθρωπος ἡμῶν οὐκ ἀπαλλαχθήσεται.
 Πο. Νομάδεσσι γὰρ ἐν Σκύθαις
 ἀλάται Στράτων,
 ὃς ὑφαντοδόνητον ἔσθλος οὐ σέπεται.
 ἀκλεῆς δ' ἔβα σπολάς ἀνευ χιτῶνος.
 σύνης, ὃ τοι λέγω ;
 Πε. ξυνῆχ', ὅτι βούλει τὸν χιτωνίσκον λαβεῖν.
 ἀπόδουδι· δεῖ γὰρ τὸν ποιητὴν ὠφελεῖν.
 ἄπελθε τουτονὶ λαβῶν.
 Πο. ἀπέρχομαι,
 κὰς τὴν πόλιν γ' ἐλθὼν ποιήσω δὴ ταδί·
 κλήσον, ᾧ χευσόθρονε, τὰν
 τρομερὰν, κρουεράν·
 νιφόβολα πεδία, πολύσπορά τ'
 ἤλυθον· ἀλαλάν.
 Πε. νῆ τὸν Δί' ἀλλὰ γὰρ πῆφευγας ταυταγί
 τὰ κρουερά, τονὸν τὸν χιτωνίσκον λαβῶν.
 τουτὶ μὰ Δί' ἐγὼ τὸ κακὸν οὐ ποτ' ἤλπισ' ἄν,
 οὕτω ταχέως τοῦτον πεπίσθαι τὴν πόλιν.
 αὔθις σὺ περιχώρει λαβῶν τὴν χέρνιβα.
 εὐφημί' ἔστω.
 Ιε. μὴ κατάρξῃ τοῦ τραγού.
 Χρ. σὺ δ' εἴ τίς ;
 Πε. ὅστις ; χρησμολόγος.
 Χρ. οἴμωξέ νυν.
 Πε. ᾧ δαιμόνιε, τὰ θεῖα μὴ φαύλως φέρε·
 Χρ. ὡς ἐστὶ Βάκιδος χρησμὸς ἀντικρὺς λέγων

- PISTH. Importunus iste a nobis non discedet.
 POET. Nomades enim inter Scythas palatur Straton, qui
 textilem vestem non possidet ; indecorum autem venit sagum
 sine tunica. Intellige quid dicam.
 PISTH. Intelligo, nempe tunicam accipere te velle. Exue
 tu : poëtae enim benefacere oportet. Hanc sume et abi.
 POET. Abeo, atque hinc digressus carmina hæc in urbem
 vestram componam. Concelebra, ó Apollo aureo sedens in
 solio, tremulam hanc et frigidam urbem : in campos nive con-
 spersos fertilesque veni : alalan.
 PISTH. Hercle enimvero istos effugisti frigidos campos, ac-
 cepta hac tunica. Haud pol ego malum hoc unquam speras-
 sem, ut ille tam cito quicquam inaudiret de urbe nostra.
 Rursus tu circumi sumto gutturnio.
 SAC. Favete linguis.
 FAT. Ne immola hircum.
 PISTH. Tu vero quis es ?
 FAT. Quis sim ? fatidicus.
 PISTH. Itaque nunc plora.
 FAT. O bone, res divinas ne contemptui habeas : namque
 Bacidis exstat vaticinium, quod manifesto respicit ad Nubicu-
 cullam.

PISTH. Cur ergo de eo certiore me non fecisti, antequam ego hanc urbem conderem?

FAT. Divinum me impedivit numen.

PISTH. Sed nihil obstat, quin ista carmina audiamus.

FAT. *At quando incoluerint lupi canæque cornices eodem in loco Corinthum inter et Sicyonem—*

PISTH. Quid mihi, quæso, cum Corinthiis est?

FAT. *Obscure per illud Bacis indicavit aërem. Primum Pandoræ faciendum est albi velleris arietis: quique meorum primus venerit carminum interpres, illi donanda vestis pura, et calcei novi—*

PISTH. Estne istic scriptum, de calceis?

FAT. *Hem specta, eccum libellum. Phialaque insuper est danda, et extis ei implenda manus—*

PISTH. Etiamne istic scriptum exta esse danda?

FAT. *Hem specta, eccum libellum. Siquidem illa, divine juvenis, confeceris, uti præcipio, aquila in nubibus eris; ni vero dederis, neque turtur eris, neque aquila, nec picus.*

PISTH. Ista etiam istic insunt scripta?

FAT. *Hem specta, eccum libellum.*

PISTH. Neutiquam igitur simile est illud oraculum isti, quod egomet mihi ex Apollinis vaticiniis descripsi: *Quum vero homo invocatus venerit, ineptus ostentator, et sacra facientibus odio erit, extorumque partem sibi flagitabit, tunc demum verberibus ipsi latera contundere oportet---*

εἰς τὰς Νεφελοκοκκυγίας.

Πε. καίπειτα πῶς
ταῦτ' οὐκ ἐχρησιμολόγεις σὺ, πρὶν ἐμὲ τὴν πόλιν
τῆνδ' οἰκίσαι;

Χρ. τὸ θεῖον ἐνεπὸδιζέ με.

Πε. ἀλλ' οὐδὲν ὄιον ἔστ' ἀκούσαι τῶν ἐπῶν.

Χρ. Ἄλλ' ὅταν οἰκήσωσι λύκοι πολιαί τε κορώναι
ἐν ταυτῷ τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος---

Πε. τί οὖν προσήκει δῆτ' ἐμοὶ Κορινθίων;

Χρ. ἤνιξαιδ' ὁ Βάκισ τοῦτο πρὸς τὸν ἀέρα.
πρῶτον Πανδώρα θυσαὶ λευκότριχα κριόν'
ὅς δέ κ' ἐμῶν ἐπέων ἔλθῃ πρῶτιστα προφήτης,
τῷ δόμεν ἱμάτιον καθαρὸν, καὶ καινὰ πέδιλα---

Πε. ἔνεστι καὶ τὰ πέδιλα;

Χρ. λαβὲ τὸ βιβλίον.

καὶ φιάλην δῶναι, καὶ σπλάγχων χεῖρ' ἐπιπλῆσαι---
καὶ σπλάγχνα διδόναι ἔνεστι;

Χρ. λαβὲ τὸ βιβλίον.

καὶ μὲν, θεσπιαε κούρε, ποιῆς ταῦθ', ὡς ἐπιτέλλω,
αἰετὸς ἐν νεφέλῃσι γενήσεται· αἱ δέ κε μὴ δῶς,
οὐκ ἔσει οὐ τρυγῶν, οὐδ' αἰετὸς, οὐ δευκολάπτῃς.

Πε. καὶ ταῦτ' ἔνεστ' ἐνταῦθα;

Χρ. λαβὲ τὸ βιβλίον.

Πε. οὐδὲν ἄρ' ὁμοίως ἔσθ' ὁ χρησμὸς τουτῶι,
ὃν ἐγὼ παρὰ τὰ πόλλωνος ἐξεγραψάμην.

Αὐτὰρ ἐπὴν ἄκλητος ἰὼν ἄνθεπος ἀλαζῶν
λυπῆ θύοντας, καὶ σπλαγχνεύειν ἐπιδυμῆ,
δὴ τότε χρεὶ τύπτειν αὐτὸν πλευρῶν τὸ μεταξὺ---

- Χρ. οὐδὲν λέγειν οἴμαί σε.
 Πε. λαβὲ τὸ βιβλίον.
 καὶ Φεΐδου μηδὲν, μηδ' αἰστοῦ ἐν νεφέλῃσι,
 μήτ' ἦν Λάμπων ᾗ, μήτ' ἦν ὁ μέγας Διοπεΐδης.
 Χρ. καὶ ταῦτ' ἔνεστ' ἐνταῦθα;
 Πε. λαβὲ τὸ βιβλίον.
 οὐκ εἴ θύραζ' ἐς κόρακας;
 Χρ. οἴμοι δείλαιος.
 Πε. οὐκουν ἐτέρωσε χρησμολογήσεις ἐκτρέχων;
 Με. ἦκω παρ' ὑμᾶς---
 Πε. ἔτερον αὖ τουτὶ κακόν.
 τί δ' αὖ σὺ δράσων; τίς δ' ἰδέα βουλήματος;
 τίς ἢ πίνουσα; τίς ὁ κόθορνος τῆς ὁδοῦ;
 Με. γεωμετρήσαι βούλομαι τὸν ἀέρα
 ὑμῖν, διελεῖν τε κατὰ γύας.
 Πε. πρὸς τῶν θεῶν,
 σὺ δ' εἴ τίς ἀνδρῶν;
 Με. ὅστις εἴμ' ἐγώ; Μέτων,
 ὃν οἶδεν Ἑλλάς, χῶ Κολωνός.
 Πε. εἴπ' ἐμοὶ,
 ταυτὶ δέ σοι τί ἐστι;
 Με. κανόνες ἀέρος.
 αὐτίκα γὰρ ἀήρ ἐστι τὴν ἰδέαν ὄλος
 κατὰ πνιγέα μάλιστα. προσθεῖς οὖν ἐγὼ
 τὸν κανόν' ἀνωθεν τουτοῦ τὸν καμπύλον,
 ἐνθεῖς διαβήτην--μανθάνεις;
 Πε. οὐ μανθάνω.
 Με. ὁρθῶ μετρήσω κανόνι, προστιθεῖς, ἵνα

- FAT. Equidem te nugae dicere arbitror.
 PISTH. Hem specta, eccum libellum. *Nec parce quicquam,
 nec aquilæ in nubibus, neque si vel Lampon fuerit, magnusve
 Diopithes.*
 FAT. Ista etiam istis insunt scripta?
 PISTH. Hem specta, eccum libellum. Non foras abibis in
 maximam malam crucem?
 FAT. Væ mihi misero!
 PISTH. Non tu hinc te alio propries oracula enarratum?
 MET. Ad vos venio---
 PISTH. Ecce aliud iterum hocce malum. Quam vero ob
 causam tu huc ades? quæ consilii ratio? quod institutum?
 cur ad hoc te iter accinxisti?
 MET. Dimetiri vobis aërem volo, non secus atque terram so-
 lent geometræ, et in jugera dirimere.
 PISTH. Per deos quæso, quis tu homo es?
 MET. Quis ego sim? Meto, quem novit Græcia omnis et
 Colonus.
 PISTH. Dic sodes, quid illud vero rei habes?
 MET. Regulas aëris. Ut enim verbo dicam, totus aër for-
 ma maxime consimilis est furno; ego igitur adposita sursum
 hac ipsa curva regula, impositoque circino---intelligisne?
 PISTH. Non sane.
 MET. Rectam admovebo regulam, dimetiarque, ita ut cir-

culus existat tibi quadratus, inque medio forum: eo autem ducant undique viæ rectæ, ad ipsum illud medium, sicut a Sole, qui ipse rotundus est, recti quaquaversum radii refulgent.

PISTH. Hem homo Thaletis instar sapiens! Meto---

MET. Quid me vis?

PISTH. Scin', quam te amem? atque si mihi obsequeris, hinc ocius te amove.

MET. Quid enim est periculi?

PISTH. Sicuti Lacedæmone peregrini hinc expelluntur, frequentesque per urbem infligi occeperunt plagæ.

MET. Num orta est inter vos seditio?

PISTH. Non edepol istuc.

MET. Sed qui vero?

PISTH. Communi consensu male mulcare omnes jactatores visum est.

MET. Itaque hercle me hinc subducam.

PISTH. Et vero haud scio an celeri fuga verbera sis evitaturus: hæc enim ecce e propinquo tibi impendent.

MET. Væ mihi misero!

PISTH. Nonne jamdudum id tibi dicebam? non tuo te modulo metieris, atque alio recipies?

INS. Ubi sunt hospitem patroni?

PISTH. Quis hic Sardanapalus est?

INS. Inspector huc venio, fabæ sorte electus, ad Nubicuculiam.

ὁ κύκλος γένηται σοι τετράγωνος· κἄν μέσῳ ἀγορά· φέρουσαι δ' ὥσιν εἰς αὐτὴν ὁδοὶ ὀρθαὶ πρὸς αὐτὸ τὸ μέσον, ὥσπερ τὰς τέρας, αὐτοῦ κυκλοτέρους ὄντας, ὄρθαι πανταχῆ ἀκτῖνες ἀπολάμπουσιν.

Πε. ἄνθρωπος Θαλής,

Μέτων---

Με. τί ἐστίν;

Πε. οἶσθ' ὅτι φιλῶ σ' ἐγώ; κἄμοι πιθόμενος ὑπαποκίνει τῆς ὁδοῦ.

Με. τί δ' ἐστὶ δεινόν;

Πε. ὥσπερ ἐν Λακεδαίμονι, ξενηλατοῦνται, καὶ κεκίνηται τινες πληγαὶ συχναὶ κατ' ἄστυ.

Με. μῶν στασιάσετε;

Πε. μὰ τὸν Δί' οὐ δῆτ'.

Με. ἀλλὰ πῶς;

Πε. ὁμοθυμαδὸν

σποδεῖν ἅπαντας τοὺς ἀλαζόνας δοκεῖ.

Με. ὑπάγοιμι γὰρ ἂν γε, νῆ Δί'.

Πε. ὡς οὐκ οἶδ' ἄρ', εἰ φθαιῆς ἂν· ἐπικεῖνται γὰρ ἔγγυς αὐταῖτ'.

Με. οἴμοι κακοδαίμων.

Πε. οὐκ ἔλεγον ἐγὼ πάλαι;

οὐκ ἀναμετρήσεις σαυτὸν ἀπιὼν ἀλλαχῆ;

Επ. ποῦ Πράξινοι;

Πε. τίς ὁ Σαρδανάπαλος οὗτος;

Επ. Ἐπίσκοπος ἦκω δεῦρο, τῷ κυάμῳ λαχὼν,

- ἐς τὰς Νεφελοκοκκυγίας.
 Πε. Ἐπίσκοπος ;
 ἔπεμψε δὲ τίς σε δεῦρο ;
 Επ. Φαῦλον βιβλίον
 Τελέου.
 Πε. τί ; βούλει δῆτα, τὸν μισθὸν λαβών,
 μὴ πρᾶγματ' ἔχειν, ἀλλ' ἀπιέναι ;
 Επ. νῆ τοὺς θεούς·
 ἐκκλησιάσαι δ' οὖν ἐδεόμην οἴκοι μένων.
 ἔστιν γὰρ ἅ δι' ἐμοῦ πέραται Φαρνάκη.
 Πε. ἀπιδι λαβών· ἔστιν δ' ὁ μισθὸς οὗτοςί.
 Επ. τουτὶ τί ἦν ;
 Πε. ἐκκλησία περὶ Φαρνάκου.
 Επ. μαρτύρομαι τυπτόμενος, ὃν Ἐπίσκοπος.
 Πε. οὐκ ἀποσοθήσεις ; οὐκ ἀποισεις τῷ κάδῳ ;
 οὐ δεινά ; καὶ πέμπουσιν ἤδη πισκόπους
 ἐς τὴν πόλιν, πρὶν καὶ τεθῆσθαι τοῖς θεοῖς.
 Ψη. Ἐὰν ὁ Νεφελοκοκκυγιεὺς τὸν Ἀ-
 θηναῖον ἀδικῆ--
 Πε. τουτὶ τί ἐστὶν αὐτὸ κακὸν τὸ βιβλίον ;
 Ψη. ψηφισματοπώλης εἰμι, καὶ νόμους νέους
 ἦκω παρ' ὑμᾶς δεῦρο πωλήσων.
 Πε. τὸ τί ;
 Ψη. Χρῆσθαι Νεφελοκοκκυγίας καὶ τοῖσδε τοῖς
 μέτροισι, καὶ σταθμοῖσι, καὶ ψηφίσμασι,
 καθάπερ Ὀλοφύξιοι.
 Πε. σὺ δέ γ' οἶσί περ Ὀτοτύξιοι χεῖρσι τάχα.
 Ψη. οὗτος, τί πάσχεις ;

- PISTH. Inspector? quis vero te huc misit?
 INS. Improbus libellus Teleæ.
 PISTH. Quid? Vin' ergo, accepta mercede, carere molestia,
 atque abire?
 INS. Perquam lubenter, ita me dii deæque ament. Quippe
 concioni oportebat me adfuisse domi manentem: sunt enim
 nonnulla a me in rem Pharnacis confecta.
 PISTH. Amove te, accepta mercede: est autem ea hæcce.
 INS. Quid rei est istuc?
 PISTH. Habita super Pharnace concio.
 INS. Antestor me verberatum, qui Inspector sum.
 PISTH. Non te proripies? non auferes judiciarias tuas ur-
 nas? nonne hæc sunt intolerabilia? et mittunt jam Inspectores
 in hanc urbem, antequam sacra diis facta fuerint.
 LEG. Si vero Nubicuculiensis Atheniensem læserit---
 PISTH. Quid istuc iterum est mali libelli?
 LEG. Decretorum populi venditor sum, novasque leges ad
 vos huc venio venditurus.
 PISTH. Quid autem?
 LEG. Utuntor Nubicuculienses iisdem mensuris, ponderibus
 et legibus, quibus Olophyxii.
 PISTH. Tu vero vapulans jam mox illis uteris, quibus Oto-
 tyxii.
 LEG. Heus quid agis?

PISTH. Nonne tu hinc tuas leges auferes? acerbis ego tibi hodie leges ostendam.

INS. Arcesso Pisthetærum injuriarum in Munychionem mensem.

PISTH. Itane vero? etiamnum tu hic stabas?

LEG. Si vero quis expellat magistratus, neque recipiat secundum præscriptum edicti in columna—

PISTH. Væ mihi misero! Tune etiam hic eras adhuc?

INS. Disperdam te, et dicam tibi decem millium drachmarum scribo.

PISTH. Ego vero tuas urnas comminuam.

INS. Meministin' ut olim publicam columnam vesperi concacasti.

PISTH. Ehodum, aliquis illum comprehendat. Heus tu, non manebis?

SAC. Hinc nos præpropere digrediamur, hircum intus diis sacrificaturi.

SEM. Jam nunc mihi cuncta adspicienti, cunctaque regenti mortales omnes sacra facient votivis precibus. Universam enim terram inspicio, et conservo bene florentes fructus, interimens omnigenum genera animalium, quæ omnia in terra ex calyce progerminantia ore voraci, arboribusque insidentia, fructus depascuntur: itidem conficio, quæ hortos odoratos corrumpunt pessimis modis; reptiliaque et noxia venenato morsu, quantum eorum est, vi alarum mearum internecone pereunt.

Πε. οὐκ ἀποίσεις τοὺς νόμους;

πικροὺς ἐγὼ σοὶ τήμερον δεῖξω νόμους.

Επ. καλοῦμαι Πεισθέταιρον ὕβρεως

ἐς τὸν Μουνυχιῶνα μῆνα.

Πε. ἄληθες, οὗτος; ἔτι γὰρ ἐνταῦθ' ἦσθα σύ;

Ψη. Ἐὰν δέ τις ἐξελαύνη τοὺς Ἀρχοντας,

καὶ μὴ δέχηται κατὰ τὴν στήλην---

Πε. οἴμοι κακοδαίμων, καὶ σὺ γὰρ ἐνταῦθ' ἦσθ' ἔτι;

Επ. ἀπολῶ σε, καὶ γράψω σε μυζίας δραχμάς.

Πε. ἐγὼ δέ σου γε τῷ κάδῳ διασκεδῶ.

Επ. μέμνησ', ὅτε τῆς στήλης κατετίλας ἐσπέρας;

Πε. αἰδοῦ' λαβέτω τις αὐτόν. οὗτος, οὐ μενεῖς;

Ιε. ἀπίωμεν ἡμεῖς ὡς τάχιστ' ἐντευθενί,

θύσοντες εἴσω τοῖς θεοῖσι τὸν τεράγον.

Ημ. Ἦδη μοι τῶ παντόπτα

καὶ παντάρχα θνητοὶ πάντες

θύσουσ' εὐκταίαις εὐχαῖς.

πᾶσαν μὲν γὰρ γᾶν ὀπτεύω.

σῶζω δ' εὐθαλέας καρπούς,

κτείνων παμφύλων γέννα

θηρῶν, ἃ πάντ' ἐν γαίᾳ

ἐκ κάλυκος αὐξανόμενα γένουσιν πολυφάγοις,

δένδρεσὶ τ' ἐφεζομένα, καρπὸν ἀποβόσκειται·

κτείνω δ', οἱ κήπους εὐώδεις

φθείρουσιν λύμαις ἐχθρίσταις·

ἔρπετά τε καὶ δάκεθ', ὅποσα περ ἂν

ἔστιν, ὑπ' ἐμᾶς πτέρυγος

ἐν φοναῖς ὄλλυται.

Χο. Τῆδε μέντοι θῆμέρα μάλιστ' ἐπαναγορεύεται
 ἣν ἀποκτείνῃ τις ὑμῶν Διαγόραν τὸν Μήλιον,
 λαμβάνειν τάλαντον· ἦν τε τῶν τυράννων τις τινὰ
 τῶν τεθνηκόταν ἀποκτείνῃ, τάλαντον λαμβάνειν.
 βουλόμεσθ' οὖν νῦν ἀνειπεῖν ταῦτα χ' ἡμεῖς ἐνθάδε.
 ἣν ἀποκτείνῃ τις ὑμῶν Φιλοκράτη τὸν Στρούθιον,
 λήψεται τάλαντον· ἦν δὲ ζῶντ' ἀναγάγῃ, τέτταρα·
 ὅτι συνείρων τοὺς σπίνους, παλεῖ καθ' ἑπτὰ τοῦ ἔβολου.
 εἶτα φυσῶν τὰς κίχλας, δείκνυσι καὶ λυμαίνεται,
 τοῖς τε κοψίχοισιν εἰς τὰς ῥίνας ἐγχεῖ τὰ πτερά.
 τὰς περιστεράς θ' ὁμοίως ξυλλαβῶν, εἶρξας ἔχει,
 καὶ παναγκάζει παλεύειν δεδεμένους ἐν δικτύῳ.
 ταῦτα βουλόμεσθ' ἀνειπεῖν· καί τις ὄρνιθας τρέφει
 εἰργμένους ὑμῶν ἐν αὐλῇ, φράζομεν μεθιέναι·
 ἦν δὲ μὴ πεῖδησθε, συλληφθέντες ὑπὸ τῶν ὄρνέων,
 αὐθις ὑμεῖς αὖ παρ' ἡμῖν δεδεμένοι παλεύσετε.

Ημ.

Εὐδαιμον Φῦλον πτηνῶν
 οἰωνῶν, οἱ χειμῶνος μὲν
 χλαίνας οὐκ ἀμπισχοῦνται·
 οὐδ' αὖ θερμῇ πνίγους ἡμᾶς
 ἀκτῖς τηλαυγῆς θάλαπει·
 ἀλλ' ἀνθηρῶν λειμώνων
 φύλλων ἐν κόλποις ναίω,
 ἦνίκα' ἀν' ὀθροπέσιος ὄξυ μέλος ἀχέτας
 θάλαπσι μεσημερινοῖς ὑφ' ἡλίῳ μανεῖς βοᾷ.
 χεῖμάζω δ' ἐν κοίλοις ἄντροις,
 Νύμφαις οὐρεῖαις ξυμπαίζων·
 ἡρινά τε βοσκόμεθα παρθένια

CHOR. Hac maxime die per præconem promulgatur : si
 quis vestrum Diagoram interficiat Melium, accipiet talentum :
 itidem si defunctorum tyrannorum quempiam quis occidat,
 talentum accipiet. Nos igitur etiam ista nunc hic promul-
 gare volumus : si quis vestrum Philocratem occiderit Struthium,
 talentum accipiet : sin vivum adduxerit, quatuor ; quia frigil-
 las colligans, septenos obolo vendit ; turdos itidem sufflans
 palam ostendit, et indigne habet ; merulis etiam in nares im-
 mittit pennas ; similiterque comprehensas columbas habet in-
 clusas, aliasque cogit aves illicere, in reti deligatas. Hæc pub-
 licare volumus : et si quid vestrum aves alat conclusas in
 caveis, edicimus ut dimittatis : quod si morem non gesseritis,
 vos ab avibus comprehensi invicem apud nos vinceti, illices
 eritis.

SEM. O fortunatam volucrium gentem avium, quæ hieme
 lænis amictæ non sunt : neque rursus calore nos urunt æstus
 late resplendentes radii : sed florida per prata foliorum in
 gremiis incolo, quando meridianis solis ardoribus furiata stri-
 dula vates argutum resonat melos : hiemem vero transigo
 cavis in antris, colludens Nymphis monticolis ; vernasque de-

pascimur virgineas et candidas myrti baccas, Gratiarumque hortulos.

CHOR. Judicibus aliquid dicere volumus de victoria, quam si nobis adjudicaverint, iis omnibus bona largiemur, ita ut dona accipiant multo majoris preti, quam illa Paridi data. Primum igitur, cujus rei maxime omnis iudex cupidus est, noctuæ nunquam vos destituent Laurioticæ, sed intus inhabitabunt, et in marsupiis vestris nidificabunt, excludentque minutos nummulos. Præterea tanquam in templis habitabitis: ædium enim vestrarum tectis pinnas addemus. Et si forte apti fueritis magistratum, et quid surripere volueritis, celerem vobis in manus accipitrem dabimus. Si vero aliquo ad cœnam eatis, gulas vobis mittemus. Sin victoriam nobis abjudicetis, curate vobis lunulas fabricarier, tanquam statuis: nam quicunque vestrum lunulam non habebit, quando candida læna eritis induti, tunc maxime pœnas nobis dabit, ut ab omnibus avibus concacemini.

PISTHETÆRUS, NUNTII, CHORUS, IRIS, PRÆCO,
PATRICIDA, CINESIAS, SYCOPHANTA.

PISTH. Pulcherrime, ô aves, sacris litavimus. At mirum a mœnibus nullum adhuc adesse nuntium, ex quo cognoscamus, quæ ibi gerantur. Eccum vero occurrit aliquis Alpheum spirans.

NUNT. I. Ubi, ubi est, ubi, ubi, ubi est, ubi, ubi, ubi est, ubi, ubi locorum est Pisthetærus Imperator?

λευκότροφα μύρτα, Χαρί-
των τε κηπεύματα.

Χο. Τοῖς κριταῖς εἰπεῖν τι βουλόμεσθα τῆς νίκης πῶρι,
ὄσ' ἀγάθ', ἣν κρίνωσιν ἡμᾶς, πᾶσιν αὐτοῖς δώσομεν,
ὥστε κρείττω δῶρα πολλῶ τῶν Ἀλεξάνδρου λαβεῖν.
πρῶτα μὲν γὰρ, οὐ μάλιστα πᾶς κριτῆς ἐφίεται,
γλαυκῆς ὑμᾶς οὐποτ' ἐπιλείψουσι Λαυριωτικάι·
ἀλλ' ἐνοικήσουσιν ἔνδον, ἐν τε τοῖς βαλαντίοις
ἐννεοττεύσουσι, καὶ κλέψουσι μικρὰ κέρματα.
εἶτα πρὸς τούτοις, ὥσπερ ἐν ἱεροῖς οἰκήσετε.
τὰς γὰρ ὑμῶν οἰκίας ἐρέψομεν πρὸς αἰτόν.
καὶ λαχόντες ἀρχίδιον, εἶθ' ἀρπάσαι βούλησθέ τι,
ὄξυν ἱερακίσκον ἐς τὰς χεῖρας ὑμῖν δώσομεν.
ἣν δέ ποῦ δειπνήτε, πρηγορεῶνας ὑμῖν πέμψομεν.
ἣν δὲ μὴ κρίνητε, χαλκεύεσθε μηνίσκους φορεῖν,
ὥσπερ ἀνδριάντες· ὡς ὑμῶν ὅς ἂν μὴ μήνην ἔχη·
ὅταν ἔχητε χλανίδα λευκὴν, τότε μάλισθ' οὕτω δίκην
δώσεθ' ἡμῖν, πᾶσι τοῖς ὄρνεσι κατατιλώμενοι.

ΠΕΙΣΘΕΤΑΙΡΟΣ, ΑΓΓΕΛΟΙ, ΧΟΡΟΣ, ΙΡΙΣ,
ΚΗΡΥΞ, ΠΑΤΡΑΛΟΙΑΣ, ΚΙΝΗΣΙΑΣ,
ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

Πε. ΤΑ μὲν ἰεῖρ' ἡμῖν ἐστίν, ὃ ἔρνιδες, καλά·
ἀλλ' ὡς ἀπὸ τοῦ τείχους πᾶρεστιν ἄγγελος
οὐδεὶς, ὅτου πευσόμεθα τὰ κεῖ πρᾶγματα.
ἀλλ' οὕτωσιν τρέχει τις Ἀλφεῖον πνέων.

Αγ. α'. πού, πού'στι, πού, πῶ, πῶ'στι; πῶ, πῶ, πῶ'σι; πῶ,
ποῦ Πεισθέταιρος ἔστιν Ἄρχων;

- Πε. οὔτοςί.
 Αγ. α'. ἐξωκοδόμηταί σοι τὸ τεῖχος.
 Πε. εὖ λέγεις.
 Αγ. α'. κάλλιστον ἔργον καὶ μεγαλοπρεπέστατον·
 ὥστ' ἂν ἐπάνω μὲν Προξενίδης ὁ Κομπασεύς,
 καὶ Θεαγένης ἐναντίω δὴ ἄρματα,
 ἵππων ὑπόντων μέγεθος, ὅσον ὁ Δούριος,
 ὑπὸ τοῦ πλάτους ἂν παρελασαίτην.
 Πε. Ἡράκλεις.
 Αγ. α'. τὸ δὲ μῆκος ἐστὶ, καὶ γὰρ ἐμέτρησ' αὐτ' ἐγώ,
 ἑκατοντόργυιον.
 Πε. ὦ Πόσειδον τοῦ μάκρους.
 τίνες ὠκοδόμησαν αὐτὸ τηλικουτονί;
 Αγ. α'. ὄρνιθες, οὐδείς ἄλλος, οὐκ Αἰγύπτιος
 πλινθοφόρος, οὐ λιθορραγὸς, οὐ τέκτων παρῆν·
 ἀλλ' αὐτόχειρες, ὥστε θαυμάζειν ἐμέ.
 ἐκ μὲν γε Λιβύης ἤκον αἷς τρισμύριαι
 γέραναι, θεμελίους καταπεπωκυῖαι λίθους.
 τούτους δ' ἐτύκιζον αἱ κρέκεις τοῖς ῥύγχεσιν.
 ἔτεροι δ' ἐπλινθοφόρους πελαργοὶ μυσίοι·
 ὕδωρ δ' ἐφόρουν κάτωθεν ἐς τὴν ἀέρα
 οἱ χαλαδριῶν, καὶ τᾶλλα ποτάμι' ὄρνεα.
 Πε. ἐπηλοφόρου δ' αὐτοῖσι τίνες;
 Αγ. α'. ἐρωδιοὶ
 λεκάναισι.
 Πε. τὸν δὲ πηλὸν ἐνεβάλλοντο πᾶς;
 Αγ. α'. τοῦτ', ὦ γὰρ, ἐξεύρητο καὶ σοφώτατα·
 οἱ χῆνες ὑποτύπτοντες, ὥσπερ ταῖς ἄμαις,

- PISTH. Adest.
 NUNT. I. Exædificata tibi sunt mœnia.
 PISTH. Bene dicis.
 NUNT. I. Pulcherrimum opus et magnificentissimum, ut in summo muro, etenim tanta est illius latitudo. Proxenes et Theagenes sibi occurrentes agitentur currus, quibus equi essent juncti pari magnitudine atque Durius, et facile prætermearent.
 PISTH. Hercules tuam fidem!
 NUNT. I. Longitudo autem, egomet enim murum dimensus sum, centum est ulnarum.
 PISTH. Pro Neptune! quanta longitudo! qui vero illum exstruxerunt talem?
 NUNT. I. Aves, nemoque præter eas alius, non Ægyptius laterum bajulus, non lapicida nec faber aderat; sed ipsæ suamet industria, adeo ut in admirationem hoc me rapiat. Ex Libya quidem venerunt triginta circiter millia gruum, quæ lapides deglutiverant, quibus fundamenta substernerentur: hos autem creces rostris suis complanabant: aliæ autem lateres adportabant ciconiæ decem mille: aquam autem ferebant e terra ad aërem charadrii, ceteræque aves fluviatiles.
 PISTH. Lutum vero quinam illis adferebant?
 NUNT. I. Fulicæ in pelvibus.
 PISTH. At quo pacto lutum in pelves injiciebant?
 NUNT. I. Istuc, ó bone, inventum est lepidissime. Anseres cruentes pedibus suis, veluti palis, lutum in pelves ingerebant.

PISTH. Quid pedes igitur non conficiant?

NUNT. I. Atque edepol anates etiam præinctæ lateres adportabant: sursum autem volabant, tergo impositum trullam gerentes, tanquam pueruli: lutum in ore ferebant hirundines.

PISTH. Quorsum igitur mercenarios quis amplius mercede conducat? Age videam: quid enim? ligna quæ ad murum pertinebant, quinam elaborarunt?

NUNT. I. Aves erant fabri lignarii callentissimi pelecani, qui rostris dedolaverunt portas: erat autem scnitus ab iis, dum dolarent, excitatus, qualis est in navali. Et omnia nunc ista portis sunt instructa, pessulis oclusa, et undequaque custodiuntur, circumeuntur, tintinnabulo vigiliæ explorantur, ubique excubiæ sunt constitutæ, et nocturnæ faces in turribus. Sed ego hinc digrediens me abluam: tu autem ipse jam nunc cetera perface.

CHOR. Heus tu, quid agis? an miraris tanta celeritate murum esse commœnitum?

PISTH. Ita equidem hercle: etenim res est admiratione digna. Nam revera hæc mihi falsis commentis similia videntur. Sed quid accidit novi? ecce enim ab excubitoribus nuntius hic ad nos accurrit, bellicum intuens.

NUNT. II. Iou, iou, iou, iou, iou, iou!

PISTH. Quid hoc negoti est?

NUNT. II. Indignissima nobis acciderunt. Illorum enim

ἐς τὰς λεκάνας ἐνέβαλον αὐτὸν τοῖν ποδοῖν.

Πε. τί δῆτα πόδες ἂν οὐκ ἂν ἐργασαίαιτο;

Αγ. α'. καὶ νῆ Δί' αἰ νῆτται γε περιεζωσμέναι ἐπλινθοφόρον· ἄνω δὲ τὸν ὑπαγωγέα ἐπέτουτ' ἔχουσαι κατόπιν, ὡσπερ παιδία. νὸν πηλὸν ἐν τοῖς στόμασιν αἰ χελιδόνες.

Πε. τί δῆτα μισθωτοὺς ἂν ἔτι μισθοῖτό τις; φέξ' ἴδω, τί δαί; τὰ ξύλινα τοῦ τείχους τίνες ἀπειργάσαντ' ;

Αγ. α'. ὄρνιθες ἦσαν τέκτονες σοφώτατοι πελεκᾶντες, οἱ τοῖς ῥύγχεσιν ἀπεπελέκησαν τὰς πύλας· ἦν δ' ὁ κτύπος αὐτῶν πελεκᾶντων, ὡσπερ ἐν ναυπηγίῳ. καὶ νῦν ἅπαντ' ἐκεῖνα πεπύλωται πύλαις, καὶ βεβαλάνωται, καὶ φυλάττεται κύκλω· ἐφοδεύεται, κωδωνοφορεῖται, πανταχῆ φυλακαὶ καθεστήκασιν, καὶ φρυκτωεῖται ἐν τοῖσι πύργοις. ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἀποτρέχων ἀπονίψομαι· σὺ δ' αὐτὸς ἤδη τᾶλλα δεῖ.

Χο. οὗτος, τί ποιεῖς; ἄρα θαυμάζεις, ὅτι οὕτω τὸ τείχος ἐκτετείχισται ταχύ;

Πε. νῆ τοὺς θεοὺς ἔγωγε· καὶ γὰρ ἄξιον ἴσα γὰρ ἀληθῶς φαίνεται μοι ψεύδεσιν. ἀλλ' ὅδε φύλαξ γὰρ τῶν ἔκειθεν ἄγγελος, ἐσθεῖ πρὸς ἡμᾶς δεῦρο, πυρρίχην βλέπων.

Αγ. β'. ἰού, ἰού, ἰού, ἰού, ἰού, ἰού.

Πε. τί τὸ πρᾶγμα τουτί;

Αγ. β'. δεινότατα πεπόνθαμεν.

τῶν γὰρ θεῶν τις ἄρτι τῶν παρὰ τοῦ Διὸς,
διὰ τῶν πυλῶν εἰσέπτειτ' εἰς τὸν αἴρα,
λαθῶν κολοιοὺς φύλακας ἡμεροσκόπους.

Πε. ὦ δεινὸν ἔργον καὶ σχέτλιον εἰργασμένος.
τίς τῶν θεῶν;

Αγ. β'. οὐκ ἴσμεν· ὅτι δ' εἶχε πτερὰ,
τοῦτ' ἴσμεν.

Πε. οὐκ οὖν δῆτα περιπόλους ἔχερῆν
πέμψαι κατ' αὐτὸν εὐθύς;

Αγ. β'. ἀλλ' ἐπέμψαμεν
τρισμαυρίους ἰέρακας ἵπποτοξότας·
χωρῆ· δὲ πᾶς τις ὄνουχας ἡγκυλωμένους,
κερχνήης, τριόρχης, γύψ, κύμινδης, ἀετός·
ῥύμη τε καὶ πτεροῖσι καὶ ῥοιζήμασιν
αἰθῆρ δονεῖται, τοῦ θεοῦ ζητουμένου.
κᾶστ' οὐ μακρὰν ἄπωθεν, ἀλλ' ἐνταῦθά που
ἤδη στίλν.

Πε. οὐκ οὖν σφενδόνας δεῖ λαμβάνειν
καὶ τόξα; χῶρει δεῦρο πᾶς ὑπηρέτης·
τόξευε πᾶς τις· σφενδόνην τις μοι δάτω.

Χο. πόλεμος αἴρεται,
πόλεμος οὐ φατός,
πρὸς ἐμὲ καὶ θεούς.
ἀλλὰ φύλαττε πᾶς
αἴρα περιπέφελον,
ὃν γ' Ἐρεβος ἐτέκετο,
μή σε λάθῃ θεῶν
τις ταύτην περῶν.

aliquis qui apud Jovem sunt, deorum jam modo per portas in-
volavit in aërem, clam graculis qui excubias agunt diurnas.

PISTH. O quam nefarium et indignum designavit facinus!
Quis deorum?

NUNT. II. Ignoramus: quod autem alas haberet, hoc tan-
tum scimus.

PISTH. Nonne igitur oportebat circuitores extemplo adversus
eum mittere?

NUNT. II. Atqui misimus triginta mille accipitres, sagitta-
rios equites: discursant quicunque curvos habent unguis, strix,
buteo, vulturius, cymindis, aquila: celerrimo motu, alarumque
stridoribus æther agitatur, dum deus inquiritur: neque procul
abest, sed hic, ni fallor, jam est.

PISTH. Ergo fundas capere oportet et arcus. Huc accedat
quicunque minister: nemo non sagittas mittat: fundam mihi
aliquis det.

CHOR. Bellum oritur, bellum infandum, inter me et deos.
At quilibet custodiat aërem nubibus obductum, quem Erebus
genuit; nec ullus deorum clam te hac se penetret; quisque

vero intentis oculis circumspexit. Nam prope jam est deus sublimis, agitarumque alarum sonitus exauditur.

PISTH. Heus tu, quo, quo, quo volas? mane quieta, esto immota, hic consiste, sustine cursum. Quæ es? cujas? Jam dicere oportebat, unde tandem venias.

IR. A diis ego quidem Olympiis.

PISTH. Nomen autem quodnam tibi est? navis, an petasus?

IR. Iris velox.

PISTH. Paralus, an Salamina?

IR. Hoc autem quid rei est?

PISTH. Hanc nonne aliquis comprehendet subvolans buteo bene peculiatus?

IR. Mene comprehendet? quid id tandem est mali?

PISTH. Multum plorabis.

IR. Absurda utique hæc res est.

PISTH. Per quasnam portas urbem ingressa es, scelestissima.

IR. Nescio ecastor equidem per quasnam portas.

PISTH. Audin' eam, ut nos ludos facit? adiistin' ad graculorum præfectos? quid ais? sigillumne habes a ciconiis?

IR. Quid hoc est mali?

PISTH. Non accepisti?

IR. Satin' sanus es?

PISTH. Neque symbolum ullus tibi avium immisit præfectus qui tecum fuerit?

ἄθρει δὲ πᾶς κύκλω σκοπῶν,
ὡς ἐγγὺς ἦδη δαίμονος πεδαροῦ
δίνης πτερωτὸς φθόγγος ἐξακούεται.
Πε. αὐτὴ σὺ, ποῖ ποῖ ποῖ πέτει; μὲν' ἤσυχος,
ἔχ' ἀτρέμας· αὐτοῦ στῆθ'· ἐπίσχεσ τῷ δρόμῳ.
τίς εἶ; ποδαπή; λέγειν ἐχερὴν ὀπόθεν ποτ' εἶ.

Ιρ. παρὰ τῶν θεῶν ἔγωγε τῶν Ὀλυμπίων.

Πε. ὄνομα δέ σοι τί ἐστὶ, πλοῖον, ἢ κυνή;

Ιρ. Ἴρις ταχεῖα.

Πε. Πάραλος, ἢ Σαλαμινία;

Ιρ. τί δὲ τοῦτο;

Πε. ταυτηνὶ τίς οὐ ξυλλήψεται
ἀναπτόμενος τρίορχος;

Ιρ. ἐμὲ ξυλλήψεται;

τί ποτ' ἐστὶ τοῦτὶ τὸ κακόν;

Πε. οἰμῶξαι μακρά.

Ιρ. ἀτοπὸν γε τοῦτο τὸ πρᾶγμα.

Πε. κατὰ ποίας πύλας

εἰσῆλθες εἰς τὸ τεῖχος, ᾧ μιαιωπάτη;

οὐκ οἶδα, μὰ Δί', ἔγωγε κατὰ ποίας πύλας.

Πε. ἤκουσας αὐτῆς οἶον εἰρωνεύεται;

πρὸς τοὺς κολοιάρχας προσῆλθες; οὐ λέγεις;

σφραγίδ' ἔχεις παρὰ τῶν πελαργῶν;

Ιρ. τί τὸ κακόν;

Πε. οὐκ ἔλαβες;

Ιρ. ὑγιάινεις μὲν;

Πε. οὐδὲ σύμβολον

ἐπέβαλεν ὀρνίθαρχος οὐδεὶς σοι παρὸν;

- Ιρ. μὰ Δί' οὐκ ἔμοι γ' ἐπέβαλεν οὐδείς, ὦ μέλε.
 Πε. κῆπειτα δῆθ' οὕτω σιωπῇ διαπέτει
 διὰ τῆς πόλεως τῆς ἀλλοτρίας καὶ τοῦ χάους ;
 Ιρ. ποία γὰρ ἄλλη χρῆ πέτεσθαι τοὺς θεούς ;
 Πε. οὐκ οἶδα, μὰ Δί', ἔγωγε· τῆδε μὲν γὰρ οὐκ.
 ἀδικεῖς δὲ καὶ νῦν. ἄρά γ' οἶσθα τοῦθ', ὅτι
 δικαιοτάτ' ἂν ληφθεῖσα πασῶν Ἰρίδων
 ἀπέθανες, εἰ τῆς ἀξίας ἐτύγχανες ;
 Ιρ. ἀλλ' εἴμ' ἀθάνατος.
 Πε. ἀλλ' ὅμως ἂν ἀπέθανες.
 δεινότατα γάρ τοι πεισόμεσθ', ἔμοι δοκεῖ,
 εἰ τῶν μὲν ἄλλων ἄρχομεν· ὑμεῖς δ' οἱ θεοὶ
 ἀκολαστανεῖτε, κοῦδέπω γνώσεσθ', ὅτι
 ἀχροατέον ὑμῖν ἐν μέρει τῶν κρειττόνων.
 Φράσον δέ τοι μοι, τὸ πτέρυγε ποῖ ναυστολεῖς ;
 Ιρ. ἐγὼ ; πρὸς ἀνδρώπες πέτομαι παρὰ τῆ πατρὸς,
 φράσουσα θύειν τοῖς Ὀλυμπίοις θεοῖς,
 μηλοσφαγεῖν τε βουδύτοις ἐπ' ἐσχάραϊς,
 κνισσᾶν τ' ἀγυιάς.
 Πε. τί σὺ λέγεις ; ποίοις θεοῖς ;
 Ιρ. ποίοισιν ; ἡμῖν, τοῖς ἐν οὐρανῷ θεοῖς ;
 Πε. θεοὶ γὰρ ὑμεῖς ;
 Ιρ. τίς γὰρ ἔστ' ἄλλος θεός ;
 Πε. ὄρνιθες ἀνδρώποισι νῦν εἰσὶν θεοί,
 οἷς θυτέον αὐτοῖς, ἀλλὰ, μὰ Δί', οὐ τῷ Διί.
 Ιρ. ὦ μῶρε, μῶρε, μὴ θεῶν κίνει φρένας
 δεινάς, ὅπως μὴ σου γένος πανώλεθρον
 Διὸς μακέλλη πᾶν ἀναστρέψει Δίκη·

- IR. Ecaster mihi nullus immisit, o fatue.
 PISTH. Et tu tamen, quaeso, sic tacite transvolas per urbem
 alienam et aërem ?
 IR. Qua enim alia via deos volare oportet ?
 PISTH. Illud equidem hercle ignoro : hac quidem certe non.
 Quin nunc etiam injuria es. At hocine scis, te unam om-
 nium Iridum summo jure comprehensam fuisse morituram, si
 quidem ex merito plecteris ?
 IR. Atqui immortalis sum.
 PISTH. At sic tamen periises. Intoleranda enim nobis eve-
 niant, mea sententia, si ceteris quidem imperitemus ; vos autem
 dii petulantes sitis, et non agnoscatis, nobis, utpote potioribus,
 invicem auscultandum esse. Eloquere vero mihi, quo te ala-
 rum remigio agas.
 IR. Egone ? ad homines a patre devolo, mandatura, Diis
 Olympiis ut sacrificent, oves bovesque in aris mactent, et com-
 pita nidore repleant.
 PISTH. Quid ais tu ? quibus diis ?
 IR. Quibus ? nobis, in caelo qui sumus, diis.
 PISTH. Vos scilicet dei estis ?
 IR. Et quis vero alius est deus ?
 PISTH. Aves hominibus nunc sunt dii, quibus etiam operari
 decet, non autem, ita me Jupiter amet, Jovi.
 IR. O stulte, stulte, graves ne commove deorum iras, ut ne

genus omne tuum ad interneccionem Jovis ligone fudnitus evertat Justitia, fuligo autem Licymnii fulminis tuum corpus ædiumque ambitum in cineres redigat.

ΠΙΣΤΗ. Auscultadum: desine tumidorum verborum inanis strepitus: quiesce. Age, dic mihi, Lydumne quempiam, an Phrygem his dictis perterrefacere te putas? scin' vero, si Jupiter amplius mihi molestus fuerit, me ædes ipsius et domos Amphionis combusturum igniferis aquilis? mittamque porphyrones in cælum contra eum alites, pardi pelle amictos, numero plus quam sexcentos. Et quidem unus olim Porphyrion negotium ei exhibuit. Tu vero si mihi odio esse pergas, tua primum famulæ crura sustollens, femoraque diducens, ipsam Iridem inibo: ut mireris, quomodo mihi hoc senectæ penis adeo rigeat, ad ternosque valeat compressus.

ΙΡ. Dispercas, inepte, cum istis tuis dictis.

ΠΙΣΤΗ. Non tu hinc te proripies? nonne confestim eurax, patax?

ΙΡ. Quod si hanc tuam insolentiam pater meus non compescuerit---

ΠΙΣΤΗ. Væ misero mihi! nonne alio avolans fumo et fuligine implebis juniorum aliquem?

ΣΗΟΒ. Interdiximus ne amplius Jove nati dii per meam transeant urbem, neve quisquam mortalis victimas in templis adolens hac amplius ad deos mittat fumum.

λιγνὺς δὲ σῶμα καὶ δόμων περιπτυχὰς
καταιθαλώσει σου Λικυμνίαις βολαῖς.

Πε. ἄκουσον ἦδη· παῦε τῶν παφλασμάτων·
ἔχ' ἀτρέμα. φέρε' ἴδω, πότερα Λυδὸν ἢ Φρύγα,
ταυτὶ λέγουσα μορμολύττεσθαι δοκεῖς;
ἄρ' οἶσθ' ὅτι, Ζεὺς εἴ με λυπήσει πέρα,
μέλαθρα μὲν αὐτοῦ, καὶ δόμους Ἀμφίονος
καταιθαλώσω πυρφόροισιν ἀετοῖς;
πέμψω δὲ πορφυρίωνας ἐς τὸν οὐρανὸν
ὄρνις ἐπ' αὐτὸν, παρδαλᾶς ἐνημμένους,
πλεῖν ἐξακοσίους τὸν ἀριθμὸν· καὶ δὴ ποτε
εἷς Πορφυρίων αὐτῷ παρέσχε πρᾶγματα.

σύ δ' εἴ με λυπήσεις τι, τῆς διακόνου
πρώτης ἀνατείνας τῶ σκέλη, διαμηριῶ
τὴν Ἴριν αὐτὴν, ὥστε θουμάζειν, ὅπως,
οὕτω γέρον ἄν, στύομαι τριέμβολον.

Ιρ. διαρραγείης, ἃ μέλ', αὐτοῖς ῥήμασιν.

Πε. οὐκ ἀποσοθήσεις; οὐ ταχέως εὐράξ, πατάξ;

Ιρ. ἦν μὴ σε παύσῃ τῆς ὕβρεως οὐμὸς πατήρ---

Πε. οἴμοι τάλας. οὐκ οὐν ἐτέρωσε πετομένη
καταιθαλώσεις τῶν νεωτέρων τινά;

Χο. ἀποκεκλήκαμεν

Διογενεῖς θεοὺς

μηκέτι γε τὴν ἐμὴν

διαπερᾶν πόλιν·

μηδέ τιν' ἱερόθυ-

τον ἀνὰ δάπεδον ἔτι

τῆδε βροτὸν θεοῖσι πέμπειν ἄν καπνόν.

- Πε. δεινόν γε τὸν κήρυκα, τὸν παρὰ τοὺς βροτοὺς
οὐχόμενον, εἰ μηδέποτε νοστήσει πάλιν.
- Κη. ὦ Πεισθέταιρ', ὦ μακάρι', ὦ σοφώτατε,
ὦ κλεινότατ', ὦ σοφώτατ', ὦ γλαφυρώτατε,
ὦ τρισμακάρι', ὦ κατακέλευσον.
- Πε. τί σὺ λέγεις ;
- Κη. στεφάνω σε χρυσῶ τῶδε σοφίας οὐνεκα
στεφανοῦσι καὶ τιμῶσιν οἱ πάντες λεῶ.
- Πε. δέχου. τί δ' οὕτως οἱ λεῶ τιμῶσί με ;
- Κη. ὦ κλεινοτάτην αἰθέριον οἰκίσας πόλιν.
οὐκ οἶσθ' ὅσῃν τιμῇν παρ' ἀνθρώποις φέρει,
ὅσους τ' ἐραστὰς τῆσδε τῆς χώρας ἔχεις.
πρὶν μὲν γὰρ οἰκίσαι σε τήνδε τὴν πόλιν,
ἐλακωνομάνουν ἅπαντες ἄνθρωποι τότε,
ἐκόμουν, ἐπέινων, ἐρῥύπων, ἐσωκράτουν,
σκυτάλι' ἐφόρουν· νυνὶ δ', ὑποστρέψαντες αὖ,
ὄρνιθομανοῦσι· πάντα δ' ὑπὸ τῆς ἡδονῆς
ποιοῦσιν ἅπερ ὄρνιθες, ἐκμιμούμενοι.
πρῶτον μὲν εὐδὺς πάντες ἐξ εὐνῆς ἅμα
ἐπέτονθ' ἕωθεν, ὥσπερ ἡμεῖς, ἐπὶ νομόν·
καῖπειτ' ἂν ἅμα κατῆραν ἐς τὰ βιβλία·
εἴτ' ἀπενέμοντ' ἐνταῦθα τὰ ψηφίσματα.
ὄρνιθομάνουν δ' οὕτω περιφανῶς, ὥστε καὶ
πολλοῖσιν ὄρνιθων ὀνόματ' ἦν κείμενα.
Πέρδιξ μὲν εἷς κάπηλος ἀνομάζετο
χωλός· Μενίπῳ δ' ἦν Χελιδῶν τοῦνομα·
Ὀποντίῳ δ' ὀφθαλμὸν οὐκ ἔχων Κόραξ·
Κορυδὸς Φιλοκλέει· Χηναλώπηξ Θεαγένει·

PISTH. Metuo sane præconem, qui ad homines abiit, ne nunquam revertatur.

PRÆC. O Pisthetære, ô beate, ô sapientissime, ô celeberrime, ô sapientissime, ô politissime, ô terbeate, ô silentium impera.

PISTH. Quid vero dicis ?

PRÆC. Ista te aurea corona sapientiæ ergo coronant et condecorant omnes populi.

PISTH. Accipio. Cur autem tanto me opere honorant populi ?

PRÆC. O tu, qui celeberrimam condidisti ætheriam urbem, nescis quanto sis apud homines honore, quotque habeas hujus regionis amatores. Etenim antequam hanc condidisses urbem Laconas imitandi studio tum insaniebant homines omnes, comam alebant, esuriebant, sordebant, Socratem æmulabantur, scipiones Laconicos gestabant: nunc vero vice versa avium amore insaniant; omniaque præ voluptate faciunt, quæ aves, easque imitantur. Primum quidem omnes e vestigio e lectulo simul provolant mane, sicuti nos ad pascua; deinde simul se conferunt ad libellos, atque ibi depascuntur plebiscita. Tam aperte vero avium insaniant amore, ut etiam plerisque indita sint avium nomina. *Perdix* enim caupo quidam vocatur claudus; *Menippo* autem nomen est *Hirundo*; *Opuntio* *Luscus*

corvus; *Alauda Philocli*: *Vulpanser Theageni*; *Ibis Lycurgo*; *Chærephonti Vespertilio*; *Syracusio Pica*: *Midias* autem illic *Coturnix* nominatur; nam similis est coturnici a pugnace gallo caput ictæ. Omnes autem præ avium amore carmina cantant, in quibus mentio quædam hirundinis est inserta, aut penelopsis, aut, si mavis, anseris, aut columbæ, aut alarum, aut saltem de pennis inest pauxillum quiddam. Ita quidem res illuc se habent. Unum autem hoc tibi dico. Huc venient illinc plus quam sexcenti, qui alas sibi expetunt, moresque avium curvis unguibus rapacium: adeoque pennæ tibi pro advenis alicunde parandæ sunt.

PISTH. Non igitur herecle cunctandi nobis copia est; sed tu quamprimum ito, et corbes atque cophinos omnes imple pennis, easque mihi huc foras Manes efferat: ego autem advenientes quosque excipiam.

CHOR. Brevi certe tempore populosam hancce urbem hominum aliquis vocaverit.

PISTH. Fortuna modo faveat.

CHOR. Prævalet amor urbis meæ.

PISTH. Ocius afferre jubeo.

CHOR. Quid enim huic non inest urbi, quod commodum non sit immigranti? Sapientia, Amor, immortales Gratia, et comis Tranquillitatis placida facies.

PISTH. Quam tarde ministras! nonne ocius properabis?

Ἴβις Λυκούργω· Χαιρεφῶντι Νυκτερίς·
Συρακουσία δὲ Κίττα· Μειδίας δ' ἐκεῖ
Ὅρτυξ ἐκαλεῖτο· καὶ γὰρ εἶκεν ὄρτυγι
ὑπὸ στυφοκόμπου τὴν κεφαλὴν πεπληγμένω.
ἦδον δ' ὑπὸ φιλορνηθίας πάντες μέλη,
ὄπου χελιδῶν ἦν τις ἐμπεποιημένη,
ἢ πηνέλοψ, ἢ χὴν τις, ἢ περριστερά,
ἢ πτέρυγες, ἢ πτεροῦ τι καὶ σμικρὸν προσῆν.
τοιαῦτα μὲν τάκεῖθεν. ἐν δέ σοι λέγω·
ἦξουσ' ἐκεῖθεν δεῦρο πλεῖν ἢ μύριοι
πτερῶν δεόμενοι, καὶ τρόπων γαμψωνύχων·
ὥστε πτερῶν σοι τοῖς ἐποίκοις δεῖ ποθεῖν.
Πε. οὐκ ἄρα, μὰ Δί', ἡμῖν ἔτ' ἔργον ἐστάναι.
ἀλλ' ὡς τάχιστα σὺ μὲν ἰὼν τὰς ἀρρίχους,
καὶ τοὺς κοφίνοὺς ἅπαντας ἐμπίπλη πτερῶν.
Μανῆς δὲ φερέτω μοι θύραζε τὰ πτερά·
ἐγὼ δ' ἐκείνων τοὺς προσιόντας δέξομαι.

Χο. ταχὺ δ' ἂν πολυάνορα τάνδε πόλιν
καλοῖ τις ἀνδράπων ἂν.

Πε. τύχη μόνον προσεῖη

Χο. κατέχουσι δ' ἔρωτες ἐμᾶς πόλεως.

Πε. θᾶπτον φέρειν κελεύω.

Χο. τί γὰρ οὐκ ἐνὶ ταύτῃ
καλὸν ἀνδρὶ μετοικεῖν;

Σοφία, Πόθος, ἀμβρόσια Χάριτες,
τό τε τῆς ἀγανόφρονος Ἑσυχίας
εὐάμερον πρόσωπον.

Πε. ὡς βλακικῶς διακονεῖς.

- οὐ θάπτον ἐγκονήσεις ;
 Χο. φερέτω κάλαθον ταχύ τις πτερωῶν·
 σὺ δ' αὖθις αὐτ' ἐξόρμα,
 τύπτων γε τοῦτον ᾠδί.
 πᾶνυ γὰρ βραδύς ἐστιν, ὥσπερ ὄνος.
 Πε. Μανῆς γὰρ ἐστὶ δειλός.
 Χο. σὺ δὲ τὰ πτερὰ πρῶτον
 διάδες τάδε κόσμω·
 τὰ τε μούσιχ' ὁμοῦ, τὰ γε μαντικά, καὶ
 τὰ θαλάττι'. ἔπειτα δ' ὅπως φρονίμως
 πρὸς ἄνδρ' ὄρων πτερώσεις.
 Πε. οὐ τοι, μὰ τὰς κερχηῖδας, ἔτι σοῦ σχήσομαι,
 οὕτως ὄρων σε δειλὸν ὄντα καὶ βραδύν.
 Πα. γενοίμαν αἰετὸς ὑψιπέτας,
 ὡς ἂν ποταδείην ἀτρυγέτου
 γλαυκᾶς ὑπὲρ οἶδμα λίμνας.
 Πε. ἔοικεν οὐ ψευδαγγελῆς εἶν' ἄγγελος.
 ἄδων γὰρ ὅδε τις ἀετοῦς προσέρχεται.
 Πα. αἰβοῖ·
 οὐκ ἔστιν οὐδὲν τοῦ πέτεσθαι γλυκύτερον·
 ἔρω δ' ἔγωγε τῶν ἐν ὄρνισιν νόμων.
 ὄρνιθομανῶ γὰρ, καὶ πέτομαι, καὶ βούλομαι
 οἰκεῖν μεθ' ὑμῶν, κἀπιθυμῶ τῶν νόμων.
 Πε. ποίων νόμων ; πολλοὶ γὰρ ὄρνιθων νόμοι.
 Πα. πάντων· μάλιστα δ' ὅτι καλὸν νομίζεται
 τὸν πατέρα τοῖς ὄρνισιν ἄγχειν καὶ δάκνειν.
 Πε. καὶ, νῆ Δί', ἀνδρεῖόν γε πᾶνυ νομίζομεν,
 ὃς ἂν πεπλήγη τὸν πατέρα νεοττὸς ᾧν.

CHOR. Cito quis adferat calathum cum pennis. Tu vero hunc rursus excita, atque istum in modum verberato: nimis enim tardus est, haud secus atque asinus.

PISTH. Manes etenim est ignavus.

CHOR. Tu vero hasce primum pennas ordine dispone, simul et musicas, et fatidicas, et marinas; deinde operam da, ut unumquemque considerans, iis quæ in singulos convenient, prudenter alis ornes.

PISTH. Non amplius, strigas obtestor, tibi parcam, quum te tam ignavum esse videam et tardum.

PAT. Utinam aquila fiam altivolans, ut volem supra sterilis cæruleique undas maris.

PISTH. Veridicus fuisse videtur nuntius. Nam nescio quis iste accedit aquilas cantans.

PAT. Papæ! nihil est jucundius, quam volare. Capior equidem avium legibus: nam sane earum amore insanio, et volito, et cupio habitare vobiscum, teneorque desiderio vestrarum legum.

PISTH. Quarum legum? multæ enim avium sunt leges.

PAT. Omnium: præcipue vero, quod pulchrum habetur apud aves patri collum obtorquere, eumque mordere.

PISTH. Immo hercle fortem illum omnino existimamus, qui, pullus adhuc quum sit, patrem pulsaverit.

ΠΑΤ. Propterea equidem huc transmigravi, patremque suffocare cupio, omniaque ejus bona habere.

ΠΙΣΤΗ. Sed lex est nobis avibus antiqua in ciconiarum tabulis: Postquam pater ciconia pullos suos alendo fecerit volatiles omnes, oportet pullos patrem vicissim alere.

ΠΑΤ. Edepol operæ pretium fecero huc veniens, si pabulum etiam patri suppeditare me oporteat.

ΠΙΣΤΗ. Nihil est: quandoquidem enim venisti nobis benevolus, alas tibi, tanquam avi orbæ, aptabo. Tibi autem, juvenis, non male præcipiam, sed ipse quæ didici, quum essem puer. Tu enim patrem ne verberato: sed hac in manum sumta ala, istoque calcis aculeo in alteram, existimans galli esse cristam quam habes, excubias age, milita, stipendia merendo victum tibi para: patrem sine vivere. Sed quoniam pugnax es, in Thraciam avola, atque ibi pugna.

ΠΑΤ. Recte, ita mihi Bacchus faveat, consulere mihi videris: tibi que sane morem geram.

ΠΙΣΤΗ. Certe itaque sapies.

ΚΙΝ. Subvolo ad Olympum levibus alis, volatuque vias permeo, modo has, modo illas, carminum---

ΠΙΣΤΗ. Isti negotio opus est tota pennarum sarcina.

ΚΙΝ. Intrepida mente et indefesso corpore novas semper sectans.

ΠΑ. διὰ ταῦτα μὲν τοι δεῦρ' ἀνοικισθεῖς ἐγὼ ἄγχειν ἐπιθυμῶ τὸν πατέρα, καὶ πάντ' ἔχειν.

Πε. ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν τοῖσιν ὄρνισιν νόμος παλαιός, ἐν τοῖς τῶν πελαργῶν κύρβεσιν· ἐπὴν ὁ πατὴρ ὁ πελαργὸς ἐκπετησίμους πάντας ποιήσῃ τοὺς πελαργιδεῖς τρέφειν, δεῖ τοὺς νεοττοὺς τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν.

ΠΑ. ἀπελαυσάμην γὰρ, νῆ Δί', ἐλθὼν ἐνθαδὶ, εἴπερ γ' ἐμοὶ καὶ τὸν πατέρα βοσκητέον.

Πε. οὐδέν γ'· ἐπειδήπερ γὰρ ἦλθες, ὦ μέλε, εὐνοὺς, πτερώσω σ', ὥσπερ ὄρνιν ὄρφανόν. σοὶ δ', ὦ νεανίσκ', οὐ κακῶς ὑποδήσομαι, ἀλλ' οἶά περ αὐτὸς ἔμαθον, ὅτε παῖς ἦ. σὺ γὰρ τὸν μὲν πατέρα μὴ τύπτει· ταύτην δέ γε λαβῶν τὴν πτέρυγα, καὶ τουτὶ τὸ πλῆκτρον θητέρα, νομίσας ἀλεκτρονόος ἔχειν γε τὸν λόφον, φρούρει, στρατεύου, μισθοφορῶν σαυτὸν τρέφει· τὸν πατέρ' ἔα ζῆν. ἀλλ' ἐπειδὴ μάχιμος εἶ, εἰς τὰ πὶ Θράκης ἀποπέτου, κακῆϊ μάχου.

ΠΑ. νῆ τὸν Διόνυσον, εὖ γ' ἐμοὶ δοκεῖς λέγειν, καὶ πείσομαί σοι.

Πε. νοῦν ἄρ' ἔξεις, νῆ Δία.

Κι. ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὀλυμπον πτερύγεσσι κούφαις· πέτομαι δ' ὄδον ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλαν μελέων--

Πε. τουτὶ τὸ πρᾶγμα φορτίου δεῖται πτερῶν.

Κι. ἀφόβω φρενὶ σώματί τε νέαν ἐφέπων.

- Πε. ἀσπαζόμεσθα φιλόξινον Κινησίαν.
 τί δεῦρο πῶδα σὺ κυλλὸν ἀνὰ κύκλον κυκλεῖς ;
- Κι. ὄρνις γενέσθαι βούλομαι
 λιγύμουδος ἀηδῶν.
- Πε. παῦσαι μελωδῶν· ἀλλ' ὅ τι λέγεις εἶπ' ἐμοί.
 Κι. ὑπὸ σοῦ πτερωθεὶς βούλομαι μετάρσιος
 ἀναπτόμενος ἐκ τῶν νεφελῶν καινὸς λαβεῖν
 ἀεροδονήτους καὶ νεφοβόλους ἀναβολάς.
- Πε. ἐκ τῶν νεφελῶν γὰρ ἂν τις ἀναβολὰς λάβοι ;
 Κι. κρέματα μὲν οὖν ἐντεῦθεν ἡμῶν ἢ τέχνη.
 τῶν διδυράμβων γὰρ τὰ λαμπρὰ γίγνεται,
 ἀέρια, καὶ σκοτία γε, καὶ κυαναυγέα,
 καὶ πτεροδόνητα· σὺ δὲ κλύων εἴσει τάχα.
 Πε. οὐ δῆτ' ἔγωγε.
 Κι. νῆ τὸν Ἑρακλέα σύ γε.
 ἅπαντα γὰρ δίδεμί σοι τὸν ἄερα
 εἶδωλα πετεινῶν αἰθεροδόμων,
 οἰωνῶν ταναοδείρων.
- Πε. ὠόπ.
 Κι. τὸν ἀλάδρομον ἀλάμενος
 ἄμ' ἀνέμων πνοιᾶϊσι βραῖην - - -
- Πε. νῆ τὸν Δί' ἔγωγέ σου καταπαύσω τὰς πνοάς.
 Κι. τοτὲ μὲν νοτίαν στείχων πρὸς ὄδον,
 τοτὲ δ' αὖ Βορέα σώμα πελάζων,
 ἀλίμενον αἰθέρος αὐλακα τέμνων.
 χαρίεντά γ', ὦ πρεσβῦτ', ἐσοφίσω καὶ σοφά.
 Πε. οὐ γὰρ σὺ χαίρεις πτεροδόνητος γενόμενος ;
 Κι. ταυτὶ πεποίηκας τὸν κυκλιοδιάσκαλον,

PISTH: Tiliaceum Cinesiam amplectimur. Quid huc pedem tu claudum in gyrum versas ?

CIN. Avis fieri volo, arguta luscinia.

PISTH. Desine cantillare, quodque dicere habes, edissere.

CIN. Alis tua opera instructus cupio in sublimē subvolans ex nubibus nova sumere aëris vertigine contorta et caligine obvoluta exordia.

PISTH. An itaque ex nubibus quispiam exordia captet ?

CIN. Immo enimvero illinc pendet ars nostra. Dithyramborum enim qui maxime splendidi sunt, iidem sunt aërii, caliginosi, cœruleum splendentes, et leves, tanquam alis agitati. Tu vero actutum scies, audias modo.

PISTH. Haud equidem audiam.

CIN. Immo mehercle tu quidem. Omnem namque percurram tibi aërem, simulacra volatiliū, ætherem permeantium, avium longicollium.

PISTH. Oop !

CIN. Utinam subsultans marino cursu una cum ventorum flatibus incedam—

PISTH. Hercle equidem tuos flatus et spiritus compescam.

CIN. Nunc australi via pergens, nunc autem contra ad Boream appropinquans, importuosum ætheris sulcum secans. Lepidâ, ô senex, et scita excogitasti commenta.

PISTH. Nonne etiam tu gaudes, dum pennis agitaris ?

CIN. Hocce tu facis poetæ dithyrambico, quem Tribus certatim sibi semper omnes expetunt ?

PISTH. Vin' ergo etiam apud nos remanens Leotrophidæ sumtus suppeditanti e Cecropia tribu chorum docere volantum avium ?

CIN. Ludificas me planissime. Sed id scias velim, me non conquieturum, usque dum volucris factus aërem percurram.

SYC. Quænam hæ sunt aves, nihil habentes, versicolores, alas pandens ô picta hirundo ?

PISTH. Malum hocce haud leve excitatum est. Ecce alius iterum huc cantillans accedit.

SYC. O quæ alas explicas versicolor iterum iterumque hirundo.

PISTH. In vestam suam hoc mihi scolion cantare videtur; apparetque eum non paucis hirundinibus egere.

SYC. Quis ille est, qui alis instruit huc advenientes ?

PISTH. Ipse hic adest : sed quo tibi opus sit, dicendum est.

SYC. Alis, alis opus est : ne iterum percontare.

PISTH. Num recta Pellenem volare cogitas ?

SYC. Nequaquam : sed citator sum insulanus, et sycophanta—

PISTH. O te artis felicem !

SYC. Et litium investigator. Proinde volo sumtis alis pernici volatu circuire urbes omnes, reos ubique citans.

PISTH. At vero volando quo callidius reos citare possis ?

SYC. Non istuc quidem hercle ; sed ut ne prædones mihi negotium facessant, cum gruibus illinc revertar rursus, saburræ loco multis deglutitis litibus.

Πε. ὅς ταῖσι φυλαῖς περιμάχητος εἴμ' αἰεῖ ;
βούλει διδάσκειν, καὶ παρ' ἡμῖν οὖν μένων,
Λεωτροφίδη χορὸν πετομένων ὀρνέων
Κεκροπίδα φυλήν ;

Κι. καταγελαῆς μου, δῆλος εἶ.
ἀλλ' οὖν ἔγωγ' οὐ παύσομαι, ταῦτ' ἴσθ' ὅτι,
ditur, et gladium tenere non possum, sed jam mollesco ?

BDEL. At si quando ipsi timeant, Eubœam dant vobis, et
frumenti promittunt quinquagenos modios se præbituros ; nihil
autem unquam dederunt, præter quinque modios nuper hordei ;
et hos vix, peregrinitatis postulatus, accepisti per chœnices sin-
gulatim admensos. Ideo inclusum semper ego te habui, alere
te cupiens, ne isti irrideant te acerbe. Et nunc certum est
præbere tibi quidquid voles ; tantum quæstoris lac bibere haud
te sinam.

CHOR. Utique sapiens erat, qui dixit : *Priusquam amborum
orationem audiveris, ne judica.* Nam tu mihi nunc longe vin-
cere videris. Itaque jam ira laxata scipiones abjicio. Sed, ὁ ἀqua-
lis et sodalis noster, obtempera, orationi obtempera, ne impruden-
tem te præbe, neque rigidum infractumque. Utinam mihi adfinis
aut cognatus fuisset aliquis, qui me talia monuisset ! Tibi au-
tem nunc deorum aliquis manifeste præsens adjutor est in hac

re, et palam beneficia in te confert, quæ tu quoque præsens accipe.

BDEL. Equidem alam ipsum, præbens quæcunque seni conveniunt; alicam lingendam, lænam mollem, lodicem, meretricem, quæ penem ei fricet lumbosque. Sed quod tacet, nihilque mutit, id non potest mihi placere.

CHOR. Quid sibi agendum sit, ipse nunc secum reputat: jam enim agnoscit, quantum insaniebat modo; criminique sibimet ipse vertit, quæcunque tu illum hortatus es, se iis obsecutum non fuisse. Nunc igitur forte tuis dictis parat, et sapit, mutatis in posterum moribus, tibi que morem gerens.

PHIL. Hei mihi!

BDEL. Heus tu, quid mihi clamas?

PHIL. Ne mihi quicquam istorum pollicere. Illa amo: illic siem, ubi præco dicit: *Quis suffragium nondum tulit? surgat.* Atque adstem urnis judiciariis, ultimus eorum qui calculum in phimum demittunt. Propera, anima mea. Ubi mea est anima? sine me transire, ô caliginosa. Hercules ne sirit, ut nunc ego inter iudices sedens Cleonem furti reum deprehendam!

ξυλλαμβάνει τοῦ πειράγματος,
καὶ δῆλος εὖ ποιῶν· σὺ δ' αὖ παρῶν δέχου.
καὶ μὴν θρέψω γ' αὐτὸν, παρέχων
ὅσα πρεσβύτη ξύμφορα· χόνδρον
λείχειν, χλαίναν μαλακὴν, σισύραν,
πόρην, ἢ τις τὸ πῆος τρίψει,
καὶ τὴν ὀσφύν. ἀλλ' ὅτι σιγαῖ,
κούδεν γρούζει,

Bδ.

τοῦτ' οὐ δύναται με προσέσθαι.
Χο. νεουθέτηκεν αὐτὸν ἐς τὰ πειράγματα.
οἷα γὰρ ἐμαίνετ' ἀρετίας, ἔγνωκε νῦν
λογίζεται τ' ἐκεῖνα πάνθ' ἀμαρτίας,
ἂ, σοῦ παρακελεύοντος, οὐκ ἐπίθεται.
νῦν οὖν ἴσως τοῖς σοῖς λόγοισι περὶθεται,
καὶ φρονεῖ μέντοι, μεθιστὰς ἐς τολοιπὸν τὸν τρόπον,
πιθόμενός τε σοί γ'.

Φι.

ἰώ μοι μοι.

Bδ.

οὗτος, τί μοι βοᾷς;

Φι.

μή μοι τούτων μηδὲν ὑπισχνοῦ.
ΚΕΙΝΩΝ ΕΡΑΜΑΙ· ΚΕΙΘΙ ΓΕΝΟΙΜΑΝ,
ἴν' ὁ κήρυξ φησί· Τίς ἀψήφισ-
τος; ἀνιστάσθω---
καίπισταιῆν ἐπὶ τοῖς κημοῖς,
ψηφιζομένων ὁ τελευταῖος.
σπεῦδ', ὦ ψυχὴ. σοῦ μοι ψυχὴ;
ΠΑΡΕΣ Ω ΣΚΙΕΡΑ. μὰ τὸν Ἡρακλέα,
μὴ νῦν ἔτ' ἐγὼ ἔν τοῖσι δικασταῖς
κλέπτοντα Κλέωνα λάβοιμι.

- Bδ. Ἰδ', ὦ πάτερ, πρὸς τῶν θεῶν, ἐμοὶ πιστοῦ.
 Φι. τί πειθομαί σοι; λέγ' ὅ τι βούλει, πλὴν ἑνός.
 Bδ. ποίου; φέρ' ἴδω.
 Φι. τοῦ μὴ δικάζειν. τοῦτο δὲ Ἄδης διακρινεῖ πρότερον ἢ γῶ πείσομαι.
 Bδ. σὺ δ' οὖν, ἐπειδὴ τοῦτο κεχάρεγκας ποιωῶν, ἐκέϊσε μὲν μηκέτι βιάδιζ', ἀλλ' ἐνθάδε, αὐτοῦ μένων, δικάζει τοῖσιν οἰκέταις.
 Φι. περὶ ταῦ; τί ληξεῖς;
 Bδ. ταῦτ' ἄπερ ἐκεῖ πράττεται. ὅτι τὴν θύραν ἀνέφξεν ἡ σηκίς λάθρα, ταύτης ἐπιβολὴν ψηφιεῖ μίαν μόνην. πάντως γε καὶ κεῖ ταῦτ' ἔδρας ἐκάστοτε. καὶ ταῦτα μὲν νυν εὐλόγως, ἢ ἐξέχρη εἶλη κατ' ὄρθρον, ἡλιάσει πρὸς ἥλιον· ἐὰν δὲ νίφη, πρὸς τὸ πῦρ καθήμενος, ὕοντος, εἴσει· καὶ ἔγρη μεσημβρινός, οὐδείς σ' ἀποκλείσει Θεσμοδέτης τῆ κιγκλίδι.
 Φι. τουτί μ' ἀρέσκει.
 Bδ. πρὸς δὲ τούτοις, ἢν δίκην λέγη μακρὰν τις, ἀχλὶ πεινῶν ἀναμενεῖς, δάκνων σεαυτὸν, καὶ τὸν ἀπολογούμενον.
 Φι. πῶς οὖν διαγιγνώσκειν καλῶς δυνήσομαι, ὥσπερ πρότερον, τὰ πράγματ', ἔτι μασώμενος;
 Bδ. πολλῶ γ' ἄμεινον· καὶ λέγεται γὰρ τουτογί, αἷς οἱ δικασταί, ψευδομένων τῶν μαρτύρων, μόλις τὸ πρᾶγμα· ἐγνωσαν ἀναμασώμενοι,
 Φι. ἀνά τοί με πείθεις. ἀλλ' ἐκεῖν' οὔπω λέγεις,

- BDEL. Per deos obsecro, mi pater, age obtempera mihi.
 PHIL. Quid obtemperem tibi? dic quidquid voles, præter unum.
 BDEL. Quodnam id est? fac sciam.
 PHIL. Ut a judiciis abstineam: illam enim consuetudinem Orcus adimet mihi prius, quam ego tibi obsequar.
 BDEL. Tu itaque, quandoquidem istud libenter facis, illuc quidem ne amplius eas; sed hic manens, jus dicito familiaribus.
 PHIL. Qua de re? quid nugaris?
 BDEL. Eadem fac, quæ illic fiunt. Quia ostium clam aperuerit famula, hanc unica multabis multa, quod quidem illic utique factitabas. Et ista in posterum facies, ut rationi consentaneum est: quum ortus fuerit calor solis mane, iudicium exercebis in sole: si vero ningat, aut pluat, ante focum sedens, causas cognosces: et licet meridie surgas, nullus te cancellis excludet Thesmotheta.
 PHIL. Satis hoc mihi placet.
 BDEL. Præterea si quis causam nimis longa oratione dicat, non exspectabis esuriens, te ipsum crucians simul et oratorem.
 PHIL. Quomodo ergo poterò, ut antihæc, causam recte cognoscere, si comedam interim?
 BDEL. Multo quidem melius: etenim hoc vulgo dicitur, *Judices, mentientibus testibus, vix rem cognovisse ruminando.*
 PHIL. Utique mihi persuades. Sed illud nondum dicis, mercedem unde sim accepturus.

BDEL. A me.

PHIL. Bene est istud, quod seorsum, non cum alio accipiam. Nam turpissime mecum egit nuper Lysistratus ille scurra: quum enim accepisset drachmam mecum, venit in forum piscarium et eam ærea moneta permutavit; deinde mihi imposuit in manum tres squamas mugilis, quas ego in os condidi: nam obolos me rebar accepisse: deinde offensus odore eas expui, illumque in jus trahere volui.

BDEL. Is vero quid ad hæc dixit?

PHIL. Rogas? Galli me aiebat stomachum habere; *Itaque facile concoques pecuniam*, inquit.

BDEL. Vides ergo quantum tibi inde accedet lucri.

PHIL. Non parum sane. Sed quod facturus es, face.

BDEL. Manta modo: ego autem mox adero ista ferens.

PHIL. Vide sis, ut oracula perficiantur. Audiveram enim fore ut Athenienses aliquando singuli jus dicant in suis ædibus, et in vestibulis ædificet sibi unusquisque forum parvulum oppido, instar Hecatæ sacelli, ubique ante fores.

BDEL. En: quid jam dices? nam omnia fero, quæcunque dixi, et multo etiam plura. Etenim matula, si micturius, ista juxta te-pendebit prope a paxillo.

τὸν μισθὸν ὁπόθεν λήψομαι.

Bδ.

παρ' ἐμοῦ.

Φι.

καλῶς,

ὅτι κατ' ἐμαυτὸν, κοῦ μεθ' ἐτέρου λήψομαι.
 αἴσχιστα γὰρ τοι μ' εἰργάσατο Λυσίστρατος
 ὁ σκωπτόλης. δραχμὴν μετ' ἐμοῦ πρῶτην λαβὼν,
 ἐλθὼν διεκερμάτιζεν ἐν τοῖς ἰχθύσι·
 κἄπειτ' ἐπέθηκε τρεῖς λοπίδας μοι κεστρέων·
 κἀγὼ ἔνεκαψ'. ὄβολοὺς γὰρ ὑπόμην λαβεῖν·
 κἄτα βδελυχθεῖς, ὁσφρόμενος ἐξέπτυσα·
 κἄθ' εἶλκον αὐτόν.

Bδ.

ὁ δὲ, τί πρὸς ταῦτ' εἶφ' ;

Φι.

ὅ τι ;

ἀλεκτρονός μ' ἔφασκε κοιλίαν ἔχειν·
 Ταχὺ γοῦν καθέψεις ἀργύριον, ἢ δ' ὅς λέγαν.
 ὀρᾶς ὅσον περ δῆτα τοῦτο κερδανεῖς.
 Φι. οὐ πάνυ τι μικρόν. ἀλλ' ὅπερ μέλλεις ποίει.
 Bδ. ἀνάμενε νῦν· ἐγὼ δὲ ταῦθ' ἤξω φέρων.
 Φι. ὄρα τὸ χρεῖμα· τὰ λόγι' αἰς περαίνεται.
 ἡκηκόη γὰρ, ὡς Ἀθηναῖοι ποτὲ
 δικάσοιεν ἐπὶ ταῖς οἰκίαισι τὰς δίκας,
 κἂν τοῖς προθύροις ἀνοικοδομήσοι πᾶς ἀνὴρ
 αὐτῷ δικαστηρίδιον μικρὸν πάνυ,
 ὡς περ Ἐκάταιον, πανταχοῦ πρὸ τῶν θυρῶν.

Bδ.

ἰδοῦ, τί ἔτ' ἐρεῖς; ὡς ἅπαντ' ἐγὼ φέρω,
 ὅσα πέρ γ' ἔφασκον, κἄτι πολλῶ πλείονα.
 ἀμῖς γὰρ, ἣν οὐρητιάσης αὐτῇ
 παρὰ σοὶ κρεμήσεται ἔγγυς ἐπὶ τοῦ παττάλου.

- Φι. σοφόν γε τουτί, καὶ γέροντι πρόσφορον
ἔξευρες ἀτεχνῶς φάρμακον στραγγουρίας.
- Βδ. καὶ πῦρ γε τουτί, καὶ προσέστηκεν φακῆ,
ρόφειν ἔαν δέη τι.
- Φι. τοῦτ' αὖ δεξιόν.
καὶν γὰρ πυρέττω, τόν γε μισθὸν λήψομαι.
αὐτοῦ μένων γὰρ τὴν φακὴν ροφήσομαι.
ἀτὰρ τί τὸν ὄρνιν ὡς ἔμ' ἐξηνέγκατε ;
- Βδ. ἴνα γ', ἣν καθεύδης, ἀπολογουμένου τινός,
ἄδων ἀνωθεν ἐξεγέρῃ σ' οὔτοσί.
- Φι. ἐν ἔτι ποδῶ· τὰ δ' ἄλλ' ἀρέσκει μοι.
- Βδ. τὸ τί ;
- Φι. θήρῶν εἰ πως ἐκκομίσειας τοῦ Λύκου.
- Βδ. πάρεστι τουτί· καὶ τὸς ἄναξ οὔτοσί.
- Φι. ἃ δέσποθ' ἦρας, ὡς χαλεπὸς ἄρ' ἦσθ' ἰδεῖν·
οἷός περ ἡμῖν φαίνεται Κλεώνυμος.
- Σω. οὐκοῦν ἔχει γ' οὐδ' αὐτὸς ἦρας ὦν ὄπλα.
- Βδ. εἰ θάττον ἐκαδίξου σὺ, θάττον ἂν δίκην
ἐκάλουν.
- Φι. κάλει νῦν, ὡς κάθημαι ἴγώ πάλαι.
- Βδ. φέρε νυν, τίν' αὐτῶ πρώτον εἰσαγάγω δίκην ;
τί τις κακὸν δέδρακε τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ ;
ἢ Θράττα προσκαύσασα πρώην τὴν χύτραν---
- Φι. ἐπίσχες οὔτος· ὡς ὀλίγου μ' ἀπώλεσας.
ἀνευ δρυφάκτου τὴν δίκην μέλλειν καλεῖν,
ὃ πρώτον ἡμῖν τῶν ἱερῶν κατεφαίνετο.
- Βδ. μὰ τὸν Δ' οὐ πάρεστιν ἄλλ' ἐγὼ δραμῶν
αὐτὸς κομιοῦμαι τό γε παραυτίκ' ἔνδοθεν.

PHIL. Scitum certe istud, et seni utile omnino invenisti re-
medium stranguriæ.

BDEL. En et ignis, cui lens adposita, sorbere si quid necesse
fuerit.

PHIL. Istud etiam scitum est. Nam si vel febricitem, mer-
cedem tamen accipiam. Istic enim manens lentem sorbebo.
Sed cur hunc ad me extulistis gallum ?

BDEL. Ut, si dormias, dum aliquis causam dicit, iste can-
tans desuper te excitet.

PHIL. Unum adhuc desidero : cetera autem placent mihi.

BDEL. Quidnam ?

PHIL. Simulacrum Lyci herois si qua ratione efferas.

BDEL. Ecce ob oculos adest, et ipse ille est heros.

PHIL. O heros domine, quam terribilis es aspectu, qualis
Cleonymus nobis videtur !

Sos. Ergo nec ipse, tametsi heros est, arma habet.

BDEL. Si ocius sederes tu, ocius etiam litem ego citarem.

PHIL. Cita modo : nam sedeo ego dudum.

BDEL. Agedum, quamnam ei primum introducam litem ?
fecitne quid mali quispiam e familia ? Thratta ancilla, quæ
adussit nuper ollam—

PHIL. Eho tu reprime te ; nam parum abest, quin me per-
dideris. Num sine cancellis litem citaturus es, qui inter res
sacras primi nobis apparere solent ?

BDEL. Edepol non adsunt, sed curram, et ipse actutum
efferam foras. Quid hoc rei est ? Quam multum valet, quibus
adsuescas locis !

XANTH. Abi in malam rem. Istiusnemodi nos canem alere!

BDEL. Quid rei est, sodes?

XANTH. Nonne enim Labes iste canis in culinam modo iruens abreptum Siculum caseum comedit?

BDEL. Hæc itaque noxa patri prima introducenda est: tu vero ades et accusa.

XANTH. Non ego hercle: verum alter canis ait se accusaturum, siquis introducat actionem.

BDEL. Agedum adduc eos huc.

XANTH. Ita sane facere oportet.

PHIL. Hocce quid est?

BDEL. Suile vimineum Laris.

PHIL. Itane manu sacrilega ablatum adfers?

BDEL. Non: sed a Lare factio initio aliquem conteram.

PHIL. Sed prospera introducere litem: nam ego multam intuo.

BDEL. Agedum efferam nunc tabulas et stylos.

PHIL. Hei mihi! obtundes me enecabisque tempus terendo mihi sat erat ungue sulcos ducere in tabula.

BDEL. En accipe.

PHIL. Cita nunc.

BDEL. Jam in eo sum.

PHIL. Quis iste est primus?

BDEL. Perii! ut piget oblitum me esse urnas judicarias efferre!

τί ποτε τὸ χρῆμ'; ὡς δεινὸν ἢ φιλοχωρία.
βᾶλλ' ἐς κόρακας. τοιοῦτον! τρέφειν κύνα.

Ξα.

Βδ.

τί δ' ἐστὶν ἐτεόν;

Ξα.

οὐ γὰρ ὁ Λάβης ἀρτίως
ὁ κύων παρὰ ξας εἰς τὸν ἵπνον ἐξαεπάσας
τροφαλίδα τυροῦ Σικελικὴν κατεδήδοκε;
τοῦτ' ἄρα πρῶτον τὰ δίκημα τῷ πατρὶ
εἰσακτέον μοι: σὺ δὲ κατηγορεῖ παρών.

Βδ.

Ξα.

μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ'. ἀλλ' ἄτερος φησὶν κύων
κατηγορήσειν, ἣν τις εἰσάγη γραφήν.

Βδ.

ἴδι νυν, ἄγ' αὐτὰ δεῦρο.

Ξα.

ταῦτα χερὶ ποιεῖν.

Φι.

τουτὶ τί ἐστι;

Βδ.

χοιροκομεῖον Ἐστίας.

Φι.

εἴθ' ἱεροσυλήσας φέρεις;

Βδ.

οὐκ' ἀλλ' ἵνα

ἀφ' Ἐστίας ἀρχόμενος ἐπιτρέψω τινά.

Φι.

ἀλλ' εἴσαγ' ἀνύσας ὡς ἐγὼ τιμᾶν βλέπω.

Βδ.

φέρε νυν, ἐνέγκω τὰς σανίδας, καὶ τὰς γραφάς.

Φι.

οἴμοι, διατρίψεις, καὶ πολεῖς τριψημερῶν.
ἐγὼ δ' ἀλοκίζειν ἐδεόμην τὸ χωρίον.

Βδ.

ἰδοῦ.

Φι.

κάλει νῦν.

Βδ.

ταῦτα δῆ.

Φι.

τίς οὔτος;

ὁ πρῶτός ἐστιν;

Βδ.

ἐς κόρακας ὡς ἄχθομαι,
ὅτι τῇ πελαγόμεν τούς καδίσκους ἐκφέρειν.

- Φι. οὗτος σὺ, ποῖ θεῖς ;
 Βδ. ἐπὶ καδίσκους.
 Φι. μηδαμῶς.
 ἐγὼ γὰρ εἶχον τούσδε τοὺς ἀρυστίχους.
 Βδ. κάλλιστα τοίνυν πάντα γὰρ πάρεστι νῦν,
 ὅσων δεόμεθα, πλὴν γε δὴ τῆς κλεψύδρας.
 Φι. ἦδὲ δὲ δὴ τίς ἐστιν ; οὐχὶ κλεψύδρα ;
 Βδ. εὔ γ' ἐμπορίζεις αὐτὰ, κἀπιχωρίως.
 ἀλλ' ὡς τάχιστα πῦρ τις ἐξενεγκάτω,
 καὶ μυρρίνας, καὶ τὸν λιβανωτὸν ἔνδοθεν,
 ὅπως ἂν εὐξάμεσθα πρῶτα τοῖς θεοῖς.
 Χο. καὶ μὴν ἡμεῖς ἐπὶ ταῖς σπονδαῖς,
 καὶ ταῖς εὐχαῖς, φήμην ἀγαθὴν
 λέξομεν ὑμῖν, ὅτι γενναίως
 ἐκ τοῦ πολέμου
 καὶ τοῦ νεύκου ξυνέβητον.
 Βδ. εὐφημία μὲν πρῶτα νῦν ὑπαρχέτω.
 Χο. ὦ Φοῖβ' Ἀπολλων Πύθι', ἐπ' ἀγαθῇ τύχῃ
 τὸ πρᾶγμ', ὃ μηχανάται
 ἔμπροσθεν οὗτος τῶν θυρῶν,
 ἅπασιν ἡμῖν ἀρμόσαι,
 ὡς παυσάμενοισι τῶν πλάνων.
 Ἰήϊε Παιάν.
 Βδελυκλέων.
 ὦ δέσποτ' ἀναξ, γείτον' Ἀγυιῦ
 τοῦ μοῦ προθύρου,
 δέξαι τελετὴν καινὴν, ὦ ἄναξ, ἣν τῷ πατρὶ καινοτομοῦμεν
 παῦσόν τ' αὐτοῦ τουτὶ τὸ λίαν στρυφνὸν καὶ πρίνινον ἦθος,

- PHIL. Heus tu, quorsum curris ?
 BDEL. Ad quaerendas urnas.
 PHIL. Nequaquam, ego enim istis cotylis usus eram.
 BDEL. Optime ergo : omnia enim adsunt nobis, quibus
 opus est, præter clepsydram.
 PHIL. Hoc vero quid est ? annon clepsydra ?
 BDEL. Lepide excogitas hæc instrumenta, et more vernaculo. Sed quamprimum aliquis intus efferat ignem et myrtos
 et thus, ut vota primum faciamus diis.
 CHOR. Nos etiam in libaminibus et votis verba bona dicemus vobis, quia ex concertatione et jurgio mutuam generose reconciliastis gratiam.
 BDEL. Linguis nunc primum favete.
 CHOR. O Phœbe Apollo Pythie, hoc negotium, quod machinatur iste ante fores, da ut prospere nobis omnibus cedat, ut ab erroribus liberatis. Ἰο Πᾶσαν !
 BDEL. O Rex domine, vicine Agyieu vestibuli mei, nova hæc accipe sacra, quæ patris mei in gratiam nunc primum comminiscimur, et mitiga hos ejus nimis austeros et rigidos

mores, pro defruto pauxillum mellis iracundiæ ejus admiscens, ut jam deinceps fiat hominibus clemens, et reorum magis misereatur, quam accusatorum, illisque orantibus illacrumet, et deposita asperitate, ab iracundia sua demat urticam.

CHOR. Nos simul tecum precamur et accinimus tibi, in novo constituto magistratu, propter ea quæ modo dixisti. Benevoli enim sumus tibi, ex quo sensimus te populum amare, ut nemo eorum, qui nunc sunt te juniores.

BDEL. Siquis Heliææ judicum foris est, ingreditor: nam quumprimum causidici orare inceperint, non intromitemus amplius.

PHIL. Quisnam est iste reus? ut condemnabitur!

XANTH. ut Acc. Audite nunc accusationis libellum. Dicam subscripsit canis Cydathenæensis Labeti Æxonensi, quod solus contra jus et fas comedit caseum Siculum! pœna esto boia ficulnea.

PHIL. Immo mors canina, si semel convictus fuerit.

BDEL. Equidem Labes reus iste adest.

PHIL. O impurus ille! quam furaciter etiam intuetur! ut dentes restringens se decepturum me arbitratur! ubi est accusator Cydathenæensis ille canis?

ἀντὶ σιραίου, μέλιτος σμικρὸν τῷ θυμιδίῳ παραμίξας·
ἤδη δ' εἶναι τοῖς ἀνθρώποις
ἥπιον αὐτὸν,

τοὺς φεύγοντάς τ' ἐλεεῖν μᾶλλον
τῶν γραψαμένων,
καὶ ἀπιδακρῦειν ἀντιβολούντων·
καὶ παυσάμενον τῆς δυσκολίας,
ἀπὸ τῆς ὀργῆς
τὴν ἀκαλήφην ἀφελέσθαι.

Χο. ξυνευχόμεθα, ἀπαρόμεν σοὶ γ' ἐν νέαισιν ἀρχαῖς,
ἔνεκά γε τῶν προλελεγμένων.

εὖνοι γὰρ ἐσμὲν, ἐξότου
τὸν δῆμον ἡσθόμεσθά σου
φιλοῦντος, ὡς οὐδεὶς ἀνήρ
τῶν νῦν γε σοῦ νεωτέρων.

Βδ. εἴ τις θύραισιν Ἑλιαστῆς, εἰσίτω·
ὡς, ἢνίκ' ἀν' λέγασιν, οὐκ εἰσφρήσομεν.

Φι. τίς ἄρ' ὁ φεύγων οὗτος; ὅσον ἀλώσεται.

Ξανθίας ὡς κατήγορος.

ἀκούετ' ἤδη τῆς γραφῆς· ἐγράψατο
κύων Κυδαθηναίους Λάβητ' Αἰξωνέα,
τὸν τυρὸν, ἀδικεῖν, ὅτι μόνος κατήσθιε
τὸν Σικελικόν. τίμημα κλωρὸς σύκινος.

Φι. θάνατος μὲν οὖν κύνεις, ἦν ἅπαξ ἀλφ.

Βδ. καὶ μὴν ὁ φεύγων οὗτος ἰ Λάβης πάρα.

Φι. ᾧ μισθὸς οὗτος· ὡς δὲ καὶ κλέπτον βλέπει·
οἶον σεσηγῶς ἐξαπατήσειν μ' οἶεται.

σοῦ δ' ὁ διώκων, ὁ Κυδαθηναίους κύων;
αὔ, αὔ.

Κυ.

Bδ. πάρεστιν. ἕτερος οὗτος αὖ Λάβης,
ἀγαθός γ' ὑλακτεῖν, καὶ διαλείχειν τὰς χύτρας.

Σωσίας ὡς κήρυξ.

σίγα, κἀδιζε, σὺ δ' ἀναθὰς κατηγορεῖ.

Φι. φέρε νυν, ἄμα τήνδ' ἐγχεάμενος κἀγὼ ῥοφῶ.

Ξανθίας ὡς κατήγορος.

τῆς μὲν γραφῆς ἠκούσαδ', ἧς ἐγραψάμην,
ἄνδρες δικασταί, τουτοῖ. δεινότατα γὰρ
ἔργων δέδρακε κἀμὲ, καὶ τὸ ῥυππαταί.

ἀποδράς γὰρ εἰς τὴν γωνίαν, τυρὸν πολλὸν
κατεσικιέλιξε, κἀνέπλητ' ἐν τῷ σκοτῶ,---

Φι. νῆ τὸν Δί, ἀλλὰ δῆλός ἐστ' ἔμοιγέ τοι
τυροῦ κάκιστον ἀρετίως ἐνήσυγεν
ὁ βδελυρὸς οὗτος.

Ξανθίας ὡς κατήγορος.

κοὺ μετέδωκ' αἰτοῦντί μοι.

καὶ τοι τίς ὑμᾶς εὖ ποιεῖν δυνήσεται,
ἦν μὴ τι κἀμοί τις προβάλλῃ τῷ κυνί;

Φι. οὐδὲν μετέδωκεν;

Ξανθίας ὡς κατήγορος.

οὐδὲ τῷ κοινῷ γ' ἐμοί.

Φι. θερμὸς γὰρ ἀνῆρ οὐδὲν ἤττον τῆς φακῆς.

Bδ. πρὸς τῶν θεῶν, μὴ προκαταγίγνωσκ', ᾧ πάτερ,
πρὶν ἂν γ' ἀκούσης ἀμφοτέρων.

Φι. ἀλλ', ᾧ γὰρ, ἀλλ', ᾧ γὰρ, ἀλλ', ᾧ γὰρ,

τὸ πρᾶγμα φανερόν ἐστιν. αὐτὸ γὰρ βοᾷ.

Ξανθίας ὡς κατήγορος.

μὴ νῦν ἀφήτέ γ' αὐτὸν, ὡς οὐτ' αὖ πολλὸν
κυνῶν ἀπάντων ἄνδρα μονοφαγίστατον,

CAN. Hau, hau.

BDEL. Alter iste rursus est Labes, bonus latrare et ollas lin-
gere.

SOS. ut PRÆC. Sile, sede: tu vero ascende et accusa.

PHIL. Agedum simul et ego hancee infundam et sorbebo.

XANTH. ut ACC. Audistis quam dicam scripserim huic, ὁ
judices: etenim indignissimum facinus admisit et in me et in
navales socios. Nam in angulum se proripiens plurimum ca-
seum desicilissavit, et se implevit in tenebris---

PHIL. Satis hercle facti manifestus est, siquidem mihi pessi-
mum foetorem casei ructavit in faciem modo impuratus iste.

XANTH. ut ACC. Nec me petentem fecit participem. At
vero quis vobis bene facere poterit, nisi quis et mihi cani ali-
quid projecerit?

PHIL. Nihil impertivit?

XANTH. ut ACC. Ne mihi quidem, qui consors ei sum.

PHIL. Fervidus enim vir est, nec minus ac lens ista.

BDEL. Per deos obsecro, mi pater, ne condemnes, prius-
quam ambos audiveris.

PHIL. Sed, ὁ bone, res manifesta est; ipsa enim cla-
mat.

XANTH. ut ACC. Ne ergo dimittite eum, utpote qui multo

omnium canum lubentissime solus vorat, qui circumnavigans mortarium, urbium exedit crustam.

PHIL. Nec mihi adeo superest, qui rimas obturem urcei.

XANTH. ut Acc. Proinde istum castigate: nunquam enim poterit una domus duos fures alere: ne in vanum frustra latrem ego; sin minus, deinceps non latrabo.

PHIL. Hui, hui! quantas ejus commemoravit nequitias! furax omnino ille homo est. Nonne et tibi videtur, galle? næ hercle; adnuit ille quidem. Heus tu Thesmotheta! ubi ille est? matulam mihi det.

SOS. ut THESM. Ipse deme: nam ego testes citabo. Labeti testes adsunto; catinus, pistillum, radula, craticula, olla, ceteraque adusta vasa. Sed meisne tu adhuc, nec sedes?

PHIL. Nondum: sed istum arbitror cacaturum hodie.

BDEL. Annon desines rigidus esse et difficilis, idque erga reos, semperque eis mordicus inhærebis? Ascende tu, Labes, et crimen purga. Quid taces? eloquere.

PHIL. Sed iste nihil habere videtur, quod dicat.

BDEL. Habet quidem: sed idem ei puto accidisse, quod olim accidit reo Thueydidi: buccas stupore percussus obmu-

ὄστις περιπλεύσας τὴν θυσίαν ἐν κύκλῳ,
ἐκ τῶν πόλεων τὸ σκίρρον ἐξεδήδοκεν.

Φι. ἐμοὶ δὲ γ' οὐκ ἔστ' οὐδὲ τὴν ὑδρίαν πλάσαι.

Ξανθίας ὡς κατήγορος.

πρὸς ταῦτα τοῦτον κολάσαιτ'. οὐ γὰρ ἂν ποτε
τρέφειν δύναιτ' ἂν μία λόχη κλέπτα δύο·
ἵνα μὴ κεκλάγχω διακενήσῃ ἄλλως ἐγώ·
ἐὰν δὲ μὴ, τοιοῦτον οὐ κεκλάγχσομαι.

Φι. ἰοῦ, ἰοῦ·

ὄσας κατηγορεῖσε τὰς πανουργίας·
κλέπτον τὸ χεῖμα τάνδρος· οὐ καὶ σοὶ δοκεῖ,
ᾧ ἄλεκτρῶν; νῆ νὸν Δί', ἐπιμύει γέ τοι.
ὁ Θεσμοθέτης. ποῦ 'σθ' οὗτος; ἀμίδα μοι δότω.

Σωσίας ὡς Θεσμοθέτης.

αὐτὸς καθελοῦ· τοὺς μάρτυρας γὰρ ἐσκαλῶ.
Δάβητι μάρτυρας παρεῖναι, τρυβλίον,
δοῖδουκα, τυρόκηστιν, ἐσχάραν, χύτραν,
καὶ τᾶλλα τὰ σκεύη τὰ προσκεκαυμένα.
ἀλλ' ἔτι σύ γ' οὐρεῖς, κοῦ καθίξεις;

Φι. οὐδέπω·

τοῦτον δὲ γ' οἶμ' ἐγὼ χεσεῖσθαι τήμερον.
Bδ. οὐκ ἂν σὺ παύσει χαλεπὸς ὢν καὶ δύσκολος,
, καὶ ταῦτα τοῖς φεύγουσιν, ἀλλ' ὀδᾶξ ἔχει;
ἀνάβαιν', ἀπολογοῦ. τί σεσιώπηκας; λέγε.

Φι. ἀλλ' οὐκ ἔχειν οὗτός γ' ἔοικεν ὅ τι λέγῃ.

Bδ. οὐκ· ἀλλ' ἐκεῖνό μοι δοκεῖ πεπονθῆναι,
ὅπερ ποτὲ φεύγων ἔπαθε καὶ Θουκυδίδης.

ἀπόπληκτος ἐξαίφνης ἐγένετο τὰς γνάθους.
πάρειχ' ἐκποδῶν. ἐγὼ γὰρ ἀπολογήσομαι.

Χαλεπὸν μὲν, ὦ ἄνδρες, ἐστὶ διαβεβλημένου
ὑπεραποκρίνεσθαι κυνός· λέξω δ' ὄμως.
ἀγαθὸς γὰρ ἐστὶ, καὶ διώκει τοὺς λύκους.

Φι. κλέπτῃς μὲν οὖν οὗτός γε καὶ ξυνωμότης.
Βδ. μὰ Δί', ἀλλ' ἀριστός ἐστι τῶν νυνὶ κυνῶν,
οἷός τε πολλοῖς προβατίοις ἐφeskάται.

Φι. τί οὖν ὄφελος, τὸν τυρὸν εἰ κατεσθίει ;
Βδ. ὅτι σοῦ προμάχεται, καὶ φυλάττει τὴν θύραν,
καὶ τ' ἄλλ' ἀριστός ἐστιν· εἰ δ' ὑφείλετο,
ξύγγνωθι. κιδαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσταται.

Φι. ἐγὼ δ' ἐβουλόμην ἂν οὐδὲ γραμμᾶτα,
ἵνα μὴ κακουργῶν ἐνέγραφ' ἡμῖν τὸν λόγον.

Βδ. ἄκουσον, ὦ δαίμονι, ἐμοῦ τῶν μαρτύρων.
ἀνάβηθι, τυρόκνηστι, καὶ λέξον μέγα.
σὺ γὰρ ταμειούσ' ἔτυχες. ἀπόκριναι σαφῶς,
εἰ μὴ κατέκνησας τοῖς στρατιώταις ἄλλαβες.
φησὶ κατακνηῆσαι.

Φι. νῆ Δί' ἀλλὰ ψεύδεται.

Βδ. ὦ δαίμονι, ἔλεει τάλαιπωρομένους.
οὗτος γὰρ ὁ Λάβης καὶ τραχήλι' ἐσθίει,
καὶ τὰς ἀκάνθας· κούδέποτ' ἐν ταυτῷ μένει.
ὁ δ' ἕτερος οἷός ἐστιν οἰκουρὸς μόνον.

Φι. αὐτοῦ μένων γὰρ, ἄττ' ἂν εἴσω τις φέρη,
τούτων μεταίτεϊ τὸ μέρος· εἰ δὲ μὴ, δάκνει.
Βδ. αἰβοῖ· τί κακόν ποτ' ἔσθ', ὅτῳ μαλάττομαι ;

tuit subito. Facesse hinc: ego enim causam tuam defendam.
Difficile quidem est, ὁ viri, crimine invidioso arcessiti canis
patrocinium suscipere: dicam tamen. Bonus enim est et
lupos fugat.

PHIL. Immo fur iste quidem et conjuratus.

BDEL. Neutiquam hercle: sed natum quantum est canum
optimus est, quique possit præesse magno pecori.

PHIL. At vero quid prodest, si caseum comedit?

BDEL. Nempe pro te pugnat, et custodit januam, ceteraque
optimus est: si autem quidpiam surripuit, condona eum; citha-
ram enim pulsare nescit.

PHIL. Vellem equidem, ut nec literas sciret, ut ne patrato
scelere orationem conscripsisset.

BDEL. Audi, ὁ bone, meos testes. Ascende tu, radula, et
dic alta voce: tu enim tunc quæsturam exercebas: responde
clare: nonne comminuisti militibus dividenda quæ acceperas?
Ait se comminuisse.

PHIL. Sed mehercle mentitur.

BDEL. O bone, miserere afflictorum. Iste enim Labes
et capita piscium edit et spinas: nec unquam in eodem loco
manet. Alter vero ille nihil aliud scit quam domum custodire:
quippe manens ibi semper, quæcunque quis inferat, eorum
partem sibi flagitat: si quis vero non det, mordet eum illico.

PHIL. Au! quidnam est mali, quo mollesco? malum quod-
dam evenit mihi, et persuadeor.

BDEL. Age, mi pater, obsecro, miserescite ejus, et nolite perdere. Ubi sunt liberi? ascendite, ó miseri, et gannitu orate, obsecrate, et lacrimate.

PHIL. Descende, descende, descende, descende.

BDEL. Descendam: et quamvis istud *descende* complures jam deceperit, descendam tamen.

PHIL. Abi in malam rem. Ut nocet sorbuisse! Ecce enim illacrimavi ego, quod, animo quidem meo, haud fecissem unquam, nisi implessem me lente.

BDEL. Nonne ergo absolvetur?

PHIL. Difficile scitu.

BDEL. Age, mi patereule, ad meliora convertere. Hoc sumto calculo, ad posteriorem urnam connivens transili, et eum absolve, ó pater.

PHIL. Minime: nam citharam pulsare nescio.

BDEL. Agedum, hac te celeriter circumducam.

PHIL. Estne hæc prior urna?

BDEL. Hæcce.

PHIL. Huc demissus esto hicce calculus.

BDEL. Deceptus est, et absolvit imprudens.

PHIL. Age effundam calculos humi: nam qua fortuna certavimus?

BDEL. Res ipsa videtur ostensura. Absolutus es, ó Labes. Pater, pater, quid tibi accidit?

PHIL. Hei mihi! ubi est aqua?

BDEL. Erige, erige te ipsum.

κακόν τι περιβαίνει με, κἀναπαίδομαι.

Bδ. Ἰθ', ἀντιβολῶ σ' οἰκτείρατ' αὐτόν, ᾧ πάτερ, καὶ μὴ διαφθείρητε. ποῦ τὰ παῖδιά; ἀναβαίνειτ', ᾧ πόνηρα, καὶ κνυζούμενα αἰτεῖτε, κἀντιβολεῖτε, καὶ δακρύετε.

Φι. κατὰβα, κατὰβα, κατὰβα, κατὰβα.

Bδ. καταθήσομαι.

καίτοι τὸ ΚΑΤΑΒΑ τοῦτο πολλοὺς δὴ πάνυ ἐξηπάτηκεν. ἀτὰρ ὅμως καταθήσομαι.

Φι. ἐς κόρακας. ὡς οὐκ ἀγαθόν ἐστι τὸ ῥοφεῖν.

ἐγὼ γὰρ ἀπεδάκρυσα νῦν. γνώμην ἐμὴν, οὐδ' ἂν ποτέ γ', ἀλλ' ἢ τῆς φακῆς πεπλησμένος.

Bδ. οὐκ οὐκ ἀποφεύγει δῆτα;

Φι. χαλεπὸν εἰδέναι.

Bδ. Ἰθ', ᾧ πατριδίων, ἐπὶ τὰ βελτίω τρέπου.

τηγδὶ λαβὰν τὴν ψῆφον, ἐπὶ τὸν ὕστερον μύσας παραῖξον, κἀπόλυσον, ᾧ πάτερ.

Φι. οὐ δῆτα. κινθαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι.

Bδ. φέρε νυν, σὲ τηγδὶ τὴν ταχίστην περιάγω.

Φι. ὄδ' ἔσθ' ὁ πρότερος;

Bδ. οὗτος.

Φι. αὕτη ντευθενί.

Bδ. ἐξηπάτηται, κἀπολέλυκεν οὐχ ἑκάν.

Φι. φέρ', ἐξεράσω, πῶς γὰρ ἠγωνίσμεθα;

Bδ. δείξειν ἔοικεν. ἐκπέφευγας, ᾧ Λάδης.

πάτερ, πάτερ, τί σέπονθας;

Φι. οἴμοι! ποῦ 'σθ' ὕδαρ;

Bδ. ἔπαιρ', ἔπαιρε σαυτόν.

- Φι. ἔπ' ἐκείνó μοι·
ὄντως ἀπέφυγε;
- Βδ. νῆ Δί·
- Φι. οὐδὲν εἴμ' ἄρα.
- Βδ. μὴ φροντίσης, ὦ δαιμόνι, ἀλλ' ἀνίστασο.
- Φι. πῶς οὖν ἐμαυτῷ τοῦτ' ἐγὼ ξυνείσομαι,
φεύγοντ' ἀπολύσας ἄνδρα; τί ποτε πείσομαι;
ἀλλ', ὦ πολυτίμητοι θεοί, ξύγγνωτέ μοι.
ἄκων γὰρ αὐτ' ἔδρασα, κοῦ τοῦ 'μοῦ τρόπου.
καὶ μῆδὲν ἀγανάκτει γ' ἐγὼ γάρ σ', ὦ πάτερ,
θρέψω καλῶς, ἄγων μετ' ἐμαυτοῦ πανταχοῖ,
ἐπὶ δειπνον, εἰς ξυμπόσιον, ἐπὶ θεωρίαν,
ὡσθ' ἠδέως διάγειν σε τὸν λοιπὸν χρόνον·
κοῦκ ἐγχανεῖται σ' ἐξαπατῶν Ὑπέρολος.
ἀλλ' εἰσίσωμεν.
- Φι. ταῦτα νῦν γ', εἴπερ δοκεῖ.
- Χο. ἀλλ' ἴτε χαίροντες, ὅποι βούλεσθ',
ὕμεις ταχέως· ὦ μυριάδες δ'
ἀναρίθμητοι, νῦν μὲν, τὰ μέλλοντ' εὖ λέγεσθαι,
μὴ πῆσῃ φάουλως χάμαξ', εὐλαθεῖσθε.
τοῦτο γὰρ σκαιῶν θεατῶν
ἔστι πάσχειν, κοῦ πρὸς ὑμῶν.
- Νῦν αὖτε λεῶ, προσέχετε τὸν νῦν, εἴπερ καθαρὸν τι φιλεῖτε.
μέμψασθαι γὰρ τοῖσι θεαταῖς ὁ ποιητῆς νῦν ἐπιθυμεῖ.
ἀδικεῖσθαι γὰρ φησιν, πρότερος πόλλ' αὐτὸς εὖ πεποιηκῶς,
τὰ μὲν οὐ φανερῶς, ἀλλ' ἐπικουρῶν κρύβδην ἐτέροισι ποιηταῖς,
μιμησάμενος τὴν Εὐρυκλέους μαντείαν καὶ διάνοιαν.
εἰς ἀλλοτρίας γαστέρας ἐνδὺς, κωμωδικὰ πολλὰ χέασθαι.

PHIL. Illud dic mihi : reverane absolutus est ?

BDEL. Ita hercle.

PHIL. Nullus ego sum.

BDEL. Ne sis sollicitus, ὁ bone; sed surge.

PHIL. Quomodo ergo id ego mihi conscire potero, hominem reum meo calculo fuisse absolutum? quid me nunc denique fiet? sed, ὁ dii sancti, ignoscite mihi: invitus enim id feci, et non est moris mei.

BDEL. Ne feras id ægre; ego enim te, ὁ pater, splendide alam, ducens mecum quocunque, ad cœnam, ad convivium, ad spectacula, ut reliquum vitæ tempus degas jucunde: neque te irridebit Hyperbolus, os tibi sublinens officii. Sed ingrediamur.

PHIL. Id nunc fiat, si videtur.

CHOR. Sed ite vos læti, quo vultis, celeriter. At, ὁ innumerable catervæ, nunc quæ recte dicentur, ne decidant humi in vanum, cavete? nam inscitorum est spectatorum id committere, et non vestrùm.

Nunc vero advertite animum, ὁ populi, si vera nec fucata loquentem amatis: nam incusare spectatores poëtæ nunc libido est: ait enim vos in se injurios esse, de quibus prior sæpe bene meritus est, partim non aperte, sed clam adjutans alios poëtas, quum Eurycelis divinationem et mentem imitatus, in alienos

ingressus ventres, comicas multas fudit fabulas: partim vero aperte postea, quum ipsemet ausus est periculum subire, non alienarum, sed suarum ipsius Musarum ora moderans. Quum autem tantis honoribus elatus fuisset, quantis neminem mactavistis unquam, negat credidisse se summum attingisse fastigium, aut tumidos spiritus sumsisse, et palæstras comissabundum circuisse ut tentaret pueros; et si quis amator ad se properaret, indigne ferens perstringi amasium suum, negat se ulli unquam morem gessisse, consilio usus honesto, ne videlicet Musas, quibuscum consuescit, lenas redderet. Et quando primum docere cœpit, negat se homines aggressum fuisse; sed herculeo impetu maxima monstra adortum se ait, quum statim ab initio audacter congressus est cum illa immani rictu horrenda belua, cujus ab oculis terribiles Cynnae radii micabant, centumque capita assentatorum perditissimorum circumlambebant ei caput: vocem autem habebat gurgitis perniciem enixi, odorem phocæ, illotos Lamiaë coleos, culum cameli. Hujusmodi monstrum quum conspicatus esset, negat se timuisse, et muneribus id placavisse: verum etiamnum pro vobis pugnat, aitque se præter istud monstrum incubos et febres aggressum superiore anno, qui patres strangulabant noctu, et avos suffocabant, et in cubilibus incubantes, quicumque vestrum lites odere, litium contestationes, et citationes, et testimonia illis conglutinabant, ita ut perterriti multi ad Polemarchum se proriperent. Talem malorum depulsorem, hujusce purgatore[m] regionis, quum inveneritis, tamen anno superiore prodidistis, serentem sententias grata novitate commendabiles, quas, quia non recte intellexeratis, incrementum capere non sivistis: quamvis per Bacchum inter libamina sæpe

μετὰ τοῦτο δὲ καὶ Φανερωῦς ἤδη κινδυνεύων κατ' ἑαυτὸν, οὐκ ἄλλοτρίων, ἀλλ' οἰκείων Μουσῶν στόμαθ' ἠνιοχήσας. ἀρθεῖς δὲ μέγας, καὶ τιμηθεῖς, ὡς οὐδεὶς πώποτ' ἐν ὑμῖν, οὐκ ἐκτελέσαι φησὶν ἐπαρθεῖς, οὐδ' ὀγκῶσαι τὸ φρόνημα, οὐδὲ παλαίστρας περικωμάζειν πειρῶν· ἔδ', εἴ τις ἐρασίης, καωμωδεῖσθαι παίδιχ' ἑαυτοῦ μισῶν, ἔσπευθε πρὸς αὐτὸν, οὐδενὶ πώποτέ φησι πιθέσθαι, γνώμην τιν' ἔχων ἐπεικῆ, ἵνα τὰς Μούσας, αἷσιν χρήται, μὴ προαγωγὸς ἀποφῆγη. ἔδ', ὅτε πρῶτόν γ' ἤρχε διδάσκειν, ἀνθρώποις φήσ' ἐπιθέσθαι· ἀλλ' Ἡρακλῆος ὄρσην τιν' ἔχων, τοῖσι μεγίστοις ἐπιχειρεῖν, θρασέως ξυστὰς εὐθύς ἀπ' ἀρχῆς αὐτῷ τῷ καρχαροδόντι, οὐ δεινόταται μὲν ἀπ' ὀφθαλμῶν Κύννης ἀκτίνες ἔλαμπον, ἑκατὸν δὲ κύκλω κεφαλαὶ κολάκων οἰμωξομένην ἐλιχμῶντο περὶ τὴν κεφαλὴν· Φωνὴν δ' εἶχεν χαράδρας ὀλεθρον τέλοκυας, φώκης δ' ὄσμην, Λαμίας δ' ὄρχεις ἀπλύεις, πρῶκλόν δὲ καμήλα. τοιοῦτον ἰδὼν τέρας, οὐ φησὶν δείσας καταδωροδοκῆσαι· ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν ἔτι καὶ νυκτὶ πολεμεῖ· φησὶν τε μετ' αὐτοῦ τοῖς ἠπιάλοις ἐπιχειρῆσαι πέρυσιν, καὶ τοῖς πυρρετοῖσιν, οἳ τοὺς πατέρας τ' ἤγχον νύκτωρ, καὶ τὰς πάππους ἀπέπνιψον· κατακλιόμενοί τ' ἐπὶ ταῖς κοίταις, ἐπὶ τοῖσιν ἀπράγμοσιν ὑμῶν,

ἀνταμοσίας καὶ προσκλήσεις καὶ μαρτυρίας ξυνεκόλλων, ὥστ' ἀναπηδᾶν δειμαίνοντας πολλοὺς ὡς τὸν Πολέμαρχον. τοιόνδ' εὐρόντες ἀλεξίκακον. τῆς χώρας τῆσδε καθαρτὴν, πέρυσιν καταπροῦδοτε, καινολάταις σπείροντ' αὐτὸν διανοίαις, ἄς ὑπὸ τοῦ μὴ γνῶναι καθαρώς ὑμεῖς ἐποίησατ' ἀναλδεῖς· καὶ τοὶ σπένδων πόλλ' ἐπὶ πολλοῖς ὄμνυσιν τὸν Διόνυσον, μὴ πώποτ' ἀμείνον' ἔπη τούτων καωμυδικὰ μηθέν' ἀκοῦσαι.

τῷτο μὲν οὖν ἔσθ' ὑμῖν αἰσχρὸν, τοῖς μὴ γνοῦσιν παραχρηῆμα·
ὁ δὲ ποιητῆς οὐδὲν χείρων παρὰ τοῖσι σοφοῖς νενόμισται,
εἰ παρελαύνων τὸς ἀνιπάλας, τὴν ἐπίνοιαν ξυνέτριψεν.

ἀλλὰ τολοιπὸν τῶν ποιητῶν,
ὦ δαιμόνιοι, τοὺς ζητοῦντας
καινόν τι λέγειν, κάξευρίσκειν,
στέργετε μᾶλλον, καὶ θεραπέετε,
καὶ τὰ νοήματα σώζεσθ' αὐτῶν.
ἔσβάλλετε δ' εἰς τὰς κιβωτοὺς
μετὰ τῶν μῆλων· κἄν ταῦτα ποιῆθ',
ὑμῖν δι' ἔτους τῶν ἱματίων
ὀζήσει δεξιότητος.

Ημ. ὦ πάλαι ποτ' ὄντες ἡμεῖς ἄλκιμοι μὲν ἐν χοροῖς,
ἄλκιμοι δ' ἐν μάχαισι,
καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο δὴ μόνον ἄνδρες γε μαχιμώτατοι,
πρὶν ποτ' ἦν, πρὶν ταῦτα· νῦν δ'
οἴχεται γε, κύκνου τε πολιώτεραι δὴ
αἰδ' ἐπανθοῦσιν τρίχες.
ἀλλὰ κακ τῶν λειψάνων
δεῖ τῶνδε ῥάμην νεανικὴν ἔχειν. ἐγὼ
τούμδον νομίζω γῆρας εἶναι κρεῖττον, ἢ πολ-
λῶν κικίνουσι νεανιῶν,
καὶ σχῆμα, κεύρουπρωκτίαν.

Χο. Εἴ τις ὑμῶν, ὦ θεαταί, τὴν ἐμὴν ἰδὼν φύσιν,
εἶτα θανμάζει μ' ὄρω μῆσον διεσφηκωμένον,
ἢ τίς ἐστιν ἢ ἴνοια τῆσδε τῆς ἐγκεντρίδος,
ῥαδίως ἐγὼ διδάξω, κἄν ἄμουσος ᾖ τὸ πρὶν.
ἔσμεν ἡμεῖς, οἷς πρόσσεστι τοῦτο τοῦρροπούγιον,

adjuret, nunquam meliores istis versus comicos quemquam audivisse. Vobis quidem turpe est non statim illorum præstantiam cognovisse: sed poeta nihilo deterior apud sapientes habetur, si postquam adversarios prætervectus est, spem victoriæ confregit. At in posterum, ó boni, poetarum illos, qui studebunt aliquid novi dicere et invenire, magis amate et colite, atque eorum sententias servate et recondite in arcas cum pomis. Hæc si facietis, toto anno vobis vestes redolebunt dexteritatem.

SEM. O nos olim fortes in choris, fortes in præliis, ob idque solum viri pugnacissimi! Olim hæc erant, olim: nunc autem perierunt, et cycno jam candidiores efflorescunt hi nobis capilli. Sed ex istis etiam reliquiis oportet robur adsumere juvenile. Ego meum senium præstantius esse puto multorum adolescentum cincinnis et ornatu et impudicitia.

CHOR. Si quis vestrum, spectatores, conspecta mea persona, miretur, quum videat medium me gracilem esse factum in modum vespæ, aut quæ mens sit hujus mei aculei, facile hunc ego docebo, si vel indoctus fuerit antea. Nos, quibus aculeatus

est podex, Attici sumus, vera et sincera nobilitate soli insignes, indigenæ; fortissimum genus, quodque hanc rempublicam sæpius adjuvit in præliis; quando venit Barbarus, fumo pre-mens incendiisque vastans universam regionem, cupidine incitatus favos nostros vi eximendi. Nam confestim facta excursionem cum hasta et clypeo pugnam ipsis conseruimus, ira proluri acri, vir juxta virum stans, præ iracundia mordens sibi labra: tela volantia cœlumque diemque ex oculis eripiebant: sed tamen in fugam compulimus eos circa vesperam, diis opem ferentibus: noctua enim ante conflictum transvolarat nostrum exercitum. Deinde fugientes insecuti sumus, tanquam thynnos pungentes eos in braceas: illi autem fugiebant, genæque et supercilia ipsis interea pungebantur, ita ut apud Barbaros ubique etiamnum nihil Attico crabrone perhibeatur fortius.

SEM. Utique acer tum eram, quippe qui nihil prorsus time-rem: et sane delevi perduelles, navigans illuc triremibus. Non enim tunc curabamus, quomodo scite orationem diceremus, vel calumniaremur aliquem: sed laudis illius erat inter nos æmulationio, quis optimus clueret remex. Itaque quum multas ceperimus urbes, virtuti nostræ id maxime debetur, quod huc ferantur tributa, quæ depeculantur juniores.

CHOR. Si nos contemplanini diligentius, ad omnia invenietis nos consimiles crabronibus, tum vivendi ratione, tum etiam

Ἄττικοί, μόνοι δικαίως εὐγενεῖς αὐτόχθονες·
ἀνδρικότατον γένος, καὶ πλεῖστα τήνδε τὴν πόλιν
ὠφέλησαν ἐν μάχαισιν, ἦνικ' ἦλθ' ὁ βάρβαρος,
τῷ καπνῷ τύφων ἄπασαν τὴν πόλιν, καὶ πυροπολῶν,
ἐξελεῖν ἡμῶν μενοινῶν πρὸς βίαν τὰνδεθνήια.
εὐθέως γὰρ ἐκδραμόντες ξὺν δορὶ, ξὺν ἀσπίδι,
ἐμαχόμεσθ' αὐτοῖσι, θυμὸν ἰξίνην πεπωκότες,
στὰς ἀνὴρ παρ' ἀνδρ', ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων·
ὑπὸ δὲ τῶν τοξισμάτων οὐκ ἦν ἰδεῖν τὸν οὐρανόν.
ἀλλ' ὅμως ἀπεσάμεσθα ξὺν θεοῖς πρὸς ἐσπέρα.
γλαῦξ γὰρ ἡμῶν, πρὶν μάχεσθαι, τὸν στρατὸν διέπλετο.
εἶτα δ' ἐσπόμεσθα θυναζόντες εἰς τοὺς θυλάκους·
οἱ δ' ἔφευγον, τὰς γνάθους καὶ τὰς ὀφρύς κεντούμενοι·
ὥστε παρὰ τοῖς βαρβάροισι πανταχοῦ καὶ νῦν ἔτι
μηδὲν Ἄττικοῦ καλεῖσθαι σφηκὸς ἀνδρικότερον.

Ημ. Ἄρα δεινὸς ἦ τόθ', ὥστε πάντα μὴ δεδοικέναι
καὶ κατεστρεψάμην γε
τοὺς ἐναντίους, πλέων ἐκεῖσε ταῖς τριήρεσιν.
οὐ γὰρ ἦν ἡμῖν ὅπως
ῥῆσιν εὖ λέξειν ἐμέλλομεν τότ', οὐδὲ
συκοφαντήσειν τινὰ
φροντίς· ἀλλ' ὅς ἂν ἐρέτης
ἔσοιτ' ἄριστος. τοιγαροῦν πολλὰς πόλεις
Μήδων ἐλόντες, αἰτιώτατοι φέρεσθαι
τὸν φόρον δεῦρ' ἐσμέν, ὃν
κλέπτουσιν οἱ νεώτεροι.

Χο. Πολλαχοῦ σκοποῦντες ἡμᾶς, εἰς ἅπανθ' εὐρήσετε
τοὺς τρόπους καὶ τὴν δίαίταν σφηξίν ἐμφεροστάτους.

πρῶτα μὲν γὰρ οὐδὲν ἡμῶν ζῶον ἡρεθισμένον
 μᾶλλον ὀξύθυμόν ἐστιν, οὐδὲ δυσκολώτερον
 εἶτα τᾶλλ' ὅμοια πάντα σφηξὶ μηχανώμεθα.
 ξυλλεγέντες γὰρ καθ' ἑσμούς, ὡσπερὶ τὰνδρηγία,
 οἱ μὲν ἡμῶν, ὅσπερ ὄρχων, οἱ δὲ παρὰ τοὺς Ἐνδεκα,
 οἱ δ' ἐν Ὠδείῳ δικάζουσ'. οἱ δὲ πρὸς τοῖς τειχίοις
 ξυμβεβυσμένοι, πυκνὸν νεύοντες εἰς τὴν γῆν, μόλις,
 ὡσπερ οἱ σκώληκες, ἐν τοῖς κυττάρῳις κινούμενοι.
 ἔς τε τὴν ἄλλην δίαιταν ἑσμὲν εὐπορώτατοι.
 πάντα γὰρ κεντοῦμεν ἄνδρα, κἀκπορίζομεν βίον.
 ἀλλὰ γὰρ κηφῆνες ἡμῖν εἰσὶν ἐγκαθήμενοι,
 οὐκ ἔχοντες κέντρον· οἱ μένοντες ἡμῶν τοῦ φόρου
 τὸν γόνον κατεσθίουσιν, οὐ ταλαιπωρούμενοι.
 τοῦτο δ' ἔστ' ἀλγιστὸν ἡμῖν, ἢν τις ἀστράτευτος ὦν
 ἐκφορῇ τὸν μισθὸν ἡμῶν, τῆσδε τῆς χώρας ὑπερ
 μήτε κώπην, μήτε λόγχην, μήτε φλύκταιναν λαβών.
 ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ τολοιπὸν τῶν πολιτῶν ἑμβραχυ
 ὅστις ἂν μὴ ἔχη τὸ κέντρον, μὴ φέρειν τριώβολον.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ, ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ, ΧΟΡΟΣ.

- Φι. Οὐ τοι ποτὲ ζῶν τοῦτον ἀποδυθήσομαι,
 ἐπεὶ μόνος μ' ἔσωσε παρατεταγμένον,
 ὃδ' ὁ Βορέας ὁ μέγας ἐπεστρατεύσατο.
 Βδ. ἀγαθὸν ἔοικας οὐδὲν ἐπιθυμεῖν παθεῖν.
 Φι. μὰ τὸν Δί', οὐ γὰρ οὐδαμῶς μοι ξύμφορον.
 καὶ γὰρ πρότερον ἐπανδρακίδων ἐμπλήμενος
 ἀπέδωκ' ὀφείλων τῷ γναφεῖ τριώβολον.
 Βδ. ἀλλ' οὖν πεπειράσθω γ', ἐπειδήπερ γ' ἀπαξ

moribus. Primo enim nullum animal, si irritetur, nobis magis est iracundum, neque truculentius. Deinde et cetera omnia cum crabronibus molimur. Nam per examina collecti, tanquam in diversa alvearia migrantes, partim apud Archontem, partim apud Undecimviros, partim in Odeo jus dicimus: alii etiam juxta mœnia stipati arcte, in terram capite demisso, vix moventes se ipsos, tanquam vermes in cellulis. Ad reliqua etiam vitæ necessaria inveniendâ ingenio sumus promptissimo. Nam quemlibet pungimus, victumque inde nobis paramus. Sed enim fuci quidam inter nos sedent carentes aculeo, qui exspectantes tributî nostri fructum comedunt otiosi. Hoc autem est molestissimum nobis, si quis non militans aufert mercedem nostram, licet pro salute hujus urbis nec remum, nec hastam, nec pustum cepirit. Sed rem in pauca conferam; censeo ut deinceps quicumque civium non habuerit aculeum, is ne triobolum accipiat.

PHILOCLEO, BDELYCLEO, CHORUS.

PHIL. Nunquam profecto pallium hoc vivus exuam, quod quidem solum mihi in acie salutî fuit, quum vehemens ille Bo-reas ingruit.

BDEL. Nihil boni, ut videtur, cupis evenire tibi.

PHIL. Haudquaquam enim hercle mihi expedit pretiosam vestem gestare. Nam et nuper, quum me pisciculis opplessem, maculatam vestem fulloni purgandam detuli, cui debitam mercedem triobolum solvi.

BDEL. Saltem periculum fiat, quandoquidem mihi te ipsum semel dedidisti, ut tibi beneficiam.

PHIL. Quid ergo jubes me facere?

BDEL. Missum hoc pallium face, et hancee lænam conjice in collum instar pallii.

PHIL. Ergone filios generare et educare oportet, quum iste me nunc suffocare vult?

BDEL. Hem, hanc cape et injice tibi, et ne loquere.

PHIL. Per deos obsecro, quid hoc mali est?

BDEL. Alii vocant Persida, alii Gaunacum.

PHIL. At ego lodicem esse putabam Thymætidem.

BDEL. Nec mirum id quidem: nam Sardes nunquam adisti. Alioquin enim nosset; nunc autem ignoras.

PHIL. Egone? non hercle, non, inquam. Sed mihi quidem videtur persimilis esse Morychi villosa sago.

BDEL. Minime: sed Ecbatanis ista texuntur.

PHIL. An Ecbatanis fiunt tramæ flocci?

BDEL. Nequaquam, ô bone; sed hoc a Barbaris textitur magno sumtu, siquidem hæc læna facile talentum absorpsit lanæ.

PHIL. Nonne ergo Laniperdam hanc oportebat appellare potius, quam Gaunacum?

BDEL. Mane sis, ô bone, et consiste, dum indueris.

PHIL. Hei mihi misero! quantum calorem impurata hæc in me eructavit!

BDEL. Nonne amicieris?

PHIL. Non equidem hercle: sed, ô bone, si necesse est, cli-
banum induite mihi.

ἐμοὶ σεαυτὸν παραδέδωκας εὖ ποιεῖν.

Φι. τί οὖν κελεύεις ἄρα μὲ;

Βδ. τὸν τρίβων' ἄφες·

τηνδὲ δὲ χλαῖναν ἀναβαλοῦ τριβωνικῶς.

Φι. ἔπειτα παιῖδας χρὴ φυτεύειν καὶ τρέφειν, ὅθ' οὐτοσί με νῦν ἀποπνίξαι βούλεται;

Βδ. ἔχ', ἀναβαλοῦ τηνδὲ λαβῶν, καὶ μὴ λάλει.

Φι. τουτὶ τὸ κακὸν τί ἐστὶ, πρὸς πάντων θεῶν;

Βδ. οἱ μὲν καλοῦσι Περσίδ'· οἱ δὲ καυνάκην.

Φι. ἐγὼ δὲ σισύραν ᾠόμην Θυμοιτίδα.

Βδ. κοῦ θαῦμά γ' ἐς Σάρδεις γὰρ οὐκ ἐλήλυθας. ἔγνωσ γὰρ ἂν νῦν ὃ οὐχὶ γιγνώσκεις·

Φι. ἐγώ;

μὰ τὸν Δί' οὐ τοίνυν· ἀτὰρ δοκεῖ γ' ἐμοὶ εἰκέναι μάλιστα Μορύχου σάγματι.

Βδ. οὐκ' ἀλλ' ἐν Ἐκβατάνοισι ταῦθ' ὑφαίνεται·

Φι. ἐν Ἐκβατάνοισι γίγνεται κρόκης χόλιξ;

Βδ. πῶθεν, ὦ γὰρδ'; ἀλλὰ τοῦτο τοῖσι βαρβάροις ὑφαίνεται πολλαῖς δαπάναις. αὕτη γέ τοι ἐρίων τάλαντον καταπέπευκε ῥαδίως.

Φι. οὐκοῦν ἐριώλην δῆτ' ἐχρῆν ταύτην καλεῖν δικαιότερόν γ', ἢ καυνάκην.

Βδ. ἔχ', ὦ γὰρδ',

καὶ στῆθί γ' ἀμπισχόμενος.

Φι. οἴμοι δειλίαιος·

ὡς φερμὸν ἢ μιαρὰ τι μου κατήρυγεν.

Βδ. οὐκ ἀναβαλεῖ;

Φι. μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ'. ἀλλ', ὦ γὰρδ',

- εἴπερ γ' ἀνάγκη, κριθανόν μ' ἀμπίσχετε.
 Bδ. φέρε', ἀλλ' ἐγὼ σε περιβαλῶ· σὺ δ' οὖν ἴθι.
 Φι. κατάδου γε μέντοι καὶ κρεάγραν.
 Bδ. τίη, τί δή;
 Φι. ἴν' ἐξέλγῃς με, πρὶν διερῆρηκέναι.
 Bδ. ἄγε νῦν, ἀποδύου τὰς καταράτους ἐμβάδας,
 τασδὶ δ' ἀνύσας ὑπόδουδι τὰς Λακωνικάς.
 Φι. ἐγὼ γὰρ ἂν τλαίην ὑποδύσασθαι ποτε
 ἐχθρῶν παρ' ἀνδρῶν δυσμενῆ καττύματα;
 Bδ. ἔνδρες πόδ', ὦ τὰν, κἄτα βαίην ἔρρωμένως,
 ἐς τὴν Λακωνικὴν ἀνύσας.
 Φι. ἀδικεῖς γ' ἐμέ,
 ἐς τὴν πολεμίαν ἀποβιβάζων τὸν πόδα.
 Bδ. φέρε καὶ τὸν ἕτερον.
 Φι. μηδαμῶς τοῦτόν γ', ἐπεὶ
 πᾶντο μισολάκων αὐτοῦ ἴστιν εἰς τῶν δακτύλων.
 Bδ. οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτ' ἄλλα.
 Φι. κακοδαίμων ἐγὼ,
 ὅστις ἐπὶ γήρα χίμετλον οὐδὲν λήψομαι.
 Bδ. ἄνυσόν ποδ' ὑποδυσάμενος· εἶτα πλουσίως
 ὠδὶ προσῆας, τρυφερόν τι διασαλακώνισον.
 Φι. ἰδοῦ. θεῶ τὸ σχῆμα, καὶ σκέψαι μ', ὅτῳ
 μάλιστα ἔοικα τὴν βάδισιν τῶν πλουσίων.
 Bδ. ὅτῳ; δοθιῆνι σκόροδον ἡμφισμένῳ.
 Φι. καὶ μὴν προθυμοῦμαι γε σαυλοπρωκτιᾶν.
 Bδ. ἄγε νῦν, ἐπιστήσει λόγους σεμνοῦς λέγειν,
 ἀνδρῶν παρόντων πολυμαθῶν καὶ δεξιῶν;
 Φι. ἔγωγε.

- BDEL. Age sis, ipse ergo te amīciam : tu perge modo.
 PHIL. Porro huc etiam deponē fuscīnam.
 BDEL. Quid ita?
 PHIL. Ut me eximas, prius quam liquefiam et difflūam.
 BDEL. Age nunc exue illos detestabiles calceos, et propere
 indue Laconicas has baxēas.
 PHIL. Egone ut sustineam induere unquam ab hostibus con-
 suta infesta calceamenta?
 BDEL. Pedem immitte, ὀ bone, propere, deinde innitere forti-
 ter, in Laconicam.
 PHIL. Injuriam tu quidem mihi facis, qui in hostile solum
 me cogis deferre pedem.
 BDEL. Immitte nunc et alterum pedem.
 PHIL. Minime vero istum : nam unus digitorum ejus Laconas
 odit quam maxime.
 BDEL. Aliter fieri nequit.
 PHIL. Infelix ego, qui in senectute perñionem non habebō!
 BDEL. Propere induere : deinde more divitum sic incede
 cum molli et delicato motu corporis.
 PHIL. En : specta jam habitum meum, et considera cui po-
 tissimum ex divitibus sum incessu similis.
 BDEL. Cuīnam? furunculo, cui impositum ex aliis empla-
 strum.
 PHIL. Et profecto jam mihi libido est clunem motitare.
 BDEL. Agedum, sciesne graves et præclaros sermones exse-
 qui coram viris doctis et lepīdis?
 PHIL. Equidem.

BDEL. Quosnam ergo proferres?

PHIL. Permultos. Primum quidem ut Lamia capta pepererit. Deinde ut Cardopio matrem suam---

BDEL. Ne mihi narra fabulas: sed de rebus humanis sermones perhibe, quales maxime domi solemus.

PHIL. Jam igitur ego novi eorum, qui maxime sunt domestici, istum: *Olim mus erat et mustela---*

BDEL. *O stolide et indocte*, inquit Theogenes stercorario, idque eum objurgans. De muribus et mustelis vis narrare inter viros?

PHIL. De quibus ergo narrare me oportet?

BDEL. De rebus splendidis. Ut sacram legationem obieris una cum Androcle et Clisthene.

PHIL. At ego nullibi ludos spectavi, nisi in Paro, idque duobus obolis pro mercede solutis.

BDEL. Ergo oportet saltem te dicere, ut illico pancratio certaverit Ephudion cum Asconda præclare, senex jam et canus, qui tamen haberet latus robustum, et manus, et ilia, thoracemque firmissimum.

PHIL. Ohe, desine; nihil dicis. Qui enim pancratio certaret thorace indutus?

BDEL. Hunc in modum confabulari solent sapientes. Sed aliud quid dic mihi. Si apud hospites biberes, qualenam velles tuum ipsius memorare facinus fortissimum in juventute patratum?

PHIL. Illud, illud quidem meorum est fortissimum, quum Ergasionis ridicas furatus sum.

Bδ. τίνας δῆτ' ἂν λέγοις:

Φι. πολλοὺς πάνυ.

πρῶτον μὲν, ὡς ἡ Λαμί' ἀλοῦσ' ἐπέδδετο·

ἔπειτα δ', ὡς ὁ Καρδοπίων τὴν μητέρα---

Bδ. μὴ μοιγε μύθους. ἀλλὰ τῶν ἀνθρωπίνων,

οἷους λέγομεν μάλιστα τοὺς κατ' οἰκίαν.

Φι. ἐγῶδα τοίνυν τῶν γε πάνυ κατ' οἰκίαν

ἐκείνον, ὡς οὕτω ποτ' ἦν μῦς καὶ γαλῆ--

Bδ. Ω ΣΚΑΙΕ, ΚΑΠΑΙΔΕΥΤΕ, Θεογένης ἔφη

τῷ κοπρολόγῳ, καὶ ταῦτα λοιδοροῦμενος.

μῦς καὶ γαλαῶς μέλλεις λέγειν ἐν ἀνδράσι;

Φι. ποίους τινὰς δὲ χρὴ λέγειν;

Bδ. μεγαλοπρεπεῖς.

ὡς ξυνεθεώρεις Ἀνδροκλεῖ καὶ Κλεισθένει.

Φι. ἐγὼ δὲ τεθεώρηκα πάποτ' οὐδαμοῦ,

πλὴν ἐς Πάρον· καὶ ταῦτα δὴ ὀβολῶ φέρων.

Bδ. ἀλλ' οὖν λέγειν χρὴ σ', ὡς ἐμάχετό γ' αὐτίκα

Ἐφουδίων παγκράτιον Ἀσκώνδα καλῶς,

ἤδη γέρον ἂν καὶ πολίος· ἔχων δὲ τοι

πλευρᾶν βαρυτάτην, καὶ χέρας, λαγόνας τε, καὶ

δάρακ' ἄριστον.

Φι. παῦε, παῦ· οὐδὲν λέγεις.

πῶς δ' ἂν μαχέσαιο παγκράτιον, δάρακ' ἔχων;

Bδ. οὕτως διηγείσθαι νομίζουσ' οἱ σοφοί.

ἀλλ' ἕτερον εἰπέ μοι; παρ' ἀνδράσι ξένοις

πίνων, σεαυτοῦ ποῖον ἂν λέξαι δοκεῖς

ἐπὶ νεότητος ἔργον ἀνδρικότατον;

Φι. ἐκεῖν', ἐκεῖν' ἀνδρειότατόν γε τῶν ἐμῶν,

- ὅτ' Ἐργασίωνος τὰς χάρακας ὑφειλόμην.
 Βδ. ἀπολείς με. ποίας χάρακας; ἀλλ' ὡς ἡ κάπρον
 ἐδιώκαθές ποτ', ἡ λαγών, ἡ λαμπάδα
 ἔδραμες, ἀνευρών ὅτι νεανικώτατον.
 Φι. ἐγὼ δα τοίνυν τό γε νεανικώτατον
 ὅτε τὸν δρομέα Φάυλλον, ὃν βούπαις ἔτι,
 εἶλον, διώκων λαιδορίας, ψήφοιν δυοῖν.
 Βδ. πᾶν· ἀλλὰ δευρὶ κατακλινεῖς προσμάνθανε
 ξυμποτικὸς εἶναι καὶ ξυνουσιαστικός.
 Φι. πῶς οὖν κατακλίνω, φράζ' ἀνύσας.
 Βδ. εὐσχημόνως.
 Φι. ἀδὶ κελεύεις κατακλιθῆναι;
 Βδ. μηδαμῶς.
 Φι. πῶς δαί;
 Βδ. τὰ γόνατ' ἔκτεινε, καὶ γυμναστικῶς
 ὑγρὸν χύτλασον σεαυτὸν ἐν τοῖς στρώμασιν.
 ἔπειτ' ἐπαίνεσόν τι τῶν χαλκωμάτων
 ὄροφῆν θάσσαι· κρεκάδι' αὐλῆς θαύμασον
 ὕδωρ κατὰ χειρός· τὰς τραπέζας εἰσφέρειν·
 δειπνοῦμεν· ἀπονενίμμεθ'· ἤδη σπένδομεν---
 Φι. πρὸς τῶν θεῶν, ἐνύπνιον ἐστιώμεθα;
 Βδ. αὐλητρὶς ἐνεφύσησεν. οἱ δὲ συμπόται
 εἰσιν, Θέωρος, Αἰσχίνης, Φανός, Κλέων,
 ξένος τις ἕτερος πρὸς κεφαλῆς Ἀκέστορος.
 τοῦτοις ξυνῶν, τὰ σκόλι' ὅπως δέξει καλῶς.
 Φι. ἀληθές, ὡς οὐδεὶς γε Διακρίων δεδέξεται.
 Βδ. ἐγὼ εἴσομαι· καὶ δὴ γὰρ εἴμ' ἐγὼ Κλέων
 ἄδω δὲ πρῶτος Ἀρμολίου· δέξει δὲ σύ.

BDEL. Enecas: quas tu, malum, narras ridicas? Quin potius? ut aprum olim sectatus fueris aut leporem? vel ut lampadem ferens cucurreris? excogitato facinore aliquo, quod juvenilem audaciam spiret quam maxime.

PHIL. Ergo equidem novi audacissimum hoc, quem Phayllum cursorem, adhuc catulaster, persecutus sum iudicio, et vici duobus calculis ob maledicta accusatum.

BDEL. Desine, et huc potius accumbe, ut discas quomodo te in conviviis et conversationibus gerere debeas.

PHIL. Quomodo ergo accumbam? dic propere.

BDEL. Composite et decore.

PHIL. Siccine me jubes accumbere?

BDEL. Nequaquam.

PHIL. Quomodo ergo?

BDEL. Genua extende, et, ut palæstræ peritum decet, flexiles artus molliter defunde in stragulis: deinde lauda ex adpositis æreis vasis quidpiam; lacunar contemplare; aulæ crepitacula mirare. Afferatur aqua manibus. Mensæ ferantur intro. Cœnamus. Jam loti sumus. Libamus---

PHIL. Per deos obsecro, num epulamur insomnium?

BDEL. Tibicina inflavit tibias. Convivæ autem sunt Theorus, Æschines, Phanus, Cleo, hospes alius nescio quis ad caput Acestoris. Tu una cum istis es; proinde vide, ut scolia scite excipias.

PHIL. Itane? ut nullus Diacriorum.

BDEL. Hem, faciam periculum: etenim jam sum ego Cleo. Incino autem prior Harmodium: tu vero excipies. *Nullus unquam vir fuit Atheniensis*—

PHIL. *Non sane fur versutior.*

BDEL. Hocce tu canis? peribis. Magno enim cum clamore minitabitur se perditurum te, et interemturum, atque ex hac regione expulsurum.

PHIL. At ego, siquidem minabitur, aliud herele occinam: *Heus tu, homo! tibi dico, furiose et præpotens, evertes adhuc hanc civitatem? illa autem jam labat, mox ruinam datura.*

BDEL. Quid vero? si Theorus ad pedes tuos accumbens canat, prehensa Cleonis dextra: *Admeti historiam, ó amice, docutus, viros bonos ama.* Quid illi referes scolion?

PHIL. Equidem canore et musice referam ad hunc modum: *Non licet vulpinari, nec ambobus fieri amicum.*

BDEL. Post illum Æschines Selli filius excipiet scolion, vir sapiens et musicus, sicque incinet: *Pecunias et opes Clitago- ræque et mihi cum Thessalis—*

PHIL. *Multas sane dissipasti tu atque etiam ego.*

BDEL. Ista quidem probe tu calles. Sed jam tempus est, ut cœnaturi eamus ad Philoctemonem. Heus puer Chruse, cœnam compone in cistam nobis, ut aliquantisper inebriemur.

ΟΥΔΕΙΣ ΠΩΠΟΤ' ΑΝΗΡ ΕΓΕΝΕΤ' ΑΘΗ-
ΝΑΙΟΣ---

Φι. ΟΥΧ ΟΥΤΩ ΓΕ ΠΑΝΟΥΡΓΟΣ ΚΛΕΠΤΗΣ---

Βδ. τουτι σύ γ' ἄδεις; παραπολεῖ. βοώμενος
φήσει γὰρ ἐξολεῖν σε καὶ διαφθερεῖν,
καὶ τῆσδε τῆς γῆς ἐξελεῖν.

Φι. ἐγὼ δέ γε,

ἐάν γ' ἀπειλῆ, νῆ Δί', ἔτερον ἄσομαι.

Ω' ΝΘΡΩΦ', ΟΥΤΟΣ Ο ΜΑΙΝΟΜΕΝΟΣ,
ΤΟ ΜΕΓΑ ΚΡΑΤΟΣ,

ΑΝΑΤΡΕΨΕΙΣ ΕΤΙ ΤΑΝ ΠΟΛΙΝ;

Α Δ' ΕΧΕΤΑΙ ΡΟΠΑΣ.

Βδ. τί δ'; ὅταν Θεῶρος, πρὸς ποδῶν κατακείμενος,
ἄδῃ, Κλέωνος λαβόμενος τῆς δεξιᾶς,

ΔΑΜΗΤΟΥ ΛΟΓΟΝ, Ω' ΤΑΙΡΕ, ΜΑΘΩΝ.

ΤΟΥΣ ΑΓΑΘΟΥΣ ΦΙΛΕΙ.

τούτω τί λέξεις σκόλιον;

Φι. ὠδίκῳς ἐγὼ,

ΟΥΚ ΕΣΤΙΝ ΑΛΩΠΕΚΙΖΕΙΝ,

ΟΥΔ' ΑΜΦΟΤΕΡΟΙΣ ΓΙΓΝΕΣΘΑΙ ΦΙΛΟΝ.

Βδ. μετὰ τοῦτον Αισχίνης ὁ Σέλλου δέξεται,

ἀνὴρ σοφὸς καὶ μουσικὸς· κατ' ἄσεται·

ΧΡΗΜΑΤΑ ΚΑΙ ΒΙΑΝ

ΚΛΕΙΤΑΓΟΡΑ ΤΕ ΚΑ-

ΜΟΙ ΜΕΤΑ ΘΕΤΤΑΛΩΝ---

Φι. ΠΟΛΛΑ ΔΗ ΔΙΕΚΟΜΙΣΑΣ ΣΥ ΤΕ ΚΑΓΩ.

Βδ. τουτι μὲν ἐπιεικῶς σύ γ' ἐξέπιστασαι·

ὅπως δ' ἐπὶ δεῖπνον, εἰς Φιλοκτῆμονος ἴμεν.

παῖ, παῖ, τὸ δεῖπνον, Χρυσὲ, συσκεύαζε νῶν,
ἵνα καὶ μεθύσθῶμεν διὰ χρέονου.

- Φι. μηδαμῶς.
κακὸν τὸ πίνειν. ἀπὸ γὰρ οἴνου γίγνεται
καὶ θυροκοπήσαι, καὶ πατάξαι, καὶ βαλεῖν·
κᾶπειτ' ἀποτίνειν ἀργύριον ἐκ κραιπάλης.
- Βδ. οὐκ, ἦν ξυγγῆς ἀνδράσι καλοῖς τε κᾶγαδοῖς.
ἦ γὰρ παρετήσαντο τὸν πεπονδύτα·
ἦ λόγον ἔλεξας αὐτὸς ἀστεῖόν τινα,
Αἰσωπικὸν γέλοιοι, ἦ Συβαριτικὸν,
ὧν ἔμαθες ἐν τῷ ξυμποσίῳ· κᾶτ' ἐς γέλοιν
τὸ πρᾶγμα ἔτρεψας, ὥστ' ἀφείς σ' ἀποίχεται.
- Φι. μαθητέον γ' ἄρ' ἐστὶ πολλοὺς τῶν λόγων,
εἴπερ γ' ἀποτίσω μηδὲν, ἦν τι δρῶ κακόν.
ἄγε νυν ἴωμεν, μηδὲν ἡμᾶς ἰσχέτω.
- Χο. πολλακίς δὴ ἴδοξα ἑμαυτῷ δεξιὸς πεφυκέναι,
καὶ σκαιὸς οὐδὲ πώποτε·
ἀλλ' Ἀμυνίας ὁ Σέλλου μάλλον, οὐκ τῶν Κρωβύλου,
οὗτος, ὄντιν' ἐγὼ ποτ' εἶδον ἀντὶ μήλου καὶ ῥοᾶς
δειπνοῦντα μετὰ Λεωγόρου.
πεινῆ γὰρ, ἥπερ Ἀντιφῶν.
ἀλλὰ πρεσβέων γὰρ ἐς Φάσσαλον ὄχετ'· εἴτ' ἐκεῖ
μόνος μόνοισι τοῖς Πενέσ-
ταισι ξυγγῆν τῶν Θετταλῶν,
αὐτὸς πενέστης ὧν ἐλάττων οὐδενός.
- Ημ. ὦ μακάρι' Αὐτόμενες, ὡς σε μακαρίζομεν.
παῖδας ἐφύτευσας ὅτι χειροτεχνικωτάτους.
πρῶτα μὲν ἅπασι φίλον, ἄνδρα τε σοφώτατον,

PHIL. Nequaquam. Noxium est potare: etenim oriuntur ex vino januarum effractiones, verbera, lapidum ictus; deinde quum quis crapulam edormivit, præsentī pecunia multam pendere oportet.

BDEL. Non, si apud viros honestos et bonos fueris. Aut enim veniam petunt ab eo quem offenderis; aut ipse fabulam aliquam facetam narras, Æsopicam ridiculam, aut Sybariticam, ex illis quas audieras in convivio: deinde rem in risum deducis, ita ut ille abeat, missum te faciens.

PHIL. Operæ pretium est igitur, ut fabulas multas addiscam, siquidem hoc pacto pœnas non luam, ubi mali quidpiam patra-vero. Agesis eamus: nil nobis objiciat moram.

CHOR. Sæpe mihi visus sum urbanus et lepidus esse, nunquam ineptus et inscitus. Sed multo magis stolidus mihi visus est Amynias Selli filius, de Crobyli prosapia, ille, quem ego aliquando vidi pro pomo et malo punico cœnare cum Leogora: esurit enim sicut et Antipho. Sed enim Pharsalum abiit legatus: deinde ibi solus cum solis Thessalorum Penestis una erat, ipse penesta quum sit non minus ac quivis alius.

SEM. O felix Automenes, quam te beatum prædicamus! filios genuisti solertissimos artifices; primum quidem omnibus gratum, virumque maxime catum, illum, inquam, fidibus ca-

nere doctissimum, quem venustas comitabatur : alterum histri-
nem, difficile dictu quam scitum ! porro Ariphradem multo in-
geniosissimum ; quem aliquando jurabat pater nullo magistro
usum, sed suo ingenio per se didicisse lingua patrare, lupa-
naria intrantem identidem.

SEM. Sunt, qui me dixerunt in gratiam rediisse cum Cleone.
Quum is me nonnihil turbaret urgens, et me probris proscinde-
ret, demumque quum vapularem, qui foris erant, deridebant me
valde vociferantem, spectabantque, non quod illos aliqua mei
tangeret cura, sed tantum ut viderent, an aliquando pressus dic-
terium aliquod emissurus essem. Quod ego quum persentisce-
rem, subblandiri paululum cœpi. Proinde nunc, aiunt, *Ridica
delusit vitam.*

XANTHIA, CHORUS, PHILOCLEO, BDELYCLEO,
MULIER PANARIA, ACCUSATOR.

XANTH. O beatas vos testudines ob vestram cutem, et ter
beatas, præut est illa laterum meorum cutis ! quam bene et
provide tergum vestrum testa obtexistis, quæ plagas illæsa tole-
rat : at ego perii, quum tergum meum baculo inscribitur.

CHOR. Quid est, ô puer ? nam puerum, tametsi est senex
eum vocare par est, qui plagas acceperit.

XANTH. Annon ergo ille senex malum erat atrocissimum, et
convivarum multo petulantissimus ? Etsi adessent HIPPYLUS,
ANTIPHO, LYCO, LYSISTRATUS, THEOPHRASTUS, PHRYNICHUS, horum

τὸν καθαροιδότατον, ὃ χάρις ἐφέσπετο·
τὸν δ' ὑποκριτὴν ἕτερον, ἀργαλέον ὡς σοφόν·
εἶτ' Ἀριφράδην, πολὺ τι θυμοσοφικώτατον,
ὄντινά ποτ' ἄμοσε, μαθόντα παρὰ μηδενός,
ἀλλ' ἀπὸ σοφῆς φύσεος αὐτόματον ἐκμαθεῖν
γλωττοποιεῖν, εἰς τὰ πορνεῖ' εἰσιόνθ' ἐκάστοτε.

Ημ. εἰσὶ τινες, οἳ μ' ἔλεγον, ὡς καταδιηλλάγην,
ἠνίκα Κλέων μ' ὑπετάραττεν ἐπικείμενος,
καί με κακίαις ἐκνισε· καὶ δ' ὅτ' ἀπεδαιρόμην,
οἱ κτὸς ἐγέλων μέγα κεκραγόντα θεάμενοι,
οὐδὲν ἄρ' ἐμοῦ μέλον, ὅσον δὲ μόνον εἰδέναι,
σκωμμάτιον εἶποτέ τι θλιδόμενος ἐκβαλῶ.
ταῦτα κατιδὼν, ὑπὸ τι μικρὸν ἐπιθήμισα·
εἶτα νῦν ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἀμπελον.

ΞΑΝΘΙΑΣ, ΧΟΡΟΣ, ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ, ΒΔΕΛΥ-
ΚΛΕΩΝ, ΑΡΤΟΠΩΛΙΣ, ΚΑΤΗΓΟΡΟΣ.

Ξα. Ἰὼ χελῶναι μακάριαι τοῦ δέρματος,
καὶ τρισμακάριαι, τοῦ πὶ ταῖς πλευραῖς ἐμαῖς·
ὡς εὖ κατηρέψασθε καὶ νοθευστικῶς
κεράμῳ τὸ νῶτον, ὥστε τὰς πλεγὰς στέγειν.
ἐγὼ δ' ἀπόλωλα στιζόμενος βακτηρία.

Χο. τί δ' ἔστιν, ὦ παῖ ; παιῖδα γὰρ, καὶ ἢ γέρων,
καλεῖν δίκαιον, ὅστις ἂν πλεγὰς λάβῃ.

Ξα. οὐ γὰρ ὁ γέρων ἀτηρότατον ἄρ' ἦν κακὸν,
καὶ τῶν ξυόντων πολὺ παροικιώτατος ;
καίτοι παρῆν Ἴππυλος, Ἀντιφῶν, Λύκων,
Λυσίστρατος, Θούφραστος, οἱ περὶ Φρόνιχον.

τούτων ἀπάντων ἦν ὑβριστότατος μακρῶ.
 εὐθύς γὰρ, ὡς ἐνεπλήτο πολλῶν καὶ γαλαῶν,
 ἐνήλλετ', ἐσκίρτα, ἔπεπόρδει, κατεγέλα,
 ὥσπερ καχρῶων ὀνίδιον εὐωχήμενον·
 καῖ τυππε δὴ με νεανικῶς, παῖ, παῖ, καλῶν.
 εἴτ' αὐτὸν ὡς εἶδ', ἤκασεν Λυσίστρατος·
 Ἔοικας, ᾧ πρεσβῦτα, νεοπλούτῳ τρυγί,
 κλητῆσί τ' εἰς ἀχυρῶνας ἀποδεδρακότι---
 ὃ δ' ἀνακραγῶν, ἀντήκασ' αὐτὸν πάρνοπι,
 τὰ θῤῥία τοῦ τρίβωνος ἀποθεβληκότι,
 Σθενέλω τε τὰ σκευάρια διακεκαρμένῳ.
 οἱ δ' ἀνεκρότησαν, πλὴν γε Θεουφράστου μόνου·
 οὗτος δὲ διεμύλλαιεν, ὡς δὴ δεξιός.
 ὃ γέρων δὲ τὸν Θεούφραστον ἤρετ'. Εἰπέ μοι,
 ἐπὶ τῷ κομᾶς, καὶ κομφὸς εἶναι προσποιεῖ,
 καμωδολειχῶν περὶ τὸν εὖ πράττοντ' αἰεῖ;---
 τοιαῦτα περιύβριζεν αὐτοὺς ἐν μέρει,
 σκώπτων ἀγροίκως, καὶ προσέτι λόγους λέγων
 ἀμαδέστατ', οὐδὲν εἰκότας τῷ πράγματι.
 ἔπειτ', ἐπειδὴ μέθυεν, οἴκαδ' ἔρχεται
 τύπτων ἀπαντας, ἣν τις αὐτῷ ξυντύχη.
 ὅδι δὲ δὴ καὶ σφαλλόμενος προσέρχεται.
 ἀλλ' ἐκποδῶν ἀπειμι, πρὶν πωληγὰς λαβεῖν.

Φι.

ἄνεχε, πάρεχε·
 κλαύσεταί τις τῶν ὀπισθεν
 ἐπακολουθούτων ἐμοί·
 οἶον, εἰ μὴ ῥήσεθ', ὑμᾶς,
 ᾧ πονηροί, ταυτηῖ τῇ

tamen ille omnium longe erat injuriosissimus. Quum enim se primum implevit multis deliciis, cocepit saltare, tripudiare, pedere, ridere, ut asellus hordeo saturatus, et me verberavit probe, *Puer, Puer*, compellans. Deinde ut ipsum vidit Lysistratus, increpuit eum, hac usus similitudine: *Similis es, ó senex, facci recens ditata, et viatori qui aufugit in paleas.* At ille sublato clamore ipsum contra similem esse dixit *locusta, qua floccos amisit palli, et Sthenelo supellectile spoliato.* Illi vero plausum excitarunt, excepto Theophrasto solo, qui labra distorquebat utpote vir scitus et elegans. Tum senex Theophrastum percontari sic inquit: *Dic mihi, quare superbis, venustusque et lepidus haberi vis, qui scurriliter divitibus subpalparis semper?* Hujusmodi contumeliis singulos insectabatur, cavillans rustice, prætereaque fabulas narrans ineptissime, nihil ad rem facientes. Deinde postquam inebriatus est, domum venit, verberans omnes quicumque illi fieret obviam. Et eccum jam titubans accedit; sed facessam hinc, priusquam plagas accipiam.

PHIL. Desinite, concedite. Plorabit aliquis eorum, qui pone me sequuntur. Vah! ut vos, nisi facessitis, ó improbi, hac teda torrefaciam!

BDEL. Profecto tu dabis cras pro istis pœnas nobis omnibus, etsi valde juveniliter audax es. Nam una omnes veniemus, te in jus vocaturi.

PHIL. Hui, hui, *vocaturi!* Obsoleta hæc vestra sunt. Num etiam scitis, me ne nomen quidem litium patienter audire? Io, io! ista mihi placent: abjice camos judicarios. Nonne vero abibitis? ubi est iudex Heliasticus? in malam crucem abeat. Ascende huc, aureola melolonthæ, fune hoc manu prehensio: firmiter eum tene; sed cave: nam putris est funis ille: attamen fricari gaudet. Vide autem quam te callide subduxerim, convivis jam ore morigeraturam: quamobrem huic peni gratiam refer. Sed non referes, nec opus aggredi, sat scio: verum decipies et huic peni irridebis cum magno cachinno: nam et aliis multis idem factitasti. At si nunc facilem te benignamque præbeas, ego te, ubi gnatus meus mortuus fuerit, redemptam ex lupanari habebō pro pellice, ὃ cunne mi. Nunc autem meorum ipsius bonorum non sum dominus: sum enim juvenis et magna cura custodior. Adservat enim me filiulus meus, et est morosus, ceteraque scrupulosus et sordidus cumini sector et nasturti scalptor. Proinde mihi timet, ne corrum-

δαδὶ φρυκτοὺς σκευάσω.
Bδ. ἤ μὴν σὺ δώσεις αὐρίον τούτων δίκην
ἡμῖν ἅπασι, κεῖ σφόδρ' εἶ νεανίας.
ἀθροοὶ γὰρ ἤξομέν σε προσκαλούμενοι.

Φι. ἰή, ἰεῦ, καλούμενοι.
ἀρχαῖά γ' ὑμῶν ἀρά γ' ἴσθ'
ὡς οὐδ' ἀκούων ἀνέχομαι
δικῶν; ἰαιβοῖ, αἰβοῖ.

ταδί μ' ἀρέσκει· βάλλε κημοῦς.
οὐκ ἄπιτε γὰρ; ποῦ 'σθ' Ἑλιαστής; ἐκποδῶν.
ἀνάβαινε δεῦρο χρυσομηλολόγδιον,
τῇ χειρὶ τοῦδι λαβομένη τοῦ σχοινίου.
ἔχου· φυλάττου δ', ὡς σαπρὸν τὸ σχοινίον·
ὅμως γε μέντοι τριβόμενον οὐκ ἄχθεται.
ὄρα δ', ἐγὼ σ' ὡς δεξιῶς ὑφειλόμην,
μέλλουσαν ἤδη λεσβεῖν τοὺς ξυμπότας·
ὦν οὐνεκ' ἀπόδος τῷ πείει τωδὶ χάριν.
ἀλλ' οὐκ ἀποδώσεις, οὐδὲ φιαλεῖς, οἷδ' ὅτι·
ἀλλ' ἐξαπατήσεις, κἀγχανεῖ τούτω μέγα·
πολλοῖς γὰρ ἤδη χ' ἀτέροις αὐτ' εἰργάσω.
εἴαν γένη δὲ μὴ κακὴ συνὴ γυνή,
ἐγὼ σ', ἐπειδὴν οὐμὸς υἱὸς ἀποθάνῃ,
λυσάμενος, ἔξω παλλακὴν, ᾧ χοιρίον.
νῦν δ' οὐ κρατῶ γὰρ τῶν ἑμαυτοῦ χρημάτων.
νέος γὰρ εἰμι, καὶ φυλάττομαι σφόδρα.
τὸ γὰρ υἱίδιον τηρεῖ με, κἄστι δύσκολον,
κἄλλως κυμινοπεριστοκαρδαμογλύφον.
ταῦτ' οὖν περὶ μου δέδοικε, μὴ διαφθαρεῶ.

πατήρ γὰρ οὐδείς ἐστιν αὐτῷ, πλὴν ἐμοῦ.
ὁδὶ δὲ καὐτὸς ἐπὶ σὲ κἄμ' ἔοικε θείν.
ἀλλ' ὡς τάχιστα στήθι, τάσδε τὰς δετὰς
λαβοῦσ', ἵν' αὐτὸν τωθάσω νεανικῶς,
οἷως ποθ' οὔτος ἐμὲ πρὸ τῶν μυστηρίων.

Bδ. ᾧ οὔτος, οὔτος, στυφεδανὲ, καὶ χοιρόθλιψ,
ποθεῖν, ἐρᾶν τ' ἔοικας ὠραίας σοροῦ.
οὔ τοι καταπροίξει, μὰ τὸν Ἀπόλλω, τοῦτο θρῶν.

Φι. ὡς ἠδέως φάγοις ἂν ἐξ ὄξους δίκην;

Bδ. οὐ δεινὰ τωθάξαι σε, τὴν αὐλητρίδα
τῶν ξυμποτῶν κλέψαντα;

Φι. ποίαν αὐλητρίδα;

τί ταῦτα ληρεῖς, ὥσπερ ἀπὸ τύμβου πεσών;

Bδ. νῆ τὸν Δί', αὐτὴ που ἔστι σοί γ' ἡ Δαρδανίς.

Φι. οὐκ' ἀλλ' ἐν ἀγορᾷ τοῖς θεοῖς δᾶς καλεῖται.

Bδ. δᾶς ἦδε;

Φι. δᾶς δῆτ'. οὐχ ὄρεᾶς ἐστιγμένην;

Bδ. τί δὲ τὸ μέλαν τοῦτ' ἐστὶν αὐτῆς τοῦν μέσῳ;

Φι. ἡ πῖττα δῆπου καομένης ἐξέρχεται.

Bδ. ὁ δ' ὄπισθεν, οὐχὶ πρωπτός ἐστιν οὐτοσί;

Φι. ὄξος μὲν οὖν τῆς ἀαδὸς οὔτος ἐξέχει.

Bδ. τί λέγεις σύ; ποῖος ὄξος; οὐκ εἶ δεῦρο σύ;

Φι. ἄ, ἄ, τί μέλλεις θρᾶν;

Bδ. ἄγειν ταύτην λαβῶν
ἀφελόμενός σε, καὶ νομίσας εἶναι σαπρὸν,
κοῦδὲν δύνασθαι θρᾶν.

Φι. ἄκουσον νῦν ἐμοῦ.

ἽΟλυμπιάσι γὰρ ἠνίκ' ἐθέρωρον ἐγὼ,

par; nam præter me pater ei nullus est. Sed eecum illum, adversum te et me celerem videtur conferre gradum. Sed quamprimum consiste, his tedis sumtis, ut eum juveniliter ludos faciam, haud secus ac ille me olim, antequam initiarer.

BDEL. Heus tu, decrepite, et cunnitriba, desideras et vide- ris amare formosam sandapilam. At ita me Apollo amet, ut tu istuc haud inultum feres.

PHIL. Quam lubenter comederes ex aceto litem!

BDEL. Nonne indignum est mihi illudere te, qui tibicinam convivis clam abduxisti?

PHIL. Quamnam tibicinam? quid ita ineptis, tanquam a tumulto delapsus?

BDEL. Pol eecam, opinor, ipsam, quæ tibi adstat Dardanis.

PHIL. Non: verum in foro teda diis uritur.

BDEL. Hæccine teda?

PHIL. Teda utique. Nonne vides variegatam?

BDEL. Quid vero nigrum hocce est ejus in medio?

PHIL. Pix nimirum ex ipsa ardente exsudat.

BDEL. Sed iste nonne podex est a tergo?

PHIL. Immo tedæ ramus hic eminent.

BDEL. Quid ais tu? quis ramus? tu vero nonne huc ibis?

PHIL. Ohe, ohe! quid facere cogitas?

BDEL. Hanc abducere ademtam tibi, ut qui te putem rancidum senem esse et nil potesse.

PHIL. Operam mihi da modo. Etenim ludos Olympicos quum spectarem ego, Ephudion pugnavit cum Asconda egre-

gie, senex jam: deinde pugno feriens prostravit juniorem.
Proinde cave, ne suffusis cruore oculis sugillatisque abeas.

BDEL. Næ hercle Olympiam probe didicisti.

PAN. Age, per deos obsecro, assiste mihi. Iste enim homo est, qui me perdidit, teda pulsando, et excussit hinc panes decem singulos unius oboli, et alios quatuor sarcinæ impositos.

BDEL. Viden', quid feceris denuo? etiam lites paratæ sunt nobis propter tuam temulentiam.

PHIL. Minime, siquidem hæc component facetæ fabulæ. Quippe scio me huic reconciliatum iri.

PAN. Ita me sospitent Ceres et Proserpina, ut tu non impune illuseris Myrtiæ Ancyliionis filiæ et Sostratæ, qui sic meas merces perditum iveris.

PHIL. Ausculta, mulier; fabulam tibi volo narrare lepidam.

PAN. Ne mihi quidem ecastor, ô fatue.

PHIL. Æsopum a cœna redeuntem vesperi audax et temulenta quædam adlatravit canis. Tum ille dixit: *O canis, canis, utique hercle, si pro mala lingua alicunde triticum emeris, sapere mihi videreris.*

PAN. Etiam derides me? In jus te voco, quisquis es, ad Ædiles, ob datum mercibus meis damnum, testem habens Chærophontem istum.

Ἐφουδίον ἐμαχέσατ' Ἀσκάνδα καλῶς,
ἤδη γέρον ᾧν· εἶτα τῇ πυγμαῖ ἑένων
ὁ πρεσβύτερος κατέβαλε τὸν νεώτερον.
πρὸς ταῦτα τηροῦ μὴ λάβης ὑπώπια.

Βδ. νῆ τὸν Δί' ἐξέμαλές γε τὴν Ὀλυμπίαν.

Αρ. Ἰδι, μοι παραστήθ', ἀντιβολῶ πρὸς τῶν θεῶν.
ὁδὶ γάρ ἐστιν ὅς μ' ἀνήρ ἀπάλεσε,
τῇ δαδὶ παίων, κἀξέβαλεν ἐντευθενὶ
ἀρτους δέκ' ὀβολῶν, κἀπιθήκην τέτταρας.

Βδ. ὄρῃς ἂ δέδρακας πρᾶγματ' αὐ; δεῖ καὶ δίκας
ἔχειν διὰ τὸν σὸν οἶνον.

Φι. οὐδαμῶς γ', ἐπεὶ
λόγοι διαλλάξουσιν αὐτὰ δεξιῶ.

Αρ. ᾧστ' οἶδ' ὅτι τὴ ταύτῃ διαλλαχθήσομαι.
οὐ τοι, μὰ τῷ θεῷ, καταπρόξξει Μυρτιάς,
τῆς Ἀγκυλίωνος θυγατέρος καὶ Σωστράτης,
οὕτω διαφθείρας ἐμοῦ τὰ φορτία.

Φι. ἄκουσον, ᾧ γύναι. λόγον σοι βούλομαι
λέξαι χαρίεντα.

Αρ. μὰ Δία, μὴ μοι γ', ᾧ μέλε.

Φι. Αἴσωπον ἀπὸ δειπνοῦ βαδίζονθ' ἐσπέρας
Θρασεῖα καὶ μεθύση τις ὑλάκτει κύων.
κἀπειτ' ἐκεῖνος εἶπεν· ὦ κύων, κύων,
εἰ, νῆ Δί', ἀντὶ τῆς κακῆς γλώττης ποθὲν
πυροῦς πρίαιο, σωφρονεῖν ἂν μοι δοκοῖς.

Αρ. καὶ καταγελαῖς μου; προσκαλοῦμαι σ', ὅστις εἶ,
πρὸς τοὺς Ἀγορανόμους βλάβης τῶν φορτίων,
κλητῆρ' ἔχουσα Χαιρεφῶντα τουτονί.

- Φι. μὰ Δί' ἀλλ' ἄκουσον, ἦν τι σοι δόξω λέγειν.
 Λᾶσός ποτ' ἀντεδίδασκε καὶ Σιμωνίδης.
 ἔπειθ' ὁ Λᾶσος εἶπεν ΟΛΙΓΟΝ ΜΟΙ ΜΕΛΕΙ.
- Αρ. ἀληθές, οὗτος;
- Φι. καὶ σὺ δὴ μοι, Χαιρεφῶν,
 γυναικὶ κλητεύειν ἔοικας θαψίνῃ,
 Ἴνοϊ κρεμαμένη πρὸς ποδῶν Εὐριπίδου.
- Βδ. οἶδι τις ἕτερος, ὡς ἔοικεν, ἔρχεται
 καλούμενός σε· τὸν γε τοι κλητῆρ' ἔχει.
- Κα. οἴμοι κακοδαίμων. προσκαλοῦμαί σ', ᾧ γέρον,
 ὕβρεως.
- Βδ. ὕβρεως; μὴ, μὴ καλέσῃς, πρὸς τῶν θεῶν.
 ἐγὼ γὰρ ὑπὲρ αὐτοῦ δίκην δίδωμί σοι,
 ἦν ἂν σὺ τάξῃς, καὶ χάριν προσείσομαι.
- Φι. ἐγὼ μὲν οὖν αὐτῷ διαλλαχθῆσομαι
 ἐκῶν· ὁμολογῶ γὰρ πατάξαι καὶ βαλεῖν.
 ἀλλ' ἔλθ' δευρὶ πρότερον. ἐπιτρέπεις ἔμοι,
 ὅ τι χρὴ μ' ἀποτίσαντ' ἀργύριον τοῦ πράγματος,
 εἶναι φίλον τολοιπὸν, ἢ σὺ μοι φράσεις;
- Κα. σὺ λέγε. δικῶν γὰρ οὐ δέομ', οὐδὲ πραγμάτων.
- Φι. ἀνὴρ Συβαρίτης ἐξέπεσεν ἐξ ἄρματος,
 καὶ πως κατεάγη τῆς κεφαλῆς μέγα σφοδρᾶ·
 ἐτύγχανεν γὰρ οὐ τρίβων τῆς ἵππικῆς.
 κἄπειτ' ἐπιστάς εἶπ' ἀνὴρ αὐτῷ φίλος·
 Ἔρδοι τις, ἦν ἕκαστος ἂν εἰδείη τέχνην. ---
 οὕτω δὲ καὶ σὺ παράτρεχ' εἰς τὰ Πιττάλου.
- Βδ. ὁμοιά σου καὶ ταῦτα τοῖς ἄλλοις τρόποις.
- Κα. ἀλλ' οὖν σὺ μέμνησ' αὐτὸς οἷ' ἀπεκρίνατο.

PHIL. Quin hercle potius auscultas, si quid tibi dicere videbor? Lasus olim et Simonides carmine certabant: tum dixit Lasus; *Nihil moror*.

PAN. Eho, siccine vero?

PHIL. At tu, Chærephon, testis adesse mihi videris mulieri buxæ, Inoni pendenti ad pedes Euripidis.

BDEL. Sed eccum alium virum, qui, ut videtur, huc venit et citaturus: viatorem utique secum ducit.

ACC. O me infelicem! Postulo te, ò senex injuriarum.

BDEL. Injuriarum? ne, per deos obsecro, ne cites eum: ego enim pro illo pœnam tibi persolvam, quamcunque statueris, et gratiam insuper habeo.

PHIL. Equidem cum ipso in gratiam redibo ultro. Fateor enim eum a me verberatum, et lapidibus impetatum fuisse. Sed accede huc prius: permittisne meo arbitrio, ut quanti injuriam æstimavero, tantum tibi argenti pendam, et amicus deinceps tuus sim, an ipse indicabis, quantum tibi dari velis?

ACC. Dic tu modo; nam lites fugito, otiumque sector.

PHIL. Sybarita quidam de curru deciderat, et grave vulnus acceperat capite; etenim peritus non erat equestris rei: tum quidam ex amicis superveniens dixit ei: *Quam quisque norit artem, in hac se exerceat*. Sic tu quoque curre ad Pittalum.

BDEL. Similia hæc etiam sunt reliquis tuis moribus.

ACC. Saltem tu memento quem ad modum ille respondit.

PHIL. Audi, ne fuge. In Sybari mulier olim fregerat echinum—

Acc. Hujus etiam dicti testem te esse volo.

PHIL. Echinus ille vero teste quodam adhibito in jus vocabat mulierem Sybaritidem; tum illa dixit: *Ita me Proserpina amet, si ommissa hac contestatione, celeriter fasciam emisses, sapere magis.*

Acc. Illude, usquedum Archon litem hanc introduci jubeat.

BDEL. Ita me Ceres amet, ut tu non amplius hic manebis: sed sublimem medium ego te arreptum—

PHIL. Quid agis?

BDEL. Quid agam? fero te hinc intro. Sin minus, testes deficient illos tam multos qui te in jus vocaturi sunt.

PHIL. Æsopum quondam cives Delphici.

BDEL. *Nihil moror.*

PHIL. Furatum esse phialam insimulabant Apollinis: at ille narravit eis, ut olim scarabæus---

BDEL. Vah! enecas me cum tuis scarabæis---

CHOR. Laudo fortunas tuas, ô senex. En quo pervenit ex arida illa et aspera vivendi ratione! alia jam pro illis edoctus, utique deliciis mollitieque indulgebit plurimum. Sed forte nolet: nam recedere difficile est ab ingenio, quo semper quis fuit: quamvis multis id accidit, ut aliorum consiliis utentes

Φι. ἄκουε, μὴ φεύγ'. ἐν Συβάρεϊ γυνή ποτε κατέαξ' ἐχίνον--

Κα. ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι.

Φι. οὐχίνοσ οὖν ἔχων τιν' ἐπεμαρτύρατο.
εἴθ' ἢ Συβαρῆτισ εἶπεν· Εἰ, ναί τὰν κόραν,
τὴν μαρτυρίαν ταύτην ἔασασ, ἐν τάχει
ἐπίδεσμον ἐπρίω, νοῦν ἂν εἶχες πλείονα.

Κα. ὕβριζ', ἕωσ ἂν τὴν δίκην ὤρχων καλῆ.

Βδ. οὐ τοι, μὰ τὴν Δήμητρ', ἔτ' ἐνταυθοῖ μενεῖσ.
ἀλλ' ἀγόμενοσ ἔγωγε---

Φι. τί ποιεῖσ;

Βδ. ὃ τι ποιῶ;

εἴσω φέρω σ' ἐντεῦθεν· εἰ δὲ μὴ, τάχα
κλητῆρεσ ἐπιλείψουσι τοὺσ καλουμένουσ.

Φι. Αἴσωπον οἱ Δεελφοί ποτ'---

Βδ. ΟΛΙΓΟΝ ΜΟΙ ΜΕΛΕΙ.

Φι. φιάλην ἐπητιῶντο κλέψαι τοῦ θεοῦ.

ὁ δ' ἔλεξεν αὐτοῖσ, ὡσ ὁ κἀνδαρός ποτε---

Βδ. οἴμ', ὡσ ἀπολεῖσ αὐτοῖσι τοῖσι κανδάροισ.

Χο. ζήλω σε τῆσ εὐτυχίας,
τὸν πρέσβυν, οἱ μετέστη
ξηρῶν τρόπων καὶ βιοτῆσ·
ἕτερα δὲ νῦν ἀντιμαθῶν,
ἦ μέγα τι πείσεται

τρυφερόν τε καὶ μαλακόν.
τάχα δ' ἂν ἴσωσ οὐκ ἐδέλοι.
τὸ γὰρ ἀποστῆναι χαλεπὸν
φύσεοσ, ἣν ἔχει τισ ἀεί.

καί τοι πολλοὶ ταῦτ' ἔπαθον·
 ξυνόητες γνώμαις ἑτέρων
 μετεβάλλοντο τοὺς τρόπους.
 πολλοῦ δ' ἐπαίνου παρ' ἐμοί,
 καὶ τοῖσιν εὖ φρονούσι,
 τυχῶν ἄπεισιν, διὰ τὴν
 φιλοπατρίαν καὶ σοφίαν
 παῖς Φιλοκλέωνος. οὐ-
 δεὶ γὰρ οὕτως ἀγανῶ
 ξυνεγενόμην, οὐδὲ τρόποις
 ἐπεμάνην, οὐδ' ἐξεχύθην.
 τί γὰρ ἐκεῖνος ἀντιλέγων
 οὐ κρείττων ἦν, βουλόμενος
 τοὺς φύσαντας σεμνοτέροις
 κατακοσμήσαι πρᾶγμασι;

ΞΑΝΘΙΑΣ, ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ, ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ,
 ΧΟΡΟΣ.

- Ξα. ΝΗ τὸν Διόνυσον, ἄπορά γ' ἡμῖν πρᾶγματα
 δαίμων τις εἰσκεκύκληκεν εἰς τὴν οἰκίαν.
 ὁ γὰρ γέρον, ὡς ἔπιε διὰ πολλοῦ χρόνου,
 ἤκουσέ τ' αὐλοῦ, περιχαρῆς τῷ πρᾶγματι,
 ὄρχούμενος τῆς νυκτὸς οὐδὲν παύεται
 τὰρχαῖ' ἐκεῖν, οἷς Θεσπὶς ἠγωνίζετο·
 καὶ τοὺς τραγωδοὺς Φησὶν ἀποδείξειν κρόνου
 τοὺς νῦν, διορχησόμενος ὀλίγον ὕστερον.
- Φι. τίς ἐπ' αὐλείοισι θύραις θάσσει;
- Ξα. τουτὶ καὶ δὴ χωρεῖ τὸ κακόν.

mutaverint mores. Multam vero laudem, meo sapientumque
 iudicio, reportabit ob suam erga patrem pietatem, et solertiam,
 Philocleonis gnatus. In nullum enim tam comem incidî, nec
 ullius mores ita deamavi, nec unquam tam effuse lætatus sum.
 Quid enim ille adversum patrem dixit, in quo non vicerit, cu-
 piens parentes honestioribus ornare studiis?

XANTHIA, PHILOCLEO, BDELYCLEO, CHORUS.

XANTH. Res turbidas et intricatas, ita me Bacchus amet, in
 ædes nostras aliquis deus invexit. Senex enim noster, ut diu
 multumque potavit, tibiamque audiit, lætitia perfusus, totam
 noctem saltationes illas antiquas continuat, quibus certavit
 Thespis in choris, seque ait mox saltando ostensurum, Tragi-
 cos, qui nunc sunt, fatuos et insulsos esse.

PHIL. Quis vestibuli sedet in foribus?

XANTH. Hoc malum jam procedit.

PHIL. Clastra laxentur ista: namque jam initur saltationis exordium---

(XANTH. Quin potius forte furoris exordium.)

PHIL. Quæ latera magna vi torquet. En ut naris mugit, et vertebra sonat!

XANTH. Bibe helleborum.

PHIL. Ferit Phrynichus, ut gallus---

(XANTH. Ni caveam, calcibus me feries.)

PHIL. Vibratis in altum calcibus micans: hiat podex.

XANTH. Quo in loco te moveas vide.

PHIL. Nunc enim in nostris artubus vertitur laxum acetabulum.

BDEL. Nihil hercle boni, nil profecto; sed furor hic quidem est.

PHIL. Age nunc edicam et provochem, qui mecum certent. Si quis tragædus autumat se scite saltare, huc accedat mecum decertaturus saltatione. Ait quis, an nemo?

BDEL. Unus iste solus.

PHIL. Quis ille est infelix?

BDEL. Filius Carcini medius.

PHIL. At iste absorbabitur: nam ipsum perimam impactis in numerum pugnīs: est enim rhythmī prorsus imperitus.

BDEL. Sed, ô miser, alius tragædus Carcinita venit, illius frater.

Φι. κληῖθρα χαλάσθω τάδε. καὶ γὰρ δὴ
σχήματος ἀρχή ---

Ξα. μᾶλλον δὲ γ' ἴσως μανίας ἀρχή.

Φι. πλευρὰν λυγίσαντος ὑπὸ ῥώμης,
οἶον μυκτῆρ μυκᾶται, καὶ
σφόνδυλος ἀχει ---

Ξα. πῖθ' ἐλλέβορον.

Φι. πλήσσει Φρύνιχος, ὡς τις ἐλέκτωρ, ---

Ξα. τάχα βαλλήσεις.

Φι. σκέλος οὐράνιον γ' ἐκλακτίζων.
πρωκτὸς χάσκει.

Ξα. κατὰ σαυτὸν ὄρα.

Φι. νῦν γὰρ ἐν ἄρθροισι τοῖς ἡμετέροις
στρέφεται χαλαρὰ κοτυληδών.

Bδ. οὐκ εὔ, μὰ Δί' οὐ δῆτ', ἀλλὰ μανικὰ πράγματα.

Φι. φέρε νῦν ἀνείπω, κἀνταγωνιστὰς καλῶ.
εἴ τις τραγωδὸς φησὶν ὀρχεῖσθαι καλῶς,
ἐμοὶ διορχησόμενος ἐνθάδ' εἰσίτω.
φησὶν τις, ἢ οὐδεὶς;

Bδ. εἶς γ' ἐκείνοσι μόνος.

Φι. τίς ὁ κακοδαίμων ἐστίν;

Bδ. υἱὸς Καρκίνου

ὁ μέσατος.

Φι. ἀλλ' οὗτός γε καταποθήσεται.

ἀπολῶ γὰρ αὐτὸν ἐμμελείᾳ κονδύλου.

ἐν τῷ ῥυθμῷ γὰρ οὐδὲν ἐστ'.

Bδ. ἀλλ' ᾧ ζυγῆ,

ἕτερος τραγωδὸς Καρκινίτης ἔρχεται,

- ἀδελφὸς αὐτοῦ.
- Φι. νῆ Δί' ὠψώνηκ' ἄρα.
 Βδ. μὰ τὸν Δί' οὐδέν γ' ἄλλο, πλὴν γε καρκίνους.
 προσέρχεται γὰρ ἕτερος αὖ τῶν Καρκίνου.
 Φι. τουτὶ τί ἦν τὸ προσέρπον; ὄξις, ἢ Φάλαγξ;
 Βδ. ὁ πινοτήρης οὗτός ἐστι τοῦ γένους,
 ὁ σμικρότατος, ὃς τὴν τραγωδίαν ποιεῖ.
 Φι. ᾧ Καρκίν', ᾧ μακάριε τῆς εὐπαιδίας·
 ὅσον τὸ πλῆθος κατέπεσεν τῶν ὀρχίλων.
 ἀτὰρ καταβατέον γ' ἐπ' αὐτούς, ᾧ ζυρέ.
 ἄλμην κύκα τούτοισιν, ἣν ἐγὼ κρατῶ.
- Χο. φέρε νῦν ἡμεῖς αὐτοῖς ὀλίγον ξυγχωρήσωμεν ἅπαντες,
 ἵν' ἐφ' ἡσυχίας ἡμῶν πρόσθεν βεμβικίζωσιν ἑαυτούς.
- Ημ. ἄγ' ᾧ μεγαλόνημα
 τέκνα τοῦ θαλασσίου,
 πηδᾶτε παρὰ ψάμαθον,
 καὶ θῖν' ἄλδος ἀτρογέτοιο,
 καρίδων ἀδελφοί·
 ταχὺν πῶδ' ἐν κύκλῳ σοβεῖτε,
 καὶ τὸ Φρυνίχειον
 ἐκλακτισάτω τις, ὅπως
 ἰδόντες ἄνω σκέλος,
 ᾧζωσιν οἱ θεαταί.
- Ημ. στόβει, παρὰβαινε κύκλῳ,
 καὶ γάστρισον σεαυτὸν,
 ῥίπτε σκέλος οὐράνιον·
 βέμβικες ἐγγενέσθων.
 καυτὸς γὰρ ὁ ποντομέδων

PHIL. Edepol ergo obsonatus sum.

BDEL. Nihil hercle aliud, quam carcinos: nam accedit alius etiam filiorum Carcini.

PHIL. Quid hoc rei est, quod adrepit? acetabulumne an araneus?

BDEL. Pinnoteres iste est in hac familia, minimus natu, qui tragœdiam facit.

PHIL. O Carcine, ô felix liberorum prole! quanta multitudo decidit orchilorum! Sed in certamen contra eos descendendum est, ô miser. Muriam misce istis, si vicero.

CHOR. Agedum nos omnes paulum concedamus illis, ut libere ante nos turbinis instar versent se ipsos.

SEM. Agite, ô celeberrimi filii patris marini, saltate juxta arenam et litus maris sterilis, squillarum fratres. Velocem pedem agitate in orbem, et in morem Phrynichi calces quis vibret, ut videntes crura sursum jactata, cum admiratione exclament spectatores.

SEM. Versa te ipsum, duc gyros, ventrem tuum feri, jacta crus sublime, turbines fiant. Etenim ipse quoque adserpit pa-

ter istorum, regnator maris, lætus filiis suis, tribus saltatoribus bene peculiatis. Sed, si libenter saltatis, educite nos quamprimum foras: hoc enim antehac nemo periclitatus est, saltantem ut dimitteret comicorum chorum.

ἀναξ πατήρ προσέρπει,
 ἤσθεις ἐπὶ τοῖσιν ἑαυτοῦ παισὶ, τοῖσι τριόρχαις.
 ἀλλ' ἐξάγετ', εἴ τι φιλεῖτ' ὀρχούμενοι, θύραζε
 ἡμᾶς ταχύ· τοῦτο γὰρ οὐδεὶς πω πάρος δέδρακεν,
 ὀρχούμενου ὅστις ἀπήλλαξεν χορὸν τρυγῶδῶν.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ

ΙΠΠΗΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ.

ΝΙΚΙΑΣ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ, οὔ ὄνομα

ΑΓΟΡΑΚΡΙΤΟΣ.

ΚΛΕΩΝ.

ΧΟΡΟΣ ΙΠΠΕΩΝ.

ΔΗΜΟΣ.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ

Ι Π Π Η Σ.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ, ΝΙΚΙΑΣ, ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ,
ΚΛΕΩΝ, ΧΟΡΟΣ.

- Δη. **ΙΑΤΤΑΤΑΙΑΞ** τῶν κακῶν, *ιατταταί.*
κακῶς Παφλαγῶνα, τὸν νεώνητον κακὸν
αὐταῖσι βουλαῖς ἀπολέσειαν οἱ θεοί.
ἐξ οὗ γὰρ εἰσήρρησεν εἰς τὴν οἰκίαν,
πληγὰς ἀεὶ προστρέβεται τοῖς οἰκέταις.
- Νι. κάκιστα δῆθ' οὗτός γε πρῶτος Παφλαγόνων,
αὐταῖς διαβολαῖς.
- Δη. ὦ κακὸδαίμον, πῶς ἔχεις ;
- Νι. κακῶς, κατὰπερ σύ.
- Δη. δεῦρό νυν πρόσσελθ', ἵνα
ξυναυλίαν πενθήσομεν, Ὀλύμπου νόμον.
- Νι. μὲ μῦ, μὲ μῦ, μὲ μῦ, μὲ μῦ, μὲ μῦ, μὲ μῦ.

ARISTOPHANIS

EQUITES.

DEMOSTHENES, NICIAS, ISICIARIUS,
CLEO, CHORUS.

DEM. **ΙΑΤΤΑΤΕΑΧ** ! hem mala ! Iattatæ ! Qui illum Paphla-
gonem, recens emtum malum, male dīi perdant cum ejus con-
siliis ! Ex quo enim in hanc domum se malis intulit avibus,
plagas assidue infigit servis.

NIC. Pessime hercle pereat primarius iste Paphlago cum
su is calumniis !

DEM. Infelix, quomod te habes ?

NIC. Male, sicut et tu.

DEM. Agedum huc ades, ut lamenta misceamus, Olympi
febiles imitati modos.

NIC. Mu mu, mu mu, mu mu, mu mu, mu mu, mu mu.

DEM. Quid lamentamur frustra? nonne oportebat nos quærere aliquam salutem nobis, et non flere amplius?

NIC. Quænam igitur evenire nobis possit salus? dic tu.

DEM. Quin tu dic mihi, ut ne tecum contendam.

NIC. Equidem, ita me amabit Apollo, prior non dixerim. Sed dic audacter; deinde dicam etiam tibi.

DEM. Utinam mihi diceret, quæ me dicere oportet!

NIC. Sed mihi non inest confidentia barbara. Quo tandem modo dicam hoc scite, et Euripideo more?

DEM. Apage: ne scandicem mihi obrudas: sed inveni aliquam cantilenam recessus ab hero.

NIC. Dic ergo continenter fugiamus.

DEM. Age, dico fugiamus.

NIC. Nunc subjunge trans isti fugiamus.

DEM. Trans.

NIC. Optime. Quasi masturbares, nunc primo sensim dic fugiamus: deinde frequenter, subjuncto trans.

DEM. Fugiamus trans fugiamus transfugiamus.

NIC. Hem, nonne jucundum est?

DEM. Sane hercle, ut dicis: sed cuti hoc omen timeo.

NIC. Quid ita?

Δη. τί κινυρόμεθ' ἄλλως; οὐκ ἔχερῃν ζητεῖν τινὰ σωτηρίαν νῦν, ἀλλὰ μὴ κλάειν ἔτι;

Νι. τίς οὖν γένοιτ' ἄν; λέγε σύ.

Δη. σὺ μὲν οὖν μοι λέγε, ἵνα μὴ μάχωμαι.

Νι. μὰ τὸν Ἀπόλλω ἡγὼ μὲν οὐκ. ἀλλ' εἰπὲ θεῶν, εἶτα καὶ γὰ σοι φράσω.

Δη. ΠΩΣ ΑΝ ΣΥ ΜΟΙ ΛΕΞΕΙΑΣ Α ΜΕ ΧΡΗ ΛΕΓΕΙΝ;

Νι. ἀλλ' οὐκ ἔνι μοι τὸ ΘΡΕΤΤΕ. πῶς ἂν οὖν ποτε εἴποιμ' ἂν αὐτὸ δῆτα κομψευριπικῶς;

Δη. μὴ μοι γε, μὴ μοι, μὴ διασκανδικίσης· ἀλλ' εὐρέ τιν' ἀπόκινον ἀπὸ τοῦ δεσπότου.

Νι. λέγε δὴ ΜΟΛΩΜΕΝ ξυνεχῆς ὡδὶ ξυλλαβῶν.

Δη. καὶ δὴ λέγω· ΜΟΛΩΜΕΝ.

Νι. ἐξόπισθε νῦν ΑΥΤΟ φάδι τοῦ ΜΟΛΩΜΕΝ.

Δη. ΑΥΤΟ.

Νι. πάνυ καλῶς.

ὡσπερ δεφόμενος νῦν ἀτρέμα πρῶτον λέγε

τὸ ΜΟΛΩΜΕΝ, εἶτα δ' ΑΥΤΟ, καλεπάλων πυκνόν.

Δη. ΜΟΛΩΜΕΝ ΑΥΤΟ ΜΟΛΩΜΕΝ ΑΥΤΟ-ΜΟΛΩΜΕΝ.

Νι. ἦν,

οὐχ ἡδύ;

Δη. νῆ Δία· πλὴν γε περὶ τῶν δέρματι δέδοικα τουτοὺν τὸν οἰωνόν.

Νι. τί δαί;

- Δη. τὸ δέμ' ὅτι τῶν δεφομένων ἀπέρχεται.
 Νι. κράτιστα τοίνυν τῶν παρόντων ἐστὶ νῶν,
 θεῶν ἰόντε προσπεσεῖν ποὶ πρὸς βρέτας.
 Δη. βρέτας; ποῖον βρέτας; ἔτεδὸν ἠγεί γὰρ θεοῦς;
 Νι. ἔγωγε.
 Δη. ποῖω χρώμενος τεκμηρίω;
 Νι. ὅτι θεοῖσιν ἐχθρός εἰμ' οὐκ εἰκότας.
 Δη. εὖ προσβιβάσεις μ'.
 Νι. ἀλλ' ἐτέρω ποὶ σκεπτέον.
 Δη. βούλει τὸ πρᾶγμα τοῖς θεαταῖσιν φράσω;
 Νι. οὐ χεῖρον· ἐν δ' αὐτοῦς παραιτησώμεθα,
 ἐπίδηλον ἡμῖν τοῖς προσώποισιν ποιεῖν,
 ἢν τοῖς ἔπεισι χαίρωσι καὶ τοῖς πρᾶγμασι.
 Δη. λέγοιμ' ἂν ἤδη. νῶν γὰρ ἐστὶ δεσπότης
 ἄγροικος ὄργην, κυμοτρῶξ, ἀκράχολος,
 Δῆμος Πνυκίτης, δύσκολον γερόντιον,
 ὑπόκωφον. οὗτος τῇ προτέρᾳ νομηρίᾳ
 ἐπρίατο δοῦλον, βυρσοδέλην Παφλαγῶνα,
 πανουργέτατον, καὶ διαβολώτατόν τινα.
 οὗτος καταγνούς τοῦ γέροντος τοὺς τρόπους,
 ὁ βυρσοπαφλαγῶν, ὑποπεσὼν τὸν δεσπότην,
 ἤκαλλ', ἐδάπευ', ἐκολάκευ', ἐξηπάτα
 κοσκυλματίοις ἄκροισι, τοιαυτὶ λέγων
 ὦ Δῆμε, λούσαι πρῶτον ἐκδικάσας μίαν,
 ἐνθου, ρόφησον, ἔντραγ', ἔχε τριώβολον.
 βούλει παραδῶ σοὶ δόρυ; --- εἴτ' ἀναρπάσας
 ὅτι ἂν τις ἡμῶν σκευάσῃ, τῷ δεσπότη
 Παφλαγῶν κεχάρισται τοῦτο. καὶ πρῶτην γ' ἐμοῦ

- DEM. Quia cutis abscedit masturbantibus.
 NIC. Optimum igitur nobis est pro præsenti rerum statu, ut supplices accidamus ad cujusvis signum dei.
 DEM. Signum? quale signum? Quæso enim, putasne esse deos?
 NIC. Ego quidem.
 DEM. Quonam vero edoctus argumento?
 NIC. Quia diis invisus sum immerito meo.
 DEM. Facile me adducis in tuam sententiam.
 NIC. Sed dispiciamus aliam rationem.
 DEM. Vin' ut rem omnem spectatoribus enarrem?
 NIC. Non abs re fuerit: sed unum hoc eos rogemus, manifestum ut nobis vultu faciant, an sermonibus nostris et rebus delectentur.
 DEM. Jam eloquar. Nobis est herus feris moribus, fabas esitans, cerebrosus, Demus Pnycensis, morosus seniculus, surdaster. Iste superiore novilunio emit servum, coriarium Paphlagonem, vaferrimum, calumniatorem pessimum. Ille, perspecto senis ingenio, coriarius Paphlago, canis in modum hero se submittens, blandiri, suppalpari, adulari cœpit, eumque decipere, oblatis præsegminibus coriorum minutis, hæc dicens: O Deme, i lavatum, ubi prius unam litem dijudicaveris: sume offam, sorbe, jenta, cape triobolum: vin' ut cœnam tibi anteponam? Deinde abripiens quodcunque nostrum quispiam paraverit, hero illud largitur Paphlago. Nuper etiam quum ei

mazam pinsuissem in Pylo Laconicam, vaferrimo nescio quo me modo circumvenit, surreptamque ipse adposuit hero, quam ego pinsueram. Nos autem abigit, nec sinit ut herum alius colat: sed coriaceum flabellum tenens, cœnanti adstat hero, et rhetoras arcet; canitque oracula: inde senex intentam Sibyllis habet mentem: ille vero ubi eum videt studio jam stupidum, opus adgreditur. Nam familiares aperte falsis criminibus accusat: deinde flagris cœdimur nos. Ipse vero Paphlago circumcursitat famulos, petit, turbat, munera captat, hæc dicens: *Videtis, ut Hylas propter me flagris cœditur? nisi me placaveritis, hodie moriemini.* Nos vero illi damus: sin aliter, conculcati a sene octuplum cacamus. Nunc itaque diligenter consideremus, ó bone, quamnam viam insistere, et ad quemnam nos convertere debeamus.

Nic. Optima fuerit, ó bone, via, quam dixi, illa, *fugiamus.*

DEM. Sed nihil clam Paphlagonem fieri potest: nam ipsemet omnia inspectat. Habet enim crus alterum in Pylo, alterum in concione. Cruribus itaque ejus tanto intervallo divaricatis, culus reapse est in *Hiantia*: manus utraque in *Petilia*: mens vero in *Clepidum* tribu.

Nic. Mori itaque optimum erit nobis: sed vide ut moriamur quam maxime viriliter.

DEM. Qui, quæso? qui possimus quam maxime viriliter?

μάξαν μεμαχότος ἐν Πύλῳ Λακωνικῆν, πανουργότατά πως περιδραμῶν, ὑφαρπάσας, αὐτὸς παρέβηκε τὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην. ἡμᾶς δ' ἀπελαύνει, κοῦκ ἐᾷ τὸν δεσπότην ἄλλον θεραπεύειν, ἀλλὰ βυρσίνην ἔχων, δειπνοῦντος, ἐστῶς ἀποσοθεῖ τοὺς ῥήτορας. ἄδει δὲ χρησμούς· εἴθ' ὁ γέρον σιβυλλιᾷ. ὁ δ' αὐτὸν ὡς ὄρᾳ μεμακκοακῶτα, τέχνην πεποιήται. τοὺς γὰρ ἔνδον ἀντικρυσ ψευδῆ διαβάλλει· κᾶτα μαστιγούμεθα ἡμεῖς· Παφλαγῶν δὲ περιθέων τοὺς οἰκέτας αἰτεῖ, ταράττει, δωροδοκεῖ, λέγων ταδί·

Ὅρατε τὸν Ἕλαν δι' ἐμὲ μαστιγούμενον; εἰ μὴ μ' ἀναπέισετ', ἀποθανεῖσθε τήμερον.--- ἡμεῖς δὲ δίδομεν· εἰ δὲ μὴ, πατούμενοι ὑπὸ τοῦ γέροντος ὀκταπλάσιον χέζομεν. νῦν οὖν ἀνύσαντες φροντίσωμεν, ὧ γὰρ δὲ, ποίαν ὁδὸν νῦν τρεπτέον, καὶ πρὸς τίνα.

Ni. κράτιστ' ἐκείνην, τὴν ΜΟΛΩΜΕΝ, ὧ γὰρ δέ. Δη. ἀλλ' οὐχ οἶόν τε τὸν Παφλαγόν' οὐδὲν λαθεῖν· ἐφορᾷ γὰρ αὐτὸς πάντ'. ἔχει γὰρ τὸ σκέλος τὸ μὲν ἐν Πύλῳ, τὸ δ' ἕτερον ἐν τῇ ἑκκλησίᾳ. τοσόνδε δ' αὐτοῦ βῆμα διαβεθηκότος,

ὁ πρῶκτός ἐστιν αὐτόχρημ' ἐν Χαόσι· τῶ χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς· ὁ δὲ νοῦς ἐν Κλωπιδῶν.

Ni. κράτιστον οὖν νῦν ἀποθανεῖν. ἀλλὰ σκοπεῖ, ὅπως ἂν ἀποθάνοιμεν ἀνδρικότατα.

Δη. πῶς δῆτα; πῶς γένοιτ' ἂν ἀνδρικότατα;

- Νι. βέλτιστον ἡμῖν αἶμα ταύρειον πιεῖν.
ὁ Θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἰρετώτερος.
- Δη. μὰ Δί', ἀλλ' ἄκρατον οἶνον Ἀγαθοῦ Δαίμονος.
ἴσως γὰρ ἂν χρηστόν τι βουλευσαίμεθα.
- Νι. ἰδοὺ γ' ἄκρατον. περὶ ποτοῦ γούν ἐστὶ σοί ;
πῶς δ' ἂν μεθύων χρηστόν τι βουλεύσαιτ' ἀνὴρ ;
- Δη. ἀληθες, οὗτος ; κρουνοχυτρολήραιοι ἐῖ.
οἶνον σὺ τοιμᾶς εἰς ἐπίνοιαν λοιδορεῖν.
οἶνον γὰρ εὖροις ἂν τι πρακτικώτερον ;
ὄρᾳς ; ὅταν πίνωσιν ἄνθρωποι, τότε
πλουτοῦσι, διαπραττοῦσι, νικῶσιν δίκας,
εὐδαιμονοῦσιν, ὠφελοῦσι τοὺς φίλους.
ἀλλ' ἐξένεγκέ μοι ταχέως οἶνου χαῶ,
τὸν νοῦν ἴν' ἄρδω, καὶ λέγω τι δεξιόν.
- Νι. οἴμοι τί ποτ' ἡμᾶς ἐργάσει τῷ σῶ ποτῶ ;
- Δη. ἀγάθ'. ἀλλ' ἔνεγκ'. ἐγὼ δὲ κατακλινησομαι.
ἦν γὰρ μεθύσθῶ, πάντα ταυτὶ καταπάσω
βουλευματίων, καὶ γνωμιδίων, καὶ νοιδίων.
- Νι. ὡς εὐτυχῶς, ὅτι οὐκ ἐλήφθην, ἔνδοθεν
κλέπτων τὸν οἶνον.
- Δη. εἴπ' ἐμοί, Παφλαγῶν τί δεῖ ;
- Νι. ἐπίπαστα λείξας δημιόπραθ' ὁ βάσκανος
ρέγκει μεθύων ἐν ταῖσι βύρσαις ὕπτιος.
- Δη. ἴθι νυν, ἄκρατον ἐγκάναξόν μοι πολύν.
- Νι. σπονδὴν λαβὲ δὴ, καὶ σπέισον, Ἀγαθοῦ Δαίμονος.
ἔλχ', ἔλκε τὴν τοῦ Δαίμονος τοῦ Πραμνίου.
- Δη. ὦ Δαῖμον Ἀγαθὲ, σὸν τὸ βούλευμ', οὐκ ἐμόν.
- Νι. εἴπ', ἀντιβολῶ, τί ἐστι ;

NIC. Optimum est nobis taurinum potare sanguinem : nam Themistoclis letum maxime expetendum est.

DEM. Non hercle sanguinem, sed merum Boni Geni. Forte enim utile quid excogitaverimus.

NIC. Ecce vero *merum* ! Ergone de potu tibi agitur ? qui vero utile quid excogitaverit homo temulentus ?

DEM. Itane, ὁ stulte, ineptis, aqua te ingurgitans ? audesne vinum calumniari, ut acuendæ menti minus idoneum ? possisne vero quidpiam vino invenire efficacius ? quum potant homines, tunc ditescunt, negotia peragunt, vincunt lites, beati fiunt, prosunt amicis. Sed effer mihi cito vini congium, mentem ut irrigem, et dicam lepidum quiddam.

NIC. Hei mihi ! quid nobis facies cum tuo potu ?

DEM. Bona. Sed affer : ego vero decumbam. Si enim inebriatus fuero, omnia ista conspergam consiliolis, sententiolis, et ratiunculis.

NIC. O factum bene, quod deprehensus non fui, quum vinum intus furarer !

DEM. Dic mihi, quid facit Paphlago ?

NIC. Postquam liguriit publicatos cibos mola conspersos, improbus ille stertit ebrius, in coriis supinus jacens.

DEM. Agesis infunde mihi jam vinum largiter.

NIC. Cape jam libamen, et liba Bono Genio : trahe, trahe potionem Geni Pramni.

DEM. O Bone Geni, tuum est hoc consilium, non meum.

NIC. Dic, obsecro, quid est ?

DEM. Oracula cito Paphlagonis clam effer domo, dum dormit.

NIC. At hæc Geni consilia vereor ne *mali* esse deprehendam.

DEM. Agedum ipsemet mini admovebo congium, ut mentem irrigem, et dicam lepidum quiddam.

NIC. Quam valde Paphlago stertit et pedit! Proinde facile clam eo sacrum illud oraculum abstuli, quod ipse maxima custodiebat cura.

DEM. O solertissime, cedo illud, ut legam. Tu vero prope vinum infunde. Age videam quidnam hic insit. O vaticinia! da mihi poculum cito.

NIC. Eccum. Quid ait oraculum?

DEM. Aliud infunde.

NIC. Estne in vaticiniis istuc *Aliud infunde?*

DEM. O Bacis!

NIC. Quid rei est?

DEM. Da mihi poculum cito.

NIC. Sæpiuscule, opinor, Bacis usus est poculo.

DEM. O impure Paphlago, ergone ideo cavebas dudum, fordimans istud, quod de te editum est, oraculum?

NIC. Quidum?

DEM. Hic exstat, quo pacto ipse pereat.

NIC. Quonam vero?

DEM. Quonam? Oraculum planissime dicit, ut primo existat stuparum venditor, qui primus rempublicam tenebit.

Δη. τούς χρησμούς ταχύ
κλέψας ἔνεγκε τοῦ Παφλαγόνος ἔνδοθεν,
ἕως καθεύδει.

Νι. ταῦτ' ἀτὰρ τοῦ δαίμονος
δέδοιχ' ὅπως μὴ τεύξομαι κακοδαίμονος.

Δη. Φέρε νυν ἐγὼ 'μαυτῷ προσαγάγω τὸν χοῦν,
τὸν νοῦν ἴν' ἄρδω, καὶ λέγω τι δεξιόν.

Νι. ὡς μεάλ' ὁ Παφλαγῶν βέγκεται καὶ πέρδεται,
ὥστ' ἔλαθον αὐτὸν, τὸν ἱερὸν χρησμὸν λαβῶν,
ὄνπερ μάλιστ' ἐφύλαττεν.

Δη. ὦ σοφώτατε,
φέρ' αὐτὸν, ἴν' ἀναγνῶ· σὺ δ' ἔγχεον πειν
ἀνύσας τι. φέρ' ἴδω, τί ἄρ' ἔνεστιν αὐτόδι.
ὦ λόγια. δὸς σύ μοι τὸ ποτήριον ταχύ.

Νι. ἰδοῦ· τί φησιν ὁ χρησμός;

Δη. ἐτέραν ἔγχεον.

Νι. ἐν τοῖς λογίοις ἔνεστιν ΕΤΕΡΑΝ ΕΓΧΕΟΝ;

Δη. ὦ Βάκι.

Νι. τί ἐστι;

Δη. δὸς τὸ ποτήριον ταχύ.

Νι. πολλῶ γ' ὁ Βάκις ἐχρήτο τῷ ποτηρίῳ.

Δη. ὦ μιαρὲ Παφλαγῶν, ταῦτ' ἄρ' ἐφυλάττε πάλαι,
τὸν περὶ σεαυτοῦ χρησμὸν ὀρρωδῶν;

Νι. τιή;

Δη. ἐνταῦθ' ἔνεστιν, αὐτὸς ὡς ἀπόλλυται.

Νι. καὶ πῶς;

Δη. ὅπως; ὁ χρησμός ἀντικρυς λέγει,
ὡς πρῶτα μὲν στυππειοπώλης γίγνεται,

- ὅς πρῶτος ἔξει τῆς πώλεως τὰ πράγματα.
 Νι. εἷς οὗτος ἰ πώλης. τί τοῦντεῦθεν; λέγε.
 Δη. μετὰ τοῦτον αὐτίς προβατοπώλης δεύτερος.
 Νι. δύο τῶδε πῶλα. καὶ τί τοῦτον χρὴ παθεῖν;
 Δη. κρατεῖν, ἕως ἂν ἕτερος ἀνὴρ βδελυρώτερος
 αὐτοῦ γένηται· μετὰ δὲ ταῦτ' ἀπόλλυται.
 ἐπιγίγνεται γὰρ βυρσοπώλης ὁ Παφλαγῶν,
 ἄρπαξ, κεκράκτης, Κυκλοδόρου φωνὴν ἔχων.
 Νι. τὸν προβατοπώλην ἦν ἄρ' ἀπολέσθαι χρῶν
 ὑπὸ βυρσοπώλου;
 Δη. νῆ Δί'.
 Νι. οἴμοι δεΐλαιος.
 πόθεν οὖν ἂν ἔτι γένοιτο πώλης εἷς μόνος;
 Δη. ἔτ' ἐστὶν εἷς, ὑπερφυᾶ τέχνην ἔχων.
 Νι. εἶπ', ἀντιβολῶ, τίς ἐστίν;
 Δη. εἶπα;
 Νι. νῆ Δία.
 Δη. ἀλλαντοπώλης ἔσθ' ὁ τοῦτον ἐξολῶν.
 Νι. ἀλλαντοπώλης; ὦ Πόσειδον, τῆς τέχνης.
 φέρε, ποῦ τὸν ἀνδρα τοῦτον ἐξευρήσομεν;
 Δη. ζητῶμεν αὐτόν.
 Νι. ἀλλ' ὁδὶ προσέρχεται,
 ὥσπερ κατὰ θεῖον, εἰς ἀγοράν.
 Δη. ὦ μακάριε
 ἀλλαντοπῶλα, δεῦρο, δεῦρ', ὦ φίλτατε,
 ἀνάβαινε σωτήρ τῆ πόλει καὶ νῦν φανείς.
 Αλ. τί ἐστὶ; τί με καλεῖτε;
 Δη. δεῦρ' ἔλθ', ἵνα πύθῃ,

NIC. Unus jam iste est venditor. Quid posthæc? me-
 mora.

DEM. Post hunc rursus pecudum alius venditor.

NIC. Duo isti jam sunt venditores. Et quid huic accidere
 oportet?

DEM. Ut dominetur, usquedum alius homo sceleratior ipso
 exoriat: postea perit. Succedit enim coriorum venditor
 Paphlago, rapax, clamosus, Cyclobori vocem habens.

NIC. Interimendus ergo erat pecudum venditor a coriorum
 venditore?

DEM. Ita hercle.

NIC. Væ misero mihi! undenam gentium unus adhuc ex-
 sistet venditor?

DEM. Adhuc est unus mirificam artem habens.

NIC. Dic, obsecro, quis est?

DEM. Dicamne?

NIC. Sane hercle.

DEM. Isiciorum venditor est, qui hunc perdet.

NIC. Isiciorum venditor? Insignem vero artem, ὁ Neptune!
 age, ubi istum inveniemus virum?

DEM. Quæramus eum.

NIC. Sed eccum ultro accedit ad forum, non sine numine.

DEM. O beate isiciorum venditor, ades, ades, carissime, as-
 cende, qui civitati et nobis servator huc prodiisti.

IS. Quid est? cur me vocatis?

DEM. Huc ades, ut audias, quam sis felix et valde fortuna-
 tus.

NIC. Agedum deme ipsi abacum, et Dei oraculum ipsum edoce, quomodo se habeat; ego autem ibo et speculabor quid rerum agat Paphlago.

DEM. Agesis tu supellectilem hanc primulum humi depone, deinde Tellurem adora et deos.

IS. EN. Quid est?

DEM. O beate et opulente, ὁ qui nunc quidem nullus es, cras autem eris maximus! O Athenarum dux fortunatarum!

IS. Quamobrem, ὁ bone, non me sinis abluere istos ventriculos, isiciaque vendere, sed me ludibrio habes?

DEM. Quosnam, stulte, ventriculos? huc adspice. Nempe vides ordines horum populorum.

IS. Video.

DEM. Istorum omnium tu dux et princeps eris, et fori, et portuum, et concionis: Senatium calcabis: praetores defringes, nervo constringes, in carcerem conjicies: ipse in Prytaneo scortaberis.

IS. Egone?

DEM. Tu quidem; et nondum omnia vides. Sed ascende etiam in hunc abacum, et specta insulas omnes circumcirca.

IS. Specto.

DEM. Quid vero? Emporia et naves onerarias?

IS. Equidem.

DEM. Qui ergo non sis valde fortunatus? Etiam oculus detorque in Cariam dexterum, alterum autem in Chalcedonem.

ὡς εὐτυχῆς εἶ, καὶ μεγαλῶς εὐδαιμονεῖς.

NI. Ἰθι δὴ, κάθελ' αὐτοῦ τοῦλεον, καὶ τοῦ θεοῦ τὸν χρῆσμον αὐτὸν ἀναδίδαξον ὡς ἔχει·

ἐγὼ δ' ἰὼν προσκείμεμαι τὸν Παφλαγόνα.

Δη. ἄγε δὴ σὺ κατάθου πρῶτα τὰ σκεύη χαμαί·

ἔπειτα τὴν γῆν πρόσκυσον, καὶ τοὺς θεοὺς.

Αλ. ἰδοῦ· τί ἐστίν;

Δη. ὦ μακάρι', ὦ πλούσιε·

ὦ νῦν μὲν οὐδεὶς, αὔριον δ' ὑπέρμεγας·

ὦ τῶν Ἀθηνῶν ταγὲ τῶν εὐδαιμόνων.

Αλ. τί μ', ὦ γὰρ, οὐ πλύνειν ἔῃς τὰς κοιλίας, πωλεῖν τε τοὺς ἀλλάντας, ἀλλὰ καταγελαῖς;

Δη. ὦ μῶρε, ποίας κοιλίας; δευρὶ βλέπε.

τὰς στίχας ἔῃς γε τῶνδε τῶν λαῶν.

Αλ. ὄρω.

Δη. τούτων ἀπάντων αὐτὸς ἀρχέλας ἔσει, καὶ τῆς ἀγορᾶς, καὶ τῶν λιμένων, καὶ τῆς Πυρκός.

Βουλὴν πατήσεις, καὶ στρατηγὸς κλαστώσεις;

δήσεις, φυλάξεις, ἐν Πρυτανείῳ λαικάσεις.

Αλ. ἐγὼ;

Δη. σὺ μέντοι· κούδέπω γε πάνθ' ὄρῃς.

ἀλλ' ἐπανάβηθι καπὶ τοῦλεον τοδὶ,

καὶ κάτιδε τὰς νήσους ἀπάσας ἐν κύκλῳ.

Αλ. καθορῶ.

Δη. τί δαί; τὰμπόρια, καὶ τὰς ὀλκάδας;

Αλ. ἔγωγε.

Δη. πῶς οὖν οὐ μέγῳ εὐδαιμονεῖς;

ἔτι νῦν τὸν ὀφθαλμὸν παράβαλλ' εἰς Καρίαν

- τὸν δεξιὸν, τὸν δ' ἕτερον εἰς Χαλκηδόνα.
- Αλ. εὐδαιμονήσω γ', εἰ διαστραφήσομαι ;
- Δη. οὐκ· ἀλλὰ διὰ σοῦ ταῦτα πάντα πέραταί.
γίγναι γὰρ, ὡς ὁ χρησμὸς οὕτως λέγει,
ἄνθρωπος μέγιστος.
- Αλ. εἶπ' ἐμοὶ, καὶ πῶς ἐγὼ
ἀλλαντοπώλης ὢν, ἄνθρωπος γενήσομαι ;
- Δη. δι' αὐτὸ γάρτοι τοῦτο καὶ γίγναι μέγας,
ὅτι πόνηρος, καὶ ἀγορᾶς εἶ, καὶ θρασύς.
- Αλ. οὐκ ἀξιῶ γὰρ ἑμαυτὸν ἰσχύσαι μέγα.
- Δη. οἴμοι, τί ποτ' ἔσθ', ὅτι σαυτὸν οὐ φῆς ἀξιῶν ;
ξυνηιδέναι τι μοι δοκεῖς σαυτῶ καλόν.
μῶν ἐκ καλῶν εἶ κἀγαθῶν ;
- Αλ. μὰ τοὺς θεούς,
εἴμ' ἐκ πονηρῶν γ'.
- Δη. ὦ μακάριε τῆς τύχης,
οἶον πέπονθας ἀγαθὸν εἰς τὰ πράγματα.
- Αλ. ἀλλ', ὦ γὰρ, οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι,
πλὴν γραμμᾶτων, καὶ ταῦτα μέντοι κακὰ κακῶς.
- Δη. τουτί σε μόνον ἔβλαψεν, ὅτι καὶ κακὰ κακῶς.
ἡ δημαγωγία γὰρ οὐ πρὸς μουσικοῦ
ἔτ' ἐστὶν ἀνδρὸς, οὐδὲ χρηστοῦ τοὺς τρόπους,
ἀλλ' εἰς ἀμαθίην καὶ βδελυρόν. ἀλλὰ μὴ παρῆς
ἂ σοι διδάσῃ ἐν τοῖς λογιόσινοι θεοί.
- Αλ. πῶς δῆτά φησιν ὁ χρησμὸς ;
- Δη. εὔ, νῆ τοὺς θεούς,
καὶ ποιικίλως πως, καὶ σοφῶς ἡμιγμένος.
Ἄλλ' ὅποτε μάρψῃ βυρσαίετος ἀγκυλοχείλης

Is. Sicilicet fortunatus ero, si strabo fiam ?

DEM. Immo hæc omnia per te veneunt. Fies enim, ut oraculum hoc prædicat, vir maximus.

Is. Dic mihi, quomodo ego, qui isiciarius sum, vir fiam ?

DEM. Ob id ipsum enim fies magnus, quia malus es, et unus e foro, itemque audax.

Is. Indignum me esse deputo, qui potens adeo fiam.

DEM. Hei mihi ! quid est quod te indignum autumas ? videris mihi præclari quidpiam tibi conscire. Num ex bonis et probis es prognatus ?

Is. Immo, per deos adjuro, sum ex malis.

DEM. O fortunate, quam magnum a natura habes adjumentum rerum gerendarum !

Is. Sed, ὁ bone, nec liberalem doctrinam adtigi, præterquam literas, nec eas quidem satis feliciter.

DEM. Hoc unicum tibi officit, quod vel male literas scis. Reipublicæ enim administratio non doctum amplius competit in hominem, nec bene moratum, sed in rudem et sceleratum : tu vero noli negligere, quæ tibi dant in vaticiniis dii.

Is. Quo modo itaque dicit oraculum ?

DEM. Bene, ita me dii ament, varieque, et scita ambiguitate contextum est. *Sed quum maxillis prehenderet coriaria aquila*

unco rostro prædita draconem stupidum, potorem sanguinis, sane tunc Paphlagonum quidem muria alliata peribit: intestinorum autem venditoribus magnam deus largitur gloriam, nisi simaluerint isicia vendere.

Is. Quomodo ergo hæc ad me pertinent? edoce me.

DEM. Coriaria quidem aquila est Paphlago iste.

Is. Quid vero significat *unco rostro prædita*?

DEM. Istuc subindicat curvis eum manibus rapere et ferre.

Is. Sed draco quorsum spectat?

DEM. Planissimum hoc est. Draco enim est longum quidam: isicium itidem longum: deinde sanguinis potor et isicium est et draco. Itaque draconem ait coriariam aquilam sumperare jam posse, si verbis se decipi non sinat.

Is. Hæc quidem vaticinia me vocant: sed miror qua ratione aptus sim procurandis populi negotiis.

DEM. Res est facillima. Ea, quæ nunc facis, face: turba, implica, ut intestina soles, ita res omnes; populum fac tuum semper, verbulis eum demulcens coquinariis. Cetera tibi sunt in mundo, quibus populum concilies tibi: vox dira, natura malus es, forensis es: habes omnia, quibus usus est ad rempublicam administrandam: oracula conveniunt, et ipsum Pythicum. Sed capiti coronam impone, et liba Coalemo, et vide, ut strenue obsistas homini isti.

Is. Et quis adjutor erit mihi? nam eum et divites metuunt, et plebs formidat paupercula.

γαμφηλῆσι δράκοντα κοάλεμον, αἱματοπώτην, δὴ τότε Παφλαγόνων μὲν ἀπόλλυται ἡ σκοροδάλμη· κοιλιοπώλησιν δὲ θεὸς μέγα κῦδος ὀπάξει, αἶ κεν μὴ πωλεῖν ἀλλᾶντας μᾶλλον ἔλονται.

Αλ. πῶς οὖν πρὸς ἐμὲ ταῦτ' ἐστίν; ἀναδίδασκέ με.

Δη. βυρσαίετος μὲν, ὁ Παφλαγῶν ἔσθ' οὐτοσί.

Αλ. τί δ' ἀγκυλοχείλης ἐστίν;

Δη. αὐτό που λέγει,

ὅτι ἀγκύλαις ταῖς χερσὶν ἀρπάζων φέρει.

Αλ. ὁ δράκων δὲ πρὸς τί;

Δη. τοῦτο περιφανέστατον.

ὁ δράκων γάρ ἐστι μακρὸν, ὃ τ' ἀλλᾶς αὖ μακρὸν εἶθ' αἱματοπώτης ἐστίν ὃ τ' ἀλλᾶς, χῶ δράκων.

τὸν οὖν δράκοντά φησι τὸν βυρσαίετον ἤδη κρατήσειν, αἶ κε μὴ θαλφθῆ λόγοις.

Αλ. τὰ μὲν λόγια καλεῖ με. θαυμάζω δ' ὅπως

τὸν δῆμον οἶός τ' εἶμ' ἐπιτροπέειν ἐγώ.

Δη. φαυλότατον ἔργον· ταῦθ' ἄπερ ποιεῖς, ποιεῖ·

τάραττε, καὶ χόρδευ' ὁμοῦ τὰ πράγματα

ἅπαντα, καὶ τὸν δῆμον αἰεὶ προσποιοῦ,

ὑπογλυκαίνων ῥηματίοις μαγειρικοῖς.

τὰ δ' ἄλλα σοι πρόσσεστι δημαγωγικά,

φωνὴ μιὰρὰ, γέγονας κακὸς, ἀγοραῖος εἶ·

ἔχεις ἅπαντα πρὸς πολιτείαν ἂ δεῖ·

χρησμοὶ τε συμβαίνουσι, καὶ τὸ Πυθικόν.

ἀλλὰ στεφανοῦ, καὶ σπένδε τῷ Κοαλέμω·

χῶπως ἀμυνεῖ τὸν ἄνδρα.

Αλ. καὶ τίς ξύμμαχος

- γενήσεται μοι ; καὶ γὰρ οἷ τε πλούσιοι
 δεδίασιν αὐτὸν, ὃ τε πένης βδύλλει λεώς.
- Δη. ἀλλ' εἰσὶν Ἴππῆς ἄνδρες ἀγαθοὶ χίλιοι,
 μισοῦντες αὐτὸν, οἱ βοηθήσουσί σοι,
 καὶ τῶν πολιτῶν οἱ καλοὶ τε καὶ ἀγαθοὶ,
 καὶ τῶν θεατῶν ὅστις ἐστὶ δεξιὸς,
 καὶ γὰρ μετ' αὐτῶν, χεῖρ θεὸς ξυλλήψεται.
 καὶ μὴ δέδιθ'. οὐ γὰρ ἐστὶν ἐξηκασμένος.
 ὑπὸ τοῦ θεοῦ γὰρ αὐτὸν οὐδεὶς ἤθελε
 τῶν σκευοποιῶν εἰκάσαι. πάντως γε μὴν
 γνωσθήσεται. τὸ γὰρ θέατρον δεξιόν.
- Νι. οἴμοι κακοδαίμων, ὁ Παφλαγῶν ἐξέρεχεται.
- Κλ. οὐ τοι, μὰ τοὺς δώδεκα θεοὺς, χαιρεῖσθετον,
 ὅτι γ' ἐπὶ τῷ δήμῳ ξυνώμυτον πάλαι.
 τουτὶ τί θεῶ τὸ Χαλκιδικὸν ποτήριον ;
 οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ Χαλκιδέας ἀφίστατον.
 ἀπολεῖσθον, ἀποθανεῖσθον, ὦ μιαρωτάτω.
- Δη. οὗτος, τί φεύγεις ; οὐ μινεῖς, ὦ γεννάδα
 ἀλλαντοπῶλα ; μὴ προδοῖς τὰ πράγματα.
 ἄνδρες Ἴππῆς, παραγένεσθε· νῦν ὁ καιρὸς. ὦ Σίμων,
 ὦ Παναίτι', οὐκ ἐλάτε πρὸς τὸ δεξιὸν κέρας ;
 ἄνδρες ἐγγύς· ἀλλ' ἀμύνου, καὶ παναστρέφου πάλιν.
 ὁ κονιορτὸς δηλὸς αὐτῶν, ὡς ὁμοῦ προσκειμένων.
 ἀλλ' ἀμύνου, καὶ δίωκε, καὶ τροπὴν αὐτοῦ ποιοῦ.
- Χο. παῖε, παῖε τὸν πανοῦργον, καὶ ταξαξιπόστρατον,
 καὶ τελώνην, καὶ φάραγγα, καὶ Χάρυβδιν ἀρπαγῆς,
 καὶ πανοῦργον, καὶ πανοῦργον. πολλάκις γὰρ αὐτ' ἐρωῶ.
 καὶ γὰρ οὗτος ἦν πανοῦργος πολλάκις τῆς ἡμέρας.

DEM. At sunt Equites mille, viri boni qui oderunt eum, et opem ferent tibi, et civium quotquot boni sunt et probi, et ex spectatoribus quisquis est cordatus, et ego cum ipsis, eritque adjutor deus. Et cave timeas : ipsius enim non videbis vultum ; nam personam effingere, quæ eum referret, nullus præ metu voluit artifex. Attamen plane cognoscetur : nam spectatores sciti sunt.

NIC. Væ misero mihi ! Paphlago egreditur.

CLEO. Næ haud impune, ita me amabunt Consentes dii, feretis, quod in rempublicam conjurastis dudum. Istuc Chalcidicum poculum quid vult sibi ? non potest fieri, quin Chalcidenses ad defectionem sollicitetis. Peribitis, moriemini, sceleratissimorum par.

DEM. Eho tu, quid fugis ? non manebis, ὁ egregie isiciarie ? ne prodas negotium. Viri Equites, adeste, tempus est. O Simo, ὁ Panæti, nonne agetis equos ad dextrum cornu ? Prope adsunt viri : sed resiste tu quoque, et revertere rursus : apparet pulvis quem excitant, unde cognoscas eos propius imminere. Sed defende, pelle, et in fugam eum verte.

CHOR. Cæde, cæde veteratorem, et perturbatorem equestrium turmarum, et publicanum, et abyssum malitiæ, et gurgitem rapinarum, et veteratorem, et veteratorem : identidem enim hoc dicam ; namque veteratorie ille plus semel singulis diebus agit.

Sed verbera, pelle, perturba, age, rue, et exsecrare eum, uti nos facimus, eique instans clama. Cave autem ne effugiat: quippe novit vias, per quas Eucrates fugit ad furfures.

CLEO. O senes Heliastæ, cognati trioboli, quos ego pasco, æqua et iniqua clamitans, succurrite: nam ab hominibus conjuratis verberor.

CHOR. Merito sane tuo, quippe qui communia bona, prius quam sorte distribuantur, devoras, e t pertrectas premisque reos, tanquam ficus, spectans ecquis eorum sit crudus, aut maturus, aut nondum maturus: et observas, siquis civium simplex est instar agni, opulentus, a negotiis remotus, et fugitans litium: tum si quem videas otiosum et oscitantem, huc evocatum ex Chersoneso mediumprehendis, collum implicas nexu brachii, humerumque retorques, sicque afflictum præcidere soles.

CLEO. Vos una in me insurgitis: at, ô viri, propter vos vapulo, quia sententiam dicturus eram in Senatu, ut æquum sit in urbe exstare monumentum vestræ fortitudinis.

CHOR. Quam gloriosus, quam subactus est! Viden' quomodo nobis tanquam senibus subrepat, et nos deludit. Sed si hac ratione vincit, eadem ferietur: si vero huc declinaverit, in crus impinget.

CLEO. O cives, ô popule, quales mihi beluæ ventrem percutiunt!

CHOR. Etiam clamitas, qui semper urbem vastas?

Is. At ego te isto meo clamore primum fugabo.

CHOR. At si quidem eum clamore viceris, triumphale canticum tibi accinetur: sin impudentia ipsum superaveris, palma nostra est.

CLEO. Hunc hominem defero, aioque eum extulisse triremibus Peloponnesiorum juscula.

ἀλλὰ παῖε, καὶ δῖωκε, καὶ τάραττε, καὶ κύκα, καὶ βδελύττου, καὶ γὰρ ἡμεῖς, κἀπικείμενος βόα· εὐλαβοῦ δὲ, μὴ κφύγη σε· καὶ γὰρ οἶδε τὰς ὁδοὺς, ἄσπερ Εὐκράτης ἔφευγεν εὐδὺ τῶν κυρηβίαν.

Κλ. ὦ γέροντες Ἡλιασταί, φεγάτορες τριωβόλου, οὗς ἐγὼ βόσκω, κεκραγῶς καὶ δίκαια κἀδίκαια, παραβοηθεῖθ', ὡς ὑπ' ἀνδρῶν τύπτομαι ξυναμοτῶν.

Χο. ἐν δίκη γ' ἐπεὶ τὰ κοινὰ, πρὶν λαχεῖν, κατεσθίεις, κἀποσυκάζεις πειζῶν τοὺς ὑπευδύνους, σκοπῶν, ὅστις αὐτῶν ἰμός ἐστιν, ἢ πέπων, ἢ μὴ πέπων, καὶ σκοπεῖς γε, τῶν πολιτῶν ὅστις ἐστὶν ἀμνοκῶν, πλούσιος, καὶ μὴ πόνηρος, καὶ τρέμων τὰ πρῶμα· κῆν τιν' αὐτῶν γνώως ἀπράγμον' ὄντα καὶ κεχρητότα, καταγαγῶν ἐκ Χερρόνησου, διαλαβὰν ἠγκύριστας, εἴτ', ἀποστρέψας τὸν ἄμνον, αὐτὸν ἐνεκομήσας.

Κλ. ξυνεπικεῖσθ' ὑμεῖς· ἐγὼ δ', ὦ ἄνδρες, δι' ὑμᾶς τύπτομαι, ὅτι λέγειν γνώμην ἔμελλον, ὡς δίκαιον ἐν πόλει ἐστάναι μνημεῖον ὑμῶν ἐστὶν ἀνδρίας χάριν.

Χο. ὡς δ' ἀλαζῶν, ὡς δὲ μάσθλης· εἶδες, οἱ ὑπέρχεται ὡσπερὶ γέροντας ἡμᾶς, κἀκκοβαλικεύεται.

ἀλλ' ἐὰν ταύτη γε νικᾷ, ταυτηῖ πεπλήξεται· ἦν δ' ὑπεκκλίνη γε δευρὶ, πρὸς σκέλος κυρηβάσει.

Κλ. ὦ πόλις καὶ δῆμ', ὕφ' οἶων θηρίων γαστρίζομαι.

Χο. καὶ κέκραγας, ὡσπερ αἰεὶ τὴν πόλιν καταστρέφεις;

Αλ. ἀλλ' ἐγὼ σε τῆ βοῆ ταύτη γε πρῶτον τρέψομαι.

Χο. ἀλλ' ἐὰν μέντοι γε νικᾷς τῆ βοῆ, τήνελλος εἶ· ἦν δ' ἀναιδεία παρῆλθης, ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς.

Κλ. τουτοὶ τὸν ἀνδρ' ἐγὼ δείκνυμι, καὶ φήμ' ἐξάγειν

- ταῖσι Πελοποννησίων τριήρεσι ζωμεύματα.
- Αλ. ναι μὰ Δία, κᾶγωγε τοῦτον, ὅτι κενῆ τῆ κοιλία
ἐσδραμῶν ἐς τὸ Πρυτανεῖον, εἶτα πάλιν ἐκθεῖ πλέα.
- Αγ. τοῦτ' ἔδακε τὸν πόρπακα τοῦ Κλεωνύμου.
- Δη. οὐδ' ἀγοράσει γ' ἀγένειος οὐδεὶς ἐν ἀγορᾷ.
- Αγ. ποῦ δῆτα Κλεισθένης ἀγοράσει καὶ Στράτων ;
- Δη. τὰ μειράκια ταυτὶ λέγω, τὰν τῷ μύρῳ,

AG. Nam aures tuæ hercle diducebantur instar umbellæ, et
rursus contrahebantur.

DEM. Adeone ineptus ego fui et præ senectute delirans ?

AG. Quin etiam, quum duo oratores verba facerent, altero
dicente *parandam esse classem*, altero autem, *solvendam esse ju-
diciibus mercedem* ; tunc qui de mercede dicebat, superato illo
qui de classe rogationem tulerat, abibat. Heus tu, quid demit-
tis caput ? nonne loco manebis ?

DEM. Pudet me profecto priorum peccatorum.

AG. At culpa non est tua, ne sis sollicitus, sed eorum, qui te
sic decepere. Nunc autem, dic mihi ; si quis advocatus scurra
dicat : *Non est vobis judiciibus panis, nisi hanc causam damna-
veritis* : huic patrono quid facies ? dic mihi.

DEM. Sublimem tollam et in Barathrum injiciam, e collo ei
suspendens Hyperbolium.

AG. Istuc quidem recte et sapienter jam dicis : sed in ceteris
quomodo rempublicam ordinabis ? age, dic mihi.

DEM. Primo remigibus longatum navium, quum primum in
portum appulerint, mercedem integram dabo.

AG. Multis adtritibus natibus gratum fecisti.

DEM. Deinde catalogo militum inceptorum civium nullus
in alium transcribetur ordinem studiis fautorum : sed sicut
initio erat, ita erit inscriptus.

AG. Istuc momordit clypeum Cleonymi.

DEM. Nec imberbis ullus in foro concionabitur.

AG. Ubi ergo concionabuntur Clisthenes et Strato ?

DEM. Adolescentulos illos dico in myropoliis versari solitos,

qui sedentes hæc garriunt: *Dexter est Pheax, et solerter eruditus fuit: quippe auditorem oratione quasi constrictum tenet, et quodlibet adsequitur: sententias etiam cudit, et est perspicuus, facileque affectus movet, optime comprimens tumultuantes.*

AG. Nonne tu es pædico istorum locutuleiorum?

DEM. Non hercle; sed cogam istos omnes venatum ire, a faciendis decretis abstinentes.

AG. Accipe ergo hac conditione sellam hanc plicatilem, et puerum coleatum, qui eam tibi gestet, et, siquando videbitur, hunc tibi sellam face.

DEM. O me beatum, qui pristinum in statum reducor!

AG. Istuc dices demum, quum tricennales inducias tradidero tibi. Adeste ocius vos Induciæ.

DEM. O Jupiter supreme, quam venustæ sunt! obsecro per Deos, licetne cum illis rem habere? quomodo illas cepisti, amabo?

AG. Nonne eas Paphlago intus absconderat, ne tu eas caperes? nunc itaque tibi eas do, ut rus abeas, tecum eas abducens.

DEM. Paphlagonem autem, qui ista fecit, dic, quo malo macetabis?

AG. Non magno, nec alio ullo, nisi ut artem meam obtineat, et ad portas isicia vendat solus, caninas carnes miscens asininis, ebriusque scortis convicia dicat, et ex balnearum solis haustam aquam bibat.

ἀστωμυλεῖται τοιαυτὸ καθήμενα·

Δεξιὸς ὁ Φαίαξ, καὶ σοφῶς ἐμάνθανε.

Ξυνεργτικὸς γὰρ ἐστὶ, καὶ περαντικὸς, καὶ γνωμοτυπικὸς, καὶ σαφῆς, καὶ κρουστικὸς, καταληπτικὸς τ' ἀρίστα τοῦ Δορυθητικοῦ.

AG. οὐκ οὐκ καταδακτυλικὸς σὺ τοῦ λαλητικοῦ;

Δη. μὰ Δί, ἀλλ' ἀναγκάσω κυνηγετεῖν ἐγὼ τούτους ἅπαντας, παυσαμένους ψηφισμάτων.

AG. ἔχε νυν ἐπὶ τούτοις τούτον τὴν ὀκλαδίαν, καὶ παῖδ' ἐνόρχην, ὅσπερ οἴσει τόνδε σοι· καὶ ἐν σπουδοκῆ σοι, τούτον ὀκλαδίαν ποίει.

Δη. μακάριος ἐς τὰρχαῖα δὴ καθίσταμαι.

AG. φήσεις γ', ἐπειδὴν τὰς τριακοντούτιδας σπονδὰς παραδῶ σοι. δεῦρ' ἴθ' αἱ Σπονδαὶ ταχύ.

Δη. ὦ Ζεῦ πολυτίμηθ', ὡς καλαί· πρὸς τῶν θεῶν, ἔξεστιν αὐτῶν κατατριακοντούτισαι; πῶς ἔλαβες αὐτὰς ἐτεόν;

AG. οὐ γὰρ ὁ Παφλαγὼν ἀπέκρυπτε ταύτας ἔνδον, ἵνα σὺ μὴ λάβοις; νῦν οὖν ἐγὼ σοι παραδίδωμ' εἰς τοὺς ἀγροὺς αὐτὰς ἵεναι λαβόντα.

Δη. τὸν δὲ Παφλαγῶνα, ὃς ταῦτ' ἔδρασεν, εἴφ' ὅ τι ποιήσεις κακόν.

AG. οὐδὲν μέγ', ἀλλ' ἢ τὴν ἐμὴν ἔξει τέχνην. ἐπὶ ταῖσι πύλαις ἀλλαντοπωλήσει μόνος, τὰ κύνεια μιγνὺς τοῖς ὄνειοις πρᾶγμασι, μεθύων τε ταῖς πόρνοισι λοιδορήσεται, καὶ τῶν βαλανείων αὐτὸ λουτρὸν πίνεται.

- Δη. εὖ γ' ἐπενόησας, οὐπὲρ ἔστιν ἄξιος.
 πόρνοισι καὶ βαλανείοσι διακεκραγένοι.
 καί σ' ἀντὶ τούτων ἐς τὸ Πρυτανεῖον καλῶ,
 ἐς τὴν ἔδραν θ', ἵν' ἐκείνος ἦν ὁ φαρμακός.
 ἔπου δὲ ταυτηνὴ λαβὼν τὴν βατραχίδα
 κἀκείνον ἐκφερέτω τις ὡς ἐπὶ τὴν τέχνην,
 ἵν' ἴδωσιν αὐτὸν, οὓς ἔλωσάθ', οἱ ξένοι.
- Χο. (λείπει κομμάτιον τοῦ Χοροῦ.)

DEM. Bene excogitasti id, quo dignus est, nimirum ut cum scortis et balneatoribus digladietur maledictis. At te pro his beneficiis in Prytaneum invito, et in sedem, quam obtinebat impurissimus ille: sequere autem sumta viridi hac veste. Et illum educat aliquis ad exercendam suam artem, ut videant ipsum hospites, quos contumeliis solebat adficere.

CHOR. (*Deest Chori cantiuncula.*)

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ

ΑΧΑΡΝΗΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ΚΗΡΥΞ.

ΛΜΦΙΘΕΟΣ.

ΠΡΕΣΒΕΙΣ *Ἀθηναίων παρὰ Βασιλέως ἠκούεις*

ΨΕΥΔΑΡΤΑΒΑΣ.

ΘΕΩΡΟΣ.

ΧΟΡΟΣ ΑΧΑΡΝΕΩΝ.

ΓΥΝΗ *Δικαιοπόλιδος.*

ΘΥΓΑΤΗΡ *Δικαιοπόλιδος.*

ΚΗΦΙΣΟΦΩΝ.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ΛΑΜΑΧΣ.

ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

ΚΟΡΑΙ *θυγατέρες τοῦ Μεγαρέως.*

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

ΒΟΙΩΤΟΣ.

ΝΙΚΑΡΧΟΣ.

ΘΕΡΑΠΩΝ *Λαμάχου.*

ΓΕΩΡΓΟΣ.

ΠΑΡΑΝΥΜΦΟΣ.

ΑΓΓΕΛΟΙ.

ARISTOPHANIS

ACHARNENSES.

DICÆOPOLIS, PRÆCO, AMPHITHEUS, LEGATI
Athenienses, PSEUDARTABAS, THEORUS,
CHORUS.

DIC. QUAM multa sunt, quæ mihi cor momorderunt ! Quæ vero me delectarunt, pauca, perpauca, quatuor omnino. At quæ me cruciarunt, tot sunt, quot litus arenas, et quot Gargara segetes habent. Age videam, quid me delectavit, ob quod merito gavisus fuerim. Scio equidem, quanam re visa cor meum maxime exhilaratum fuit, illis nimirum quinque talentis, quæ Cleo evomuit. Quanto ob hanc rem delibutus fui gaudio ! et Equites deamo ob istuc factum, quo quidem Græcia juvatur omnis. Sed contra aliud me exerciavit animi, tragicum quiddam, quum, postquam dudum ore hianti expectassem Æschylum, præco alta voce dixit : *Introduc, o Theognis, tuum chorum.* Quam valde putas id meum cor concus-

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ

ΑΧΑΡΝΗΣ.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ, ΚΗΡΥΞ, ΑΜΦΙΘΕΟΣ, ΠΡΕΣ-
ΒΕΙΣ Ἀθηναίων, ΨΕΥΔΑΡΤΑΒΑΣ,
ΘΕΩΡΟΣ, ΧΟΡΟΣ.

Δι. ΟΣΑ δὴ δέδηγμαί τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν,
ἦσθην δὲ βαιὰ, πάνυ δὲ βαιὰ τέτταρα·
ἀ δ' ὠδυνήθην, ψαμμοκοσιογάργαρα.
φέρ' ἴδω, τί δ' ἦσθην ἄξιον χαιρεθόνος ;
ἐγὼ δ', ἐφ' ᾧ γε τὸ κέαρ εὐφράνθην ἰδών,
τοῖς πέντε ταλάντοις, οἷς Κλέων ἐξήμεσε.
ταῦθ' ὡς ἐγανώθην, καὶ φιλῶ τοὺς Ἰππέας
διὰ τοῦτο τοῦργον· ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι.
ἀλλ' ὠδυνήθην ἔτερον αὖ τραγωδικόν,
ὅτε δῆτ' ἐκεχρήνη προσωδοκῶν τὸν Αἰσχύλον·
ὁ δ' ἀνείπεν· Εἴσαγ', ὦ Θεόγνι, τὸν χορόν---

πῶς τοῦτο σῖσαι μου δοκεῖς τὴν καρδίαν·
 ἀλλ' ἕτερον ἦσθην, ἠνίκ' ἐπὶ μόνῳ ποτὲ
 Δεξιθεὸς εἰσῆλθ' ἀσόμενος Βοιωτίον·
 τῆτες δ' ἀπέθανον καὶ διεστράφην ἰδὼν,
 ὅτε δὴ παρέκυψε Χαῖρις ἐπὶ τὸν ὄφθιον.
 ἀλλ' οὐδεπώποτ', ἐξ ὅτου ἄρ' ῥύπτομαι,
 οὕτως ἐδήχθην ὑπὸ κονίας γε τὰς ὀφρῦς,
 ὡς νῦν, ὅπῳτ' οὕσης κυρίας ἐκκλησίας
 ἐωθιῆς, ἐρημος ἢ Πνύξ αὐτῆι·
 οἱ δ' ἐν ἀγορᾷ λαλοῦσι, κᾶν καὶ κάτω
 τὸ σχοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον·
 οὐδ' οἱ Πρυτάνεις ἤκουσιν· ἀλλ' ἀωρίαν
 ἤκοντες, εἶτα δ' ὠστιοῦνται, πῶς δοκεῖς,
 ἐλθόντες ἀλλήλοισι περὶ πρώτου ξύλου,
 ἀθροοὶ καταρρέοντες· εἰρήνη δ' ὅπως
 ἔσται, προτιμῶσ' οὐδέν· ᾧ πόλις, πόλις.
 ἐγὼ δ' αἰεὶ πρώτιστος εἰς ἐκκλησίαν
 νοστῶν κάθημαι· κᾶτ' ἐπειδὰν ᾧ μόνος,
 στένω, κέχγηνα, σκορδινῶμαι, πῆρομαι,
 ἀπορώ, γράφω, παρατίλλομαι, λογιζομαι,
 ἀποβλέπων εἰς τὸν ἀγρὸν, εἰρήνης ἐρῶν,
 στυγῶν μὲν ἄστυ, τὸν δ' ἐμὸν δῆμον ποδῶν,
 ὃς οὐδεπώποτ' εἶπεν ΑΝΘΡΑΚΑΣ ΠΡΙΩ·
 οὐκ ΟΞΟΣ, οὐκ ΕΛΛΙΟΝ, οὐδ' ἤδη ΠΡΙΩ·
 ἀλλ' αὐτὸς ἔφερε πάντα, χῶ ΠΡΙΩΝ ἀπῆν.
 νῦν οὖν ἀτεχνῶς ἦκω παροσκευασμένος
 βοᾶν, ὑποκρούειν, λοιδορεῖν τοὺς ῥήτορας,
 εἴαν τις ἄλλο πλῆν περὶ εἰρήνης λέγῃ.

sisse? sed ob aliud quiddam aliquando delectatus fui, quum
 Dexitheus ingressus est vitulo certaturus, fidibusque cantaturus
 Bœotium. At hoc anno tædio enectus fui, et mihi distorsi
 collum, quum prodiit Chæris, ut Orthium modum tibia ca-
 neret. Verum ex quo in balineis me sordibus purgari curo, nun-
 quam supercilia mea sic momordit lixivium, ut nunc, quum
 tempore legitimæ concionis matutinæ, deserta est Pnyx hæcce.
 At illi confabulantur in foro, et sursum deorsum fugitant ru-
 brica tinctum funem. Nec Prytanæ veniunt. Sed ubi tan-
 dem sero advenerint, tum mirum in modum sese invicem tru-
 dent, confestim ingruentes, concurrentes, certantesque de pri-
 mo subsellio. Pax autem quo pacto fiat, nihil pensi habent:
 ὁ cives, cives! At ego semper primus in concionem veniens
 sedeo: deinde quum hic solus sum, ingemisco, hieto, pandi-
 culor, pedo, dubius hæsito, baculo solum conscribillo, pilos
 mihi evello, computo, rus spectans, pacis cupidus, urbem ex-
 osus, pagum autem meum desiderans, qui mihi nunquam dixit,
Carbones eme, nec acctum, nec oleum; nec norat illud eme.
 Sed ipse omnia ferebat, et aberat istud, quod mihi cor dissecat,
eme. Nunc itaque adveni plane paratus clamare, obloqui, con-
 vicari oratores, si quis aliud quam de pace dicat. Sed eccos jam

Prytanes meridie advenientes. Nonne dicebam? hoc illud est, quod autumabam, in prima subsellia se quisque intrudit.

PRÆC. Procedite ulterius, procedite, ut intra lustratum sitis locum.

AMPH. Jamne aliquis dixit?

PRÆC. Quis verba facere vult?

AMPH. Ego.

PRÆC. Quis tu es?

AMPH. Amphitheus.

PRÆC. Non homo?

AMPH. Non: sed immortalis. Nam Amphitheus erat Cereris et Triptolemi filius; ex illo Celeus nascitur: Celeus autem uxorem duxit Phænaretam aviam meam, ex qua Lycinus natus est, qui me immortalē genuit. Mihi vero soli permiserunt dii inducias pacisci cum Lacedæmoniis. At ego immortalis qui sum, ὁ ἀμικί, viaticum non habeo: non enim mihi subministrant Prytanes.

PRÆC. Eho lictores—

AMPH. O Triptoleme et Celee, mene abripi patiemiini?

DIC. O Prytanes, injuriam facitis congregato populo, quum hunc virum abduci jubetis, qui volebat nobis inducias facere, et suspendere clypeos.

PRÆC. Sede tacitus.

DIC. Non faciam, ita me Apollo amet, nisi de pace consultationem mihi proponatis.

PRÆC. Prodeant legati, qui ad Regem missi fuerant.

ἀλλ' οἱ Πρυτάνεις γὰρ οὐτοῖτ' μεσημβρινοί.
οὐκ ἠγόρευον; τοῦτ' ἐκεῖν' οὐγὰρ ἔλεγον
ἐς τὴν προεδρίαν πᾶς ἀνὴρ ὡστίζεται.

Κη. πᾶριτ' ἐς τὸ πρόσθην,
πᾶριθ', ὡς ἂν ἐντὸς ἦτε τοῦ καθάρματος.

Αμ. ἤδη τις εἶπε;

Κη. τίς ἀγορεύειν βούλεται;

Αμ. ἐγώ.

Κη. τίς ἂν.

Αμ. Ἄμφιδεος.

Κη. οὐκ ἄνθρωπος;

Αμ. οὐκ.

ἀλλ' ἀθάνατος. ὁ γὰρ Ἄμφιδεος Δῆμητρος ἦν,
καὶ Τριπτολέμου· τούτου δὲ Κελεὸς γίγνεται·
γαμεῖ δὲ Κελεὸς Φαιναρέτην τήτην ἐμὴν,
ἐξ ἧς Λυκῖνος ἐγένετ'. ἐκ τούτου δ' ἐγὼ
ἀθάνατός εἰμ'. ἐμοὶ δ' ἐπέτρεψαν οἱ θεοὶ
σπονδὰς ποιῆσθαι πρὸς Λακεδαιμονίους μόνω.
ἀλλ' ἂν ἀθάνατος, ὦ ἄνδρες, ἐφόδι' οὐκ ἔχω·
οὐ γὰρ διδάσιν οἱ Πρυτάνεις.

Κη. οἱ τοξόται---

Αμ. ὦ Τριπτόλεμε, καὶ Κελεε, περιόψεσθέ με;

Δι. ὦ ἄνδρες, Πρυτάνεις, ἀδικεῖτε τὴν ἐκκλησίαν,
τὸν ἀνδρ' ἀπάγοντες, ὅστις ἡμῖν ἤθελε
σπονδὰς ποιῆσαι, καὶ κρεμάσαι τὰς ἀσπίδας.
κάθησο σῖγα.

Κη. μὰ τὸν Ἀπόλλω γὰρ μὲν οὐκ·

ἦν μὴ περὶ εἰρήνης γε πρυτανεύσητέ μοι.

Κη. οἱ παρὰ Βασιλείως πρέσβεις---

- Δι. ποίου βασιλέως; ἄχθομαι γὰρ πρέσβεσι,
καὶ τοῖς ταῦσι, τοῖς τ' ἀλαζονεύμασι.
- Κη. σίγα.
- Δι. βαβαιὰξ, ᾧ κδάτανα, τοῦ σχήματος.
- Πρ. ἐπέψαθ' ἡμᾶς ὡς Βασιλέα τὸν Μέγαν,
μισθὸν φέροντας δύο δραχμὰς τῆς ἡμέρας.
ἐπ' Εὐθυμένους Ἄρχοντος---
- Δι. οἶμοι τῶν δραχμῶν.
- Πρ. καὶ δῆτ' ἐτροχόμεθα διὰ τῶν Καῦστρίων
πεδίων ὀδοιπλανῶντες ἐσκηνημένοι,
ἐφ' ἄρμαμαξῶν μαλθακῶς κατακείμενοι,
ἀπολλόμενοι.
- Δι. σφύδρα γὰρ ἐπαζόμεν ἐγὼ,
παρὰ τὴν ἑπαλξιν ἐν φορυτῶ κατακείμενος;
- Πρ. ξενιζόμενοι δὲ, πρὸς βίαν ἐπίνομεν
ἐξ ὑαλίνων ἐκπαμάτων καὶ χρυσίδων
ἄκρατον οἶνον ἠδύν.
- Δι. ᾧ Κραναὰ πόλις,
- ἄρ' αἰσθάνει τὸν κατάγελον τῶν πρέσβεων;
- Πρ. οἱ βάρβαροι γὰρ ἄνδρας ἠγοῦνται μόνους,
τοὺς πλεῖστα δυναμένους φαγεῖν τε καὶ πιεῖν.
- Δι. ἡμεῖς δὲ, λαικαστάς τε καὶ καταπύγονας.
- Πρ. ἔτει τετάρτῳ δ' εἰς τὰ βασίλει' ἤλθομεν·
ἀλλ' εἰς ἀπόπατον ᾤχετο, στρατιὰν λαβῶν,
κᾶχρεξεν ὀκτὼ μῆνας ἐπὶ χρυσῶν ὀρῶν.
- Δι. πόσου δὲ τὸν πρῶκτον χρόνου ξυνήγαγεν;
- Πρ. τῆ πᾶνσελήνῳ κᾶτ' ἀπῆλθεν οἴκαδε.
εἴτ' ἐξένιξε, παρῆτιθι δ' ἡμῖν ὄλους

DIC. Quem regem? tædium enim me cepit legatorum, et pavonum illorum, stolidarumque jactantiarum.

PRÆC. Sile.

DIC. Papæ! ὁ Ecbatana! quis hic est habitus insolens?

LEG. Misistis nos, Euthymene Archonte, ad Magnum Regem, attributa nobis in singulos dies duarum drachmarum mercede.

DIC. Hei mihi drachmarum!

LEG. Afflictati autem sumus misere, per Caystrios campos oberrando sub tentoriis, in carpentis molliter cubantes, ærumnis confecti.

DIC. Scilicet mecum bene agebatur, quum ad propugnaculum in paleis cubarem.

LEG. Excepti autem hospitio cogebamur bibere e vitrei poculis et aureis phialis merum dulce.

DIC. O Cranai civitas, num sentis, ut te ludificentur legati?

LEG. Barbari enim solos eos esse viros deputant, qui plurimum valent esse et bibere.

DIC. At nos eosdem scortatores et cinædos esse deputamus.

LEG. Anno autem quarto ad regiam pervenimus: sed Rex abierat ventris exonerandi gratia, abducto secum exercitu, mensesque perpetuos octo cacavit in aureis montibus.

DIC. Quanto autem tempore contraxit podicem?

LEG. Plenilunio: deinde abiit domum: tum nos hospitio excepit, nobisque anteposuit integros e clibano boves.

DIC. Et quis vidit unquam boves in clibano tostos? ὁ jactantiam!

LEG. Atque hercle avem triplo majorem Cleonymo adposuit nobis: nomen autem ei erat *Derisor*.

DIC. Propterea ergo tu nos derides, acceptis duabus drachmis.

LEG. Et nunc venimus adducentes istum Pseudartabam, qui est Regis oculus.

DIC. Utinam, ὁ Legate, tuum ipsius oculum tundendo excutiat corvus!

PRÆC. Prodeat Regis oculus.

DIC. O magne Hercules! Per deos obsecro, mi homo, stationemne vides, aut circa promontorium flectens navale observas, adeo timide incedis et caute circumspicis? suffultus mihi videtur oculus tuus loro, ut remus in navi.

LEG. Agedum tu eloquere, quæ te Rex misit nuntiatorum Atheniensibus, ὁ Pseudartaba.

PSEUD. Iartaman exarx' anapissonai satra.

LEG. Intellexistisne quid dicat?

DIC. Non equidem, ita me Apollo amet.

LEG. Ait Regem vobis aurum missurum. Enuntia majore voce et clare aurum.

PSEUD. Non accipies aurum, cinæde Iaona.

DIC. Hei mihi misero! quam clare!

PRÆC. Quid jam dicit?

DIC. Rogas? Cinædos esse dicit Iaonas, si exspectant aurum a Barbaris.

LEG. Nihil istius dicit; sed auri medimnos commemorat iste.

ἐκ κριβάνου βοῦς.

Δι. καὶ τίς εἶδε πώποτε

βοῦς κριβανίτας; τῶν ἀλαζονευμάτων.

Πρ. καὶ, ναὶ μὰ Δί', ὄρνιν τριπλάσιον Κλεωνύμου

παρέδηκεν ἡμῖν· ὄνομα δ' ἦν αὐτῷ ΦΕΝΑΞ.

Δι. ταῦτ' ἄρ' ἐφενάκιζες σὺ, δύο δραχμὰς φέρων.

Πρ. καὶ νῦν ἄγοντες ἤκομεν Ψευδαρτάβαν,

τὸν Βασιλέως ὀφθαλμὸν.

Δι. ἐκκόψειέ γε

κόραξ πατάξας τὸν γε σὸν τοῦ πρέσβεως.

Κη. ὁ Βασιλέως ὀφθαλμὸς---

Δι. ὦ' ναξ Ἡράκλεις·

πρὸς τῶν θεῶν, ἄνθρωπε, ναύφρακτον βλέπεις,

ἢ περὶ ἄκραν κάμπτων, νεώσοικον σκοπεῖς;

ἄσκαμ' ἔχεις ποῦ περὶ τὸν ὀφθαλμὸν κάτω.

Πρ. ἄγε δὴ σὺ, Βασιλεὺς ἄττα σ' ἀπέπεμψεν, φράσον

λέξοντ' Ἀθηναίοισιν, ὃ Ψευδαρτάβα.

Ψε. ἰαρταμὰν ἔξαρχ' ἀναπισσόναι σάτρα.

Πρ. ξυνήκαθ', ὃ λέγει;

Δι. μὰ τὸν Ἀπόλλω' γὰρ μὲν οὐ.

Πρ. πέμψειν Βασιλέα φησὶν ὑμῖν χρυσίον.

λέγε δὴ σὺ μείζον, καὶ σαφῶς τὸ χρυσίον.

Ψε. οὐ λῆψι χρῦσο χαυνόπρωκτ' Ἰαοναῦ.

Δι. οἴμοι κακοδαίμων, ὃς σαφῶς.

Κη. τί δ' αὖ λέγει;

Δι. ὃ τι; χαυνοπρώκτους τοὺς Ἰάονας λέγει,

εἰ προσδοκᾷσι χρυσίον ἐκ τῶν βαρβάρων.

Πρ. οὐκ' ἀλλ' ἀχάνας ὀδί γε χρυσοῦ λέγει.

- Δι. ποίας ἀχάνας; σὺ μὴν ἀλαζῶν εἶ μέγας.
ἀλλ' ἀπίθ'· ἐγὼ δὲ βασιανῶ τοῦτον μόνος.
ἄγε δὴ σὺ φράσον ἐμοὶ σαφῶς, πρὸς τουτονὶ,
ἵνα μὴ σε βάλω βάμμα Σαρδιανικόν.
Βασιλεὺς ὁ Μέγας ἡμῖν ἀποπέμψει χρυσίον;
(ἀνανεύει ὁ Ψευδαρτάβας)
ἀλλως ἄρ' ἐξαπατώμεθ' ὑπὸ τῶν πρέσβων;
(ἐπινεύει ὁ Ψευδαρτάβας)
Ἑλληνικόν γ' ἐπένευσαν ἄνδρες οὗτοι.
οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ εἰσὶν ἐνδένδ' αὐτόθεν.
καὶ τοῖν μὲν εὐνοῦχοιν τὸν ἕτερον τουτονὶ
ἐγῶδ', ὅς ἐστι Κλεισθένης ὁ Σιβυρτίου.
ᾧ Δεσμύβουλον πρωκτὸν ἐξευρημένε·
τοιόνδε δ' ᾧ πείθηκε, τὸν πώγων ἔχων,
εὐνοῦχος ἡμῖν ἦλθες ἐσκευασμένος;
ὅδι δὲ, τίς ποτ' ἐστίν; οὐ δήπου Στράτων;
Κη. σίγα, κάθιζε.
τὸν Βασιλέως ὀφθαλμὸν ἢ Βουλὴν καλεῖ
ἐς τὸ Πρυτανεῖον.
Δι. τοῦτο δῆτ' οὐκ ἀγχόνη;
κἄπειτ' ἐγὼ δῆτ' ἐνθαδὶ στραγγεύομαι;
τούσδε ξενίζειν οὐδέποτ' ἴσχει γ' ἡ Θύρα.
ἀλλ' ἐργάσομαί τι δεινὸν ἔργον καὶ μέγα.
ἀλλ' Ἀμφίθεός μοι ποῦ 'στιν;
Αμ. οὔτοςὶ πάρα.
Δι. ἐμοὶ σὺ, ταυτασὶ λαβῶν ὀκτώ δραχμάς,
σπονδὰς ποιήσαι πρὸς Λακεδαιμονίους μόνω,
καὶ τοῖσι παιδίοισι, καὶ τῇ πλάτιδι·

DIC. Quosnam medimnos? tu quidem magnus es jactator.
Sed abi: ego autem hunc solus examinabo. Agedum tu dic
mihi clare, huic, inquam, homini, ne te tingam tinctura Sardi-
anica; anne aurum nobis mittet Rex Magnus?

(renuit Pseudartabas.)

Temere itaque decipimur a legatis.

(adnuat Pseudartabas.)

Græco utique more isti viri adnuunt. Nunquam quisquam
faciet, quin indidem sint ex hac urbe. Et eunuchorum alter
iste qui sit, novi: Clisthenes, inquam, est, Sibyrti filius. O
qui culum invenisti calidi consili! talemne, ὁ simie, habens
barbam, eunuchi ornatu nobis huc venisti? Iste vero quis est?
num forte Strato?

PRÆC. Sile, sede. Regis oculum Senatus vocat in Pryta-
neum.

DIC. Nonne hæc ad suspendium aliquem adigant? et tamen
hic diutius moror! Istis, si quos hospitio excipere velint, sem-
per patent Prytanei fores. Sed perpetrabo facinus magnum et
memorable. Ubinam est mihi Amphitheus?

ΑΜΡΗ. Ecceum adest.

DIC. Tu mihi, sumtis his octo drachmis, inducias paciscere
cum Lacedæmoniis soli, et liberis et uxori: vos vero legatos
mittite, et auras captate.

PRÆC. Accedat Theorus, qui a Sitalce rediit.

THEO. Eccum.

DIC. Alius jactator hicce prodire jubetur.

THEO. Non multo tempore morati fuisset in Thracia—

DIC. Non herele, nisi multam mercedem acciperes.

THEO. Nisi contacta fuisset omnis Thracia nive, et fluvios constrinxisset gelu sub idem tempus, quando hic Theognis certavit tragædiis. Interea potavi cum Sitalce; et sane supra modum studiosus erat Atheniensium, vereque amator vester: itaque etiam in parietibus scripsit *Athenienses belli*. Gnatus autem ejus, quem civem adscivimus Atheniensem, cupiebat isicium comedere ex Apaturiis, et patrem oravit, ut patriæ succurreret: at ille juravit libans se opem laturum cum tanto exercitu, ut Athenienses dicant: *Quanta multitudo locustarum advenit!*

DIC. Male peream, si quicquam istorum, quæ tu hic dixti, credo, præter locustas.

THEO. Et nunc illam gentem, quæ bellicosissima habetur inter Thraces, nobis misit.

DIC. Istuc quidem jam perspicuum fieri occipit.

PRÆC. Vos Thraces adeste, quos Theorus adduxit.

DIC. Quid hoc mali est?

THEO. Odomantium exercitus.

DIC. Quorum Odomantium? Dic mihi, hoc quid erat? quisnam Odomantis mutilavit penem? quis?

ὕμεις δὲ πρὸςθεύετε, καὶ κεχῆνατε.
προσίτω Θέωρος ὁ παρὰ Σιτάλκους.

Κη.

Θε.

ὀδί.

Δι.

ἕτερος ἀλαζῶν οὗτος εἰσκηρύττεται.

Θε.

χρόνον μὲν οὐκ ἂν ἤμεν ἐν Θράκῃ πολύν—

Δι.

μὰ Δι' οὐκ ἂν, εἰ μισθόν γε μὴ ἔφες πολύν.

Θε.

εἰ μὴ κατένιψε χιόνι τὴν Θράκην ὅλην,
καὶ τοὺς ποταμοὺς ἔπηξ' ὑπ' αὐτὸν τὸν χρόνον,
ὄτ' ἐνθάδ' Ἐόγνις ἠγωνίζετο.

τοῦτον μετὰ Σιτάλκους ἔπινον τὸν χρόνον
καὶ δῆτα Φιλαθήναιος ἦν ὑπερφυῶς,
ὕμῶν τ' ἔραστῆς ἦν ἀληθῶς, ὥστε καὶ
ἐν τοῖσι τοίχοις ἔγραφ' ΑΘΗΝΑΙΟΙ ΚΑΛΟΙ.
ὁ δ' οὐδὲν ἂν Ἀθηναῖον ἐπεποιήμεθα,
ἤρα φαγεῖν ἀλλάντος ἐξ Ἀπατουρίων,
καὶ τὸν πατέρ' ἠντιβόλει βοηθεῖν τῇ πάτρῃ·
ὁ δ' ἄμοσε σπένδων βοηθήσειν, ἔχων
στρατιὰν τσαύτην, ὥστ' Ἀθηναίους ἐρεῖν.

Δι.

Ὅσον τὸ χεῖμα παρνόπων προσέρχεται.

κάκιστ' ἀπολοίμην, εἴ τι τούτων πεῖθομαι,

Θε.

ἂν εἶπας ἐνταυθοῖ σὺ, πλὴν τῶν παρνόπων.

Θε.

καὶ νῦν ὅπερ μαχιμώτατον Θρακῶν ἔθνος
ἔπεμψεν ὑμῖν.

Δι.

τοῦτο μὲν γ' ἤδη σαφές.

Κη.

οἱ Θραῖκες, ἴτε δεῦρ', οὓς Θέωρος ἠγάγε.

Δι.

τουτὶ τί ἐστι τὸ κακόν;

Θε.

Ὀδομάντων στρατός.

Δι.

ποίων Ὀδομάντων; εἴπ' ἐμοί, τουτὶ τί ἦν;

- τίς τῶν Ὀδομάντων τὸ πῆος ἀποτέδρακε ;
- Θε. τίς ;
τούτοις ἐὰν δραχμὰς δύο τις μισθὸν διδῶ,
καταπελτάσονται τὴν Βοιωτίαν ὅλην.
- Δι. τοισδὶ δύο δραχμὰς τοῖς ἀπεψωλημένοις ;
ὑποστένοι μὲν τ' ἂν γ' ὁ θρανίτης λεῶς,
ὁ σωσίπολις. οἴμοι τάλας, ἀπόλλυμαι,
ὑπὸ τῶν Ὀδομάντων τὰ σκόροδα πορθεύμενος.
οὐ καταβαλεῖτε τὰ σκόροδ' ;
- Θε. ὦ μόχθηρε σὺ,
οὐ μὴ πρόσει τούτοισιν ἐσκηροδισμένοις.
- Δι. ταυτὶ περιείδεθ' οἱ Πρυτάνεις πᾶσχοντά με
ἐν τῇ πατρίδι, καὶ ταῦθ' ὑπ' ἀνδρῶν βαρβάρων ;
ἀλλ' ἀπαγορεύω μὴ ποιεῖν ἐκκλησίαν
τοῖς Θραξί περὶ μισθοῦ· λέγω δ' ὑμῖν, ὅτι
διοσημί' ἐστὶ, καὶ ῥανὶς βέβληκέ με.
- Κη. τοὺς Θραῖκας ἀπιέναι, παρεῖναι δ' εἰς ἔτην.
οἱ γὰρ Πρυτάνεις λύουσι τὴν ἐκκλησίαν.
- Δι. οἴμοι τάλας, μυττωτὸν ὅσον ἀπώλεσα.
ἀλλ' ἐκ Λακεδαιμόνος γὰρ Ἀμφίδεος ἑδί.
χαῖρ' Ἀμφίδεε.
- Αμ. μήπω, πρὶν ἂν γε στῶ τρέχων.
δεῖ γάρ με Φεύγοντ' ἐκφυγεῖν Ἀχαρνέας.
- Δι. τί δ' ἐστίν ;
- Αμ. ἐγὼ μὲν δεῦρό σοι σπονδὰς φέρων
ἔσπευδον· οἱ δ' ἄσφροντο πρῆσθῦταί τινες
Ἀχαρνικοὶ, στιπτοὶ γέροντες, πρίνινοι,
ἀτεράμονες, Μαγαθωνομάχαι, σφενδάμνινοι.

THEO. Isti, si quis eis mercedem dederit duas drachmas, incursionibus infestabunt omnem Bœotiam.

DIC. Hisne recutitis duas drachmas? ingemiscat utique remigum universus populus, sospitator urbis. Hei mihi misero! pereo: ab Odomantis allia mihi populantur. Nonne projicietis allia?

THEO. O improbe, cave ne accedas ad istos, qui alliiati sunt.

DIC. Siccine me injuria affici sinitis, ô Prytanes, in patria, idque a barbaris hominibus. Sed interdico, ne concio habeatur Thracibus super mercede. Dico autem vobis ostentum factum esse, et me gutta pluviae percussit.

PRÆC. Thraces abeant, et adsint post tertium diem: nam Prytanes dimittunt concionem.

DIC. Hei mihi misero! quantum alliiati perdidit! Verum enimvero ex Lacedæmone adest iste Amphitheus. Salve Amphitheæ.

AMPH. Nondum etiam, priusquam currere desiero. Nam fuga me effugere oportet Acharnenses.

DIC. Quid rei est?

AMPH. Tibi ferens inducias huc properabam: sed olfecerunt quidam Acharnenses vetuli, duri senes, iligni, immites, qui olim Marathone pugnarunt, acerni; mox autem uno ore ex-

clamarunt: *O impurissime, inducias fers, quum vites excisæ sint ab hostibus?* simulque lapides colligebant in pallia. Ego autem in pedes me conjeci; illi vero me persecuti sunt vociferantes.

DIC. Vociferentur sane illi. Tu vero fersne inducias?

ΑΜΡΗ. Fero, inquam, tria hæcce specimina. Istæ quidem sunt quinquennales; cape et gusta.

DIC. Phui!

ΑΜΡΗ. Quid est?

DIC. Non placent mihi, quia redolent picem et apparatus navium.

ΑΜΡΗ. Decennales has ergo cape, easque gusta.

DIC. Redolent istæ etiam perquam acerbe legatos in urbes abeuntes questum de sociorum mora.

ΑΜΡΗ. At istæ sunt induciæ tricennales terra marique.

DIC. O festivitas! redolent istæ quidem ambrosiam et nectar; nec jubent commeatum parare in tres dies; palamque et aperte dicunt, *I, quo lubet*. Has accipio et libo et bibo, Acharnensibus multum valere jussis: ego vero solutus bello et ærumnis, rus ibo, ibique agam Liberalia.

ΑΜΡΗ. At ego fugere pergam, ne me corripiant Acharnenses.

CHOR. Hac omnis sequere, persequere, et sciscitare de homine ex viatoribus omnibus: nam ad rempublicam pertinet comprehendere hunc hominem. Sed mihi indicium facite, si quis novit quonam se gentium convertit iste qui fert inducias.

ἔπειτ' ἀνέκραγον πάντες· ὦ μιαιώτατε, σπονδὰς φέρεις, τῶν ἀμπέλων τετμημένων;--- καὶ τοὺς τρίβωνας ξυνελέγοντο τῶν λίθων· ἐγὼ δ' ἔφευγον· οἱ δ' ἐδίωκον, καὶ βόων.

Δι. οἱ δ' οὖν βοῶντων. ἀλλὰ τὰς σπονδὰς φέρεις;

Αμ. ἔγωγε, φημί, τρία γε ταυτὶ γέσματα.

αὐται μὲν εἰσι πεντέτερις. γεῦσαι λαβῶν.

αἰδοῖ.

Αμ. τί ἐστίν;

Δι. οὐκ ἀρέσκουσίν μ', ὅτι

ὄζουσι πίπτῃς, καὶ παρασκευῆς νεῶν.

Αμ. σὺ δ' ἀλλὰ τασθὶ τὰς δεκέτερις γεῦσαι λαβῶν.

Δι. ὄζουσι χ' αὐται πρέσθειν ἐς τὰς πόλεις

ὄξύτατον, ὥσπερ διατριβῆς τῶν ξυμμάχων.

Αμ. ἀλλ' αὐταῖ σπονδαὶ τριακοντούτιδες,

κατὰ γῆν τε καὶ θάλατταν.

Δι. ὦ Διονύσια.

αὐται μὲν ὄζουσ' ἀμβροσίας καὶ νέκταρος,

καὶ μὴ 'πιτηρεῖν σιτί' ἡμερῶν τριῶν,

καὶ τῷ ζόματι λέγουσι, ΒΙΝ' ΟΠΟΙΘΕΛΕΙΣ.

ταύτας δέχομαι, καὶ σπένδομαι, καὶ κίπιομαι,

χαίρειν κελεύων πολλὰ τοὺς Ἀχαρνεάς·

ἐγὼ δὲ, πολέμου καὶ κακῶν ἀπαλλαγίς,

ἄξω τὰ κατ' ἀγροῦς οἰσιῶν Διονύσια.

Αμ. ἐγὼ δὲ φεύξομαι γε τοὺς Ἀχαρνεάς.

Χο. τῆδε πᾶς ἔπου, δίωκε, καὶ τὸν ἄνδρα πυνθάνου

τῶν ὀδοιπόρων ἀπάντων· τῆ πόλει γὰρ ἄξιον

ξυλλαβεῖν τὸν ἄνδρα τοῦτον. ἀλλὰ μοι μηνύετε,

εἴ τις οἶδ' ὅποι τέτραπται γῆς ὁ τὰς σπονδὰς φέρων.

Ημ. ἐκπέφευγ', οἴχεται
φροῦδος.

Ημ. οἴμοι τάλας,
τῶν ἐτῶν τῶν ἐμῶν.
οὐκ ἂν ἐπ' ἐμῆς γε νεό-
τητος, ὅτ' ἐγὼ φέρων
ἀνδράκων φορτίον
ἠκολούθουν Φαῦλλω τρέχων,
ᾧδε Φαύλωσ' ἂν ὁ
σπονδοφόρος, ὑπ' ἐμοῦ δι-
ωκόμενος, ἐξέφυγεν,
οὐδ' ἂν ἐλαφρῶς ἂν ἀπεπλίξατο.

νῦν δ' ἐπειδὴ στέρρον ἤδη τοῦμὸν ἀντικνήμιον,
καὶ παλαιῶ Λακρατίδῃ τὸ σκέλος βαρύνεται,
οἴχεται.

Ημ. διακτέος δέ· μὴ γὰρ ἐγχανοὶ ποτὲ,
μηδέπερ γέροντας ὄντας, ἐκφυγῶν Ἀχαρνέας,
ὅστις, ᾧ Ζεῦ πάτερ
καὶ θεοὶ, τοῖσιν ἐ-
χθροῖσιν ἐσπείσατο,
οἷσι παρ' ἐμοῦ πόλεμος
ἐχθροπόδ' αὔξεται
τῶν ἐμῶν χωρίων·
κοῦκ ἀνήσω, πρὶν ἂν σχοῖνος ἀν-
τοῖσιν ἀντεμπαγῶ
ὄξυς, ὄδυνηρὸς, ἐπί-
κωπος, ἵνα μήποτε

SEM. Effugit, abiit, evanuit.

CHOR. Hei mihi misero! O ætatem meam senectam! non sane in mea juventute, quum onustus carbonibus Phayllum assequerbar currendo, iste ita facile induciarum gerulus a me tunc agitatus, effugisset, nec tam levi pede se abstulisset. At nunc, quum jam rigent genua mea, et Lacratidæ seni prægravantur crura, effugit.

SEM. At persequi eum oportet. Ne etenim unquam nos irrideat, licet senes simus, gloriando se Acharnenses effugisse, qui, ὁ Jupiter et dii, cum hostibus meis inducias pactus est, contra quos a me bellum infestum magis magisque augetur, ob vastata mea prædia: nec remittam, priusquam velut juncus ipsis infixus hæream acutus, molestus, infestans eos classe, ne unquam conculcent meas vites.

CHOR. Sed conquirere oportet hominem et lapidibus eum obruere, et persequi e loco in locum, donec inveniatur tandem. Nam ego lapidibus eum petendo satiari non possum.

DICÆOPOLIS, CHORUS, UXOR, FILIA, CEPHISOPHO, EURIPIDES, LAMACHUS.

DIC. Ore favete, ore favete.

CHOR. Silete omnes. Audistisne hunc faventiam imperare? hic ipse est, quem quærimus. Sed huc omnes concedite: nam, ut videtur, iste homo sacrificaturus prodit.

DIC. Ore favete, ore favete. Procede paulo ulterius, tu canistrifera: erectum autem phallum statuat Xanthia.

UX. Depone canistum, ô filia, ut sacra auspicemur.

FIL. Mater, huc mihi porrige trullam, ut pulte perfundam placentam hance.

DIC. Ista quidem apparastis bene. O magne Dionyse, adnue, ut qui grato animo hanc pompam tibi duxi, et sacrificavi cum familiaribus, prospere agitem Dionysia ruralia, militia defunctus, utque mihi bene cedant induciæ tricennales.

UX. Age, filia, da operam, ut canistrum bella belle portes, vultu austero, thymbramque tuens. O quam beatus erit, qui i te inibit, facietque ut mustelæ non minus videantur visire, quam tu, sub lucis exortum! Progredere, et in turba sedulo cave, ne quis clam tuum arrodatur aurum.

πατώσ' ἔτι τὰς ἐμὰς ἀμπέλους.

Χο. ἀλλὰ δεῖ ζητεῖν τὸν ἄνδρα, καὶ βλέπειν Βαλλήναδε, καὶ διώκειν γῆν πρὸ γῆς, ἕως ἂν εὐρεθῆῃ ποτε· ὡς ἐγὼ βάλλων ἐκείνον οὐκ ἂν ἐμπλήμην λίθοις.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ, ΧΟΡΟΣ, ΓΥΝΗ, ΘΥΓΑΤΗΡ, ΚΗΦΙΣΟΦΩΝ, ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ, ΛΑΜΑΧΟΣ.

Δι. Εὐφημεῖτε, εὐφημεῖτε.

Χο. σῖγα πᾶς. ἠκούσατ' ἄνδρες ἄρα τῆς εὐφημίας; οὗτος αὐτός ἐστιν, ὃν ζητοῦμεν. ἀλλὰ δεῦρο πᾶς ἐκποδών· θύσαν γὰρ ἄνῃς, ὡς ἔοικ', ἐξέερχεται.

Δι. εὐφημεῖτε, εὐφημεῖτε.

πρόϊθ' ἐς τὸ πρόσθεν ὀλίγον ἢ κληφύρος·

ὁ Ξανθίας τὸν φαλλὸν ὀρθὸν στησάτω.

Γυ. κατάθου τὸ κανοῦν, ὦ θύγατερ, ἴν' ἀπαρξώμεθα.

Θυ. ὦ μήτερ, ἀνάδος δεῦρο τὴν ἐτήρυσιν, ἴν' ἔτνος καταχέω τοῦ λατῆρος τουτοῦ.

Δι. καὶ μὴν καλόν γ' ἔστ'. ὦ Διόνυσε δέσποτα, κεχαρισμένως σοι τήνδε τὴν πομπὴν ἐμὲ πέμψαντα, καὶ θύσαντα μετὰ τῶν οἰκετῶν, ἀγαγεῖν τυχηρῶς τὰ κατ' ἀγροῦς Διονύσια, στρατιᾶς ἀπαλλαχθέντα· τὰς σπονδὰς δ' ἐμοὶ καλῶς ξυνεγκεῖν τὰς τριακοντούτιδας.

Γυ. ἄγ', ὦ θύγατερ, ὅπως τὸ κανοῦν καλῆ καλῶς οἴσει, βλέπουσα θυμβροφάγον. ὡς μακάριος, ὅστις σ' ὀπίσει, ἐκποιήσεται γαλᾶς πολὺ ἤττόν σου βδεῖν, ἐπειδὴν ὄρθρος ἦ. πρόβαινε, κἂν τῷ ἄλφω φυλάττεσθαι σφόδρα,

μὴ τις λαθῶν σου περιτρέαγγη τὰ χερσῖα.
 Δι. ὦ Ξανθία, σφῶν δ' ἔστιν ὁρδὸς ἐκτέος
 ὁ φαλλὸς ἐξόπισθε τῆς κανηφόρου.
 ἐγὼ δ' ἀκολουθῶν ἄσομαι τὸ Φαλλικόν·
 σὺ δ', ὦ γύναι, θεῶ μ' ἀπὸ τοῦ τέγους. πρήβα.

Φαλλῆς, ἔταϊρε Βακχίου,
 ξύγκωμε, νυκτοπεριπλάνη-
 τε, μοι χε, παιδεραστὰ,
 ἔκτω σ' ἔτει προσεῖπον, ἐς
 τὸν δῆμον ἐλθῶν ἄσμενος,
 σπουδὰς ποιησάμενος ἑμαυ-
 τῷ, πραγμάτων τε, καὶ μαχῶν,
 καὶ Λαμάχων ἀπαλλαγείς.

πολλῷ γὰρ ἔσθ' ἠδίων, ὦ Φαλλῆς, Φαλλῆς,
 κλέπτουσαν εὐρόνδ' ὠρικὴν ὕληφόρον,
 τὴν Στρυμοδώρου Θραῖτταν ἐκ τοῦ Φελλέως,
 μέσην λαθόντ', ἄραντα, κατα-
 βαλόντα καταγιγαρτίσαι,

Φαλλῆς, Φαλλῆς.

ἐὰν μεθ' ἡμῶν ξυμπίγῃς, ἐκ κραιπάλης
 ἔωθεν εἰρήνης ῥοφήσεις τρυβλίον·
 ἢ δ' ἄσπις ἐν τῷ φεψάλῳ κρεμήσεται.

Χο. οὗτος αὐτός ἐστιν, οὗτος.
 βάλλε, βάλλε, βάλλε, βάλλε,
 παῖε, παῖε τὸν μισρόν.
 οὐ βαλεῖς; οὐ βαλεῖς;

Δι. Ἡράκλεις, τουτὶ τί ἐστι; τὴν χύτραν ξυντρίψετε.

Χο. σὲ μὲν οὖν καταλεύσομεν, ὦ μισρὰ κεφαλή.

DIC. Vos, ὁ Xanthia, erectum oportet tenere phallum pone
 canistriferam: ego vero subsequens, Phallicum accinam: tu
 vero, mulier, specta me de tecto. Procede. Phalle, Bacchi
 amice, comissationum socie, noctivage, adulter, puerorum ama-
 tor, sexto te demum adloquor anno, in pagum meum reversus
 lubenti animo, postquam inducias mihimet pactus sum, ærum-
 nis et præliis et Lamachis defunctus. Multo enim est jucun-
 dius, ὁ Phalle, Phalle, si quis inveniens lignatricem venustam,
 Strymodori ancillam, furantem ligna ex Phelleo, sublimem me-
 diam arripiat, humique prosternat, et ibidem permolat, ὁ Phalle,
 Phalle. Si nobiscum potaveris, hesterno vino gravis, mane
 pacis catinum sorbebis: clypeus autem in fumo pendebit.

CHOR. Iste ipse est, iste. Jace, jace, jace, jace: percutite
 impurum istum. Annon jacies, nonne?

DIC. O Hercules! quid hoc est? ollam mihi confringetis.

CHOR. Quin te lapidibus obruemus, ὁ impurum caput.

DIc. Quamobrem, ó maxime omnium Acharnensium senes ?

CHOR. Istuc rogas ? impudens es et sceleratus, ó proditor patriæ, qui quum solus ex nobis inducias pepigeris, tamen audes adspicere me.

DIc. Nescitis utique quamobrem pepigerim. Itaque audite.

CHOR. Tene ut ego audiam ? peribis. Obruemus te lapidibus.

DIc. Nequaquam, priusquam audiatis. Sed reprimite vos, ó boni.

CHOR. Non me reprimam ; neque tu jam verba feceris : nam odi te Cleone adhuc pejus, quem ego aliquando concidam Equitibus in soleas. Ex te autem longam orationem non audirem, qui amicus factus es Laconibus ; sed pœnas de te sumam.

DIc. O boni, Laconas missos facite, et audite an recte inducias pepigerim.

CHOR. At quo modo possis id recte factum dicere, si modo semel pepigisti cum illis, quibus nec ara, nec fides, nec jusjurandum certum manet ?

DIc. At equidem scio Laconas, quos nimis premimus odio, non esse omnium malorum nobis causam.

CHOR. Non omnium vero, ó nequissime ? hæccine audes dicere palam coram nobis ? et tamen ego tibi parcam ?

DIc. Non omnium, inquam, non omnium. Quin ego, quem

Δι. ἀντί ποίας αἰτίας, ᾧ ἡχαρνέων γεραίτατοι ;

Χο. τοῦτ' ἐρωτᾷς ; ἀναί-
σχυντος εἶ καὶ βδελυρὸς,
ᾧ προδοῖτα τῆς πατρίδος,
ὅστις ἡμῶν μόνος
σπεισάμενος, εἶτα δύνα-
σαι πρὸς ἔμ' ἀποβλέπειν.

Δι. ἀντί δ' ᾧν ἐσπεισάμην, οὐκ ἴστε γ' ἄλλ' ἀκούσατε.

Χο. σοῦ γ' ἀκούσομ' ; ἀπολεῖ.
κατὰ σ' αὖ χάσομεν τοῖς λίθοις.

Δι. μηδαμῶς γε, πρὶν ἂν ἀκέσῃ'. ἄλλ' ἀνάσχοισθ', ᾧ ἴαθοί.

Χο. οὐκ ἀνασχῆσομαι·
μηδὲ λέγε δὴ σὺ λόγον·
ὡς μεμίσηκά σε Κλέ-
ωνος ἔτι μᾶλλον, ὃν ἔ-
γωγε κατατεμῶ τοῖσιν ἰππεῦσιν ποτὲ
ἐς καττύματα.

σοῦ δ' ἐγὼ λόγους λέγοντος οὐκ ἀκούσομαι μακροῦς,
ὅστις ἐσπείσω Λάκωσιν· ἀλλὰ τιμωρήσομαι.

Δι. ᾧ ἡγαθοί, τοὺς μὲν Λάκωνας ἐκποδῶν ἑάσατε·
τῶν δ' ἐμῶν σπονδῶν ἀκέσαί', εἰ καλῶς ἐσπεισάμην.

Χο. πῶς δέ γ' ἂν καλῶς λέλοις ἂν, εἴπερ ἐσπείσω ἡ ἄπαξ,
οἷσιν οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις, οὔθ' ὄρκος μένει ;

Δι. οἷδ' ἐγὼ καὶ τοὺς Λάκωνας, οἷς ἄγαν ἐγκείμεθα,
οὐχ ἀπάντων ὄντας ἡμῖν αἰτίους τῶν πραγμάτων.

Χο. οὐχ ἀπάντων, ᾧ πανούργε ; τὰυτα δὴ τολμᾷς λέγειν
ἐμφανῶς ἤδη πρὸς ἡμᾶς ; εἴτ' ἐγὼ σου φείσομαι ;

Δι. οὐχ ἀπάντων, οὐχ ἀπάντων. ἄλλ' ἐγὼ λέγων ὀδὶ

πόλλ' ἂν ἀποφῆναιμ' ἐκείνους ἔσθ' ἃ καὶ δικουμένους.

- Χο. τοῦτο τοῦπος δεινὸν ἤδη, καὶ ταραξικάρδιον,
εἰ σὺ τολμήσεις ὑπὲρ τῶν πολεμίων ἡμῖν λέγειν.
- Δι. καὶν γε μὴ λέγω δίκαια, μηδὲ τῷ πλῆθει δοκῶ,
ὑπὲρ ἐπιξήνου θελήσω τὴν δέρην ἔχων λέγειν.
- Χο. εἰπέ μοι, τί φειδόμεσθα τῶν λίθων, ᾧ δημόται,
μὴ οὐ καταξαινείν τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐς φοινικίδα ;
- Δι. οἶος αὖ μέλας τις ὑμῖν θυμάλωψ ἐπέξεσεν.
οὐδ' ἀκούσεσθ', οὐδ' ἀκούσεσθ' ἔτεδν, ᾧ ἄχαρνηῖδαι ;
- Χο. οὐκ ἀκουσόμεσθα δῆτα.
- Δι. δεινὰ γ' ἄρα πείσομαι.
- Χο. ἐξολοίμην, ἣν ἀκούσω.
- Δι. μηδαμῶς, ᾧ ἄχαρνηκοί.
- Χο. αἴς τεθνήξων ἴσθι νυνί.
- Δι. δῆξομ' ἄρ' ὑμᾶς ἐγώ.
ἀνταποκτενῶ γὰρ ὑμῶν τῶν φίλων τοὺς φιλτάτους·
αἴς ἔχω γ' ὑμῶν ὁμήρους, οὓς ἀποσφάξω λαβάν.
- Χο. εἴπ' ἐμοί, τί τοῦτ' ἀπειλεῖ τοῦπος, ἄνδρες δημόται,
τοῖς Ἀχαρνηκοῖσιν ; ὑμῶν μῶν ἔχει του παιδίου
τῶν παρόντων ἔνδον εἶρξας ; ἢ πὶ τῷ θρασύνεται ;
- Δι. βάλλετ', εἰ βούλεσθ'. ἐγὼ γὰρ τουτονὶ διαφθερῶ.
εἴσομαι δ' ὑμῶν τάχ' ὅστις ἀνθράκων τι κήδεταί.
- Χο. αἴς ἀπωλόμεσθ'. ὁ λάρκος δημότης ὅδ' ἔστ' ἐμός.
ἀλλὰ μὴ δράσης, ὁ μέλλεις· μηδαμῶς, ᾧ μηδαμῶς.
- Δι. αἴς ἀποκτενῶ, κέκραχθ'. ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀκούσομαι.
- Χο. ἀπολείς ἄρα τὸν ἥλικα τόνδε φιλανθρακέα.
- Δι. οὐδ' ἐμοῦ λέγοντος ὑμεῖς ἀρτίως ἠκούσατε.
- Χο. ἀλλὰ νῦν λέγ', εἴ σοι δοκεῖ, τόν τε Λακεδαι-

videtis, ipse varie ostendere possim, eos etiam in nonnullis injuriam pati.

CHOR. Istud jam verbum acerbum est, et cor meum perturbat si tu audebis pro hostibus apud nos verba facere.

DIC. Et, nisi dixerō, quæ justa sunt, ac populo talia videbuntur, super trunco lanionio posita cervice volo verba facere.

CHOR. Age, ὁ populares, cur parcimus lapidibus, quin hunc concerpamus ut lanam puniceæ vesti faciendæ.

DIC. En qualis fuligo iracundiæ rursus in vobis exardescit ! non audietis, non audietis me, quæso, ὁ Acharnidæ ?

CHOR. Non sane audiemus.

DIC. Indigne ergo mecum agetur.

CHOR. Dispeream, si audivero.

DIC. Nequaquam, ὁ Acharnici.

CHOR. Scito te jam moriturum.

DIC. Faciam ergo quod vos mordeat. Contra enim occidam illos, qui amicorum vestrorum sunt vobis carissimi. Quippe a vobis habeo obsides, quos jugulabo.

CHOR. Dicite mihi, viri populares, quid minatur hoc verbum Acharnicis ? num cujuspian nostrum, qui adsumus, gnatum tenet intus conclusum ? aut quanam fiducia fretus tam audax est ?

DIC. Jacite, si vultis, lapides : at ego hunc perdam : mox autem cognoscam, eequem vestram tangit carbonum cura.

CHOR. Periimus ! cophinus iste meus est popularis. Sed ne faxis, quod instituisti : nequaquam ὁ nequaquam.

DIC. Utique hunc occidam : ejula quantumvis ; etenim haud auscultabo.

CHOR. Perdes ergo æqualem istum meum et amicum carbonarium.

DIC. Nec vos, quæ dicerem, auscultabatis modo.

CHOR. At nunc dic, si tibi videtur, vel de Lacedæmoniis ip-

sis, quodcunque animo tuo collubitum est. Nam istum ego cophinulum haud deseram unquam.

DIC. Jamprimum mihi lapides effundite humi.

CHOR. En tibi humi jacent: tu etiam vicissim depone gladium.

DIC. Sed videndum ne in palliis forte supersint absconditi lapides.

CHOR. Excussi sunt humi. Nonne vides, ut excutitur pallium? sed ne mihi causas finge; verum depone gladium: nam et sinus excutitur hicce, dum saltans in alteram partem convertor.

DIC. Debebatis ergo clamorem omnes tollere, simulque lapides excutere: parum autem abfuit quin pessum irent carbones Parnasii, idque propter imprudentiam suorum popularium: adeoque formidine pressus fuit hic cophinus, ut atri pulveris, ad morem sepiæ, multum mihi cacaverit. Enimvero viris periculosum est tam immiti esse animo, ut statim jaculentur et clamitent, nolintque auscultare æquas conditiones, qualem ego offero, quum volo super trunco lanionio dicere omnia, quæcunque pro Lacedæmoniis dixerō: et tamen amo etiam vitam meam ego.

CHOR. Cur itaque non dicis, foras prolato trunco lanionio, quodcunque tandem, ὁ perditε, dicendum habes tanti momenti? quid enim cogites, audire prorsus aveo. Sed, quemadmodum ipse tibi pœnam decrevistι, huc truncum statue, postque incipere dicere.

μόνιον αὐτὸν ὃ τι τῷ τρόπῳ τοῦ ἴστιν φίλον
ὡς τὸδε τὸ λαρκίδιον οὐ προδώσω ποτέ.

ΔΙ. τοὺς λίθους νῦν μοι χαμαῖζε πρῶτον ἐξεράσατε.

ΧΟ. οὐτοιῖ σοι χαμαί, καὶ σὺ κατάθου πάλιν τὸ ξίφος.

ΔΙ. ἀλλ' ὅπως μὴ ἔν τοῖς τρίβωσιν ἐγκάθηνταί σου λίθοι.

ΧΟ. ἐκσέσεισται χαμαῖζ'. οὐχ ἔρᾶς σειόμενον;
ἀλλὰ μή μοι πρόφασιν, ἀλλὰ κατάθου τὸ βέλος.
ὡς ὅδε γε σειστὸς ἄμα τῇ στροφῇ γίγνεται.

ΔΙ. ἐμέλλετ' ἄρ' ἅπαντες ἀνασεῖν μετὰ βοῆς,
ὀλίγου τ' ἀπέθανον ἀνδρακες Παρνάσιοι,
καὶ ταῦτα διὰ τὴν ἀτοπίαν τῶν δημοτῶν.
ὑπὸ τοῦ δέους δὲ τῆς μαρίλης μοι συχὴν
ὁ λάρκος ἐνετίλησεν, ὥσπερ σηπία.
δεινὸν γὰρ οὕτως ὀμφακίαν πεφυκέναι
τὸν θυμὸν ἀνδρῶν, ὥστε βάλλειν καὶ βοᾶν,
ἐθέλειν τ' ἀκοῦσαι μηδὲν ἴσον ἴσῳ φέρον,
ἐμοῦ θέλοντος ὑπὲρ ἐπιξήνου λέγειν
ὑπὲρ Λακεδαιμονίων ἅπανθ', ὅσ' ἂν λέγω
καὶ τοι φιλωῖ γε τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐγώ.

Χορός.

τί οὖν οὐ λέγεις, τοῦπίξηνον
ἐξενέγκων θύραζ',
ὃ τι ποτ', ὦ σχέτλιε,
τὸ μέγα τοῦτ' ἔχεις;
πάνου γὰρ ἐμέ γε πόθος,
ὃ τι φρονεῖς, ἔχει.
ἀλλ', ἥπερ αὐτὸς τὴν δίκην διωρισω,

Δι. θείς δεῦρο τοῦπίξηνον, ἐγχείρει λέγειν.
 ἰδοῦ θεᾶσθε, τὸ μὲν ἐπίξηνον τοδί·
 ὁ δ' ἀνήρ ὁ λέξων οὔτοςί, τυννουτοσί.
 ἀμέλει, μὰ τὸν Δι' οὐκ ἐνασπιδώσομαι·
 λέξω δ' ὑπὲρ Λακεδαιμονίων, ἃ μοι δοκεῖ.
 καὶ τοι δέδοικα πολλά· τούς τε γὰρ τρόπους
 τοὺς τῶν ἀγροίκων οἶδα χαίροντας σφόδρα,
 εἴαν τις αὐτούς εὐλογῇ καὶ τὴν πόλιν
 ἀνὴρ ἀλαζῶν, καὶ δίκαια κᾶδिका·
 κᾶνταῦθα λανθάνουσ' ἀπεμπολώμενοι.
 τῶν τ' αὖ γερόντων οἶδα τὰς ψυχὰς, ὅτι
 οὐδὲν βλέπουσιν ἄλλο, πλὴν ψήφω δάκνειν·
 αὐτός τ' ἐμαυτὸν, ὑπὸ Κλέωνος ἄπαθον,
 ἐπίσταμαι, διὰ τὴν πέρουσι καμφοδίαν.
 εἰσελκύσας γὰρ μ' εἰς τὸ βουλευτήριον
 διέβαλλε, καὶ ψευδῆ κατεγλώττιζέ μου,
 κᾶκυκλοβόρει, κᾶπλυνεν· ὥστ' ὀλίγου πᾶν
 ἀπωλόμην, μολυνοπραγμονούμενος.
 νῦν οὖν με πρῶτον, πρὶν λέγειν, εἴσατε
 ἐνσκευάσασθαι μ' οἶον ἀθλιώτατον.

Χο. τί ταῦτα στρέφει, καὶ τεχνάζεις,
 καὶ πορίζεις τριβάς ;
 λαβὲ δ' ἐμοῦ γ' ἐνεκα
 παρ' Ἰερωνύμου
 σκοτοδασυπυκνότηριχά
 τιν' Ἄϊδος κυνῆν·

εἴτ' ἐξάνοιγε μηχανὰς τὰς Σισύφου,
 ὡς σκῆψιν ἀν' ἀγῶν οὔτος οὐκ ἐσδέξεται.

DIC. EN, videte. Iste est truncus lanionius: vir autem
 qui verba faciet, hic, ego inquam, tantillus. Clypeo me non
 muniam hercle; ne id putetis. Dicam autem pro Lacedæ-
 moniis, quæ mihi videantur, quamvis multa timeam. Nam
 et animi agricolarum scio quam valde gestiant, si ipsos et civi-
 tatem laudet homo quispiam jactator, quæ jure qua injuria.
 Atque hic tum non advertunt animum se venundari. Senum
 item novi ingenium, ut nihil spectent, quam calculo ut mor-
 deant. Ipse quoque quid a Cleone sim passus, scio, propter
 comcediam præterito anno editam; nam me in Senatum pro-
 tractum calumniatus est, et falsa in me effutiit crimina, et mag-
 no verborum fragore obtudit, et maledictis perfudit, ut minimum
 abfuerit, quin perirem, fædatus ejus conviciis. Nunc igitur
 primum, antequam verba faciam, sinite me amiciri in modum
 hominis miserrimi.

CHOR. Quid tam versute et dolose moliris, atque moras nec-
 tis? sumas per me licet ab Hieronymo umbrosam aliquam et
 hirsutam Orci galeam: deinde expande machinationes Sisyphi:
 nam istud certamen nullam excusationem admittet.

DIC. Tempus nunc est ut fortem animum adsumam, et mihi adeundus est Euripides. Puer, puer!

CEPH. Quis iste?

DIC. Estne intus Euripides?

CEPH. Non intus est, intus est, si mentem habes.

DIC. Quomodo intus, et rursum non intus?

CEPH. Recte, ô senex. Animus quidem foris colligens versiculos non intus est: ipse autem intus in sublimi sedens facit tragœdiam.

DIC. O terbeate Euripide, qui servum habes tam sapienter respondere doctum! evoca ipsum.

CEPH. At fieri hoc nequit.

DIC. Attamen. Non enim abierim: sed pultabo januam. Euripide, Euripidisce, ausculta mihi, si unquam auscultasti cuiquam. Dicæopolis vocat te Chollides, ego, inquam.

EUR. Sed non est otium.

DIC. Sed te huc promoveri jube.

EUR. Sed id fieri non potest.

DIC. Attamen.

EUR. Sed promovebor quidem: verum descendendi non est otium.

DIC. Euripide—

EUR. Quid vociferaris?

DIC. In sublime evectus tragœdias facis, quum idem liceat

Δι. ὦρα ἴσθιν ἤδη καρτεράν ψυχὴν λαβεῖν,
καί μοι βαδιστέ ἐστὶν ὡς Εὐριπίδην.
παῖ, παῖ.

Κη. τίς οὗτος;

Δι. ἔνδον ἔστ' Εὐριπίδης;

Κη. οὐκ ἔνδον, ἔνδον, ἐστὶν, εἰ γνώμην ἔχεις.

Δι. πῶς ἔνδον, εἴτ' οὐκ ἔνδον;

Κη. ὀρθῶς, ᾧ γέρον.

ὁ νοῦς μὲν, ἔξω ξυλλέγων ἐπούλλια,
οὐκ ἔνδον· αὐτὸς δ' ἔνδον ἀναβάδην ποιεῖ
τραγωδίαν.

Δι. ᾧ τρισμακάρι' Εὐριπίδη,
ᾧ δ' ὁ δοῦλος οὕτως σοφῶς ἀπεκρίνατο.
ἐκκάλεσον αὐτόν.

Κη. ἀλλ' ἀδύνατον.

Δι. ἀλλ' ὄμως.

οὐ γὰρ ἂν ἀπέλθοιμ', ἀλλὰ κόψω τὴν θύραν.

Εὐριπίδη, Εὐριπίδιον,
ὑπάκουσον, εἶπερ δή ποτ' ἀνθρώπων τινί·
Δικαιοπόλις καλεῖ σε Χολλίδης, ἐγώ.

Ευ. ἀλλ' οὐ σχολή.

Δι. ἀλλ' ἐκκυκλήθητ'.

Ευ. ἀλλ' ἀδύνατον.

Δι. ἀλλ' ὄμως.

Ευ. ἀλλ' ἐκκυκλήσομαι καταβαίνειν δ' οὐ σχολή.

Δι. Εὐριπίδη ---

Ευ. τί λέλακας;

Δι. ἀναβάδην ποιεῖς,

ἔξον καταβάδην· οὐκ ἐτὸς χαλούς ποιεῖς.
 ἀτὰρ τί τὰ ῥάκι' ἐκ τραγωδίας ἔχεις,
 ἐσθῆτ' ἐλεεινήν; οὐκ ἐτὸς πτωχούς ποιεῖς.
 ἀλλ' ἀντιβολῶ πρὸς τῶν γονάτων σ', Εὐριπίδη,
 δός μοι ῥάκιόν τι τοῦ παλαιοῦ δράματος.
 δεῖ γάρ με λέξαι τῷ Χορῷ ῥῆσιν μακρὰν·
 αὐτῇ δὲ θάνατον, ἣν κακῶς λέξω, φέρει.

- Ευ. τὰ ποῖα τρύχη; μῶν ἐν οἷς Οἰνεὺς ὄδι
 ὁ δύσποτμος γεραῖδς ἠγωνίζετο;
 Δι. οὐκ Οἰνεὺς ἦν, ἀλλ' ἔτ' ἀθλιωτέρου.
 Ευ. τὰ τοῦ τυφλοῦ Φοίνικος;
 Δι. οὐ Φοίνικος, οὔκ·
 ἀλλ' ἕτερος ἦν Φοίνικος ἀθλιώτερος.
 Ευ. ποῖας ποθ' ὠ' νῆρ λακίδας αἰτεῖται πέπλων;
 Δι. ἀλλ' ἡ Φιλοκτήτου τὰ τοῦ πτωχοῦ λέγεις;
 Ευ. ἀλλ' ἡ τὰ δυσπινῆ θέλεις πεπλώματα,
 α Βελλεροφόντης εἶχ' ὁ χαλὸς οὔτοσί.
 Δι. οὐ Βελλεροφόντης· ἀλλὰ κάκεινος μὲν ἦν
 χαλὸς, προσαιτῶν, στωμύλος, δεινὸς λέγειν.
 Ευ. οἷδ' ἄνδρα, Μυσὸν Τήλεφον.
 Δι. ναί, Τήλεφον.
 Ευ. τούτου δὸς, ἀντιβολῶ σ', ἐμοὶ τὰ σπάργανα.
 ᾧ παῖ, δὸς αὐτῷ Τηλέφου ῥακώματα.
 κεῖται δ' ἄνωθεν τῶν Θυεστείων ῥακῶν,
 μεταξὺ τῶν Ἴνοῦς.
 Κη. ἰδοὺ ταυτὶ λαβέ.
 Δι. ᾧ Ζεῦ διόπτα καὶ κατόπτα πανταχῆ,

humi? non temere est, quod claudos fingis. Quid vero?
 pannos ex tragœdia habes, vestem miserabilem. Non temere
 est, quod mendicos fingis. Sed per ego te genua obsecro, mi
 Euripide, da mihi panniculum aliquem veteris fabulæ; nam
 me oportet recitare Choro longam orationem, quæ quidem mor-
 tem mihi adfert, si dixero male.

ΕΥΡ. Nam quos tibi dem pannos? num illos, in quibus
 Ceneus iste certavit, infelix senex?

ΔΙC. Non Cenei erant, sed adhuc miserioris.

ΕΥΡ. Vin' cœci pannos Phœnicis.

ΔΙC. Non Phœnicis, non inquam. Sed alius quis erat
 Phœnice miserior.

ΕΥΡ. Quasnam homo iste tandem laceras petit vestes? num
 illas mendici Philoctetæ dicis?

ΔΙC. Non: sed multo magis mendicioris isto.

ΕΥΡ. Numquid sordidum vis amictum, quem habuit clau-
 dus Bellerophontes ille?

ΔΙC. Non Bellerophontes: sed et ille quidem erat claudus
 mendicus, garrulus, disertus.

ΕΥΡ. Novi hominem: Telephum Mysum dicis.

ΔΙC. Telephum inquam: hujus da mihi, obsecro, vela-
 mina.

ΕΥΡ. Tu, puer, da ei laceras vestes Telephi: jacent autem
 supra Thyesteas, mediæ inter Inus pannos.

ΣΕΡΗ. En accipe.

ΔΙC. O Jupiter, qui omnia perspicias et specularis, adnue ut

miserrimum exorner in modum. Euripide, quandoquidem ista indulxisti mihi, da mihi et alia, quæ ad pannos hosce pertinent, Mysium capiti pileolum. Quippe oportet mendicum me adsimulare hodie, esse quidem, qui sum, sed eum non videri; spectatores quidem scire me, qui siem, chorum autem stolidum adstare, ut eum verbulis ludificer.

EUR. Dabo: nam prudenti animo subtilia machinaris.

DIC. Dii tibi bene faciant; Telepho autem, ut ego cupio. Euge! ut jam plenus vocularum fio! sed opus est mihi etiam baculo, qualem mendici gerunt.

EUR. Cape hunc, et abscede a lapideis postibus.

DIC. Vides, anime mi, ut repellar ab ædibus, licet adhuc mihi multa suppellectile sit opus: nunc igitur fac instes obnixæ petendo, mendicando, et flagitando. Euripide, da mihi sportellam lucernam perustam.

EUR. Quid tibi, ó miser, usus est opere illo plectili?

DIC. Usus quidem nullus: id tamen adsumere volo.

EUR. Molestum esse te mihi scias, et ab ædibus discede.

DIC. Eheu! Dii te perinde, ut matrem tuam olim, felicitent!

EUR. Facesse hinc jam.

DIC. Nondum, obsecro: sed unum modo da mihi caliculum, præfractum cui labrum sit.

EUR. Accipe ista et aufer. Scias vero te molestum esse ædibus.

ἐνσκευάσασθαι μ' οἶον ἀθλιώτατον.
Εὐριπίδῃ, 'πειδὴ περ ἐχαρίσω ταδί,
καὶ κείνά μοι δὸς τὰ κίλουθ' αὐτῶν ῥακῶν,
τὸ πιλίδιον περὶ τὴν κεφαλὴν τὸ Μύσιον.

ΧΕΙΓΑΡ ΜΕ ΔΟΞΑΙ ΠΤΩΧΟΝ ΕΙΝΑΙ ΤΗΜΕ-
ΡΟΝ,

ΕΙΝΑΙ ΜΕΝ ΟΣΠΕΡ ΕΙΜΙ, ΦΑΙΝΕΣΘΑΙ ΔΕ ΜΗ.

τοὺς μὲν θεατὰς εἰδέναί μ', ὅς εἰμ' ἐγώ·
τοὺς δ' αὖ χορευτὰς ἡλιδίους παρεστάναι,
ὅπως ἂν αὐτοὺς ῥηματίοις σκιμαλίσω.

Ευ. δάσω· πυκνῇ γὰρ λεπτὰ μηχανᾷ φρενί.

Δι. Εἴ σοι γένοιτο, τήλε φῶ δ' ἄγω νόω.

εὔ γ', οἶον ἤδη ῥηματίων ἐμπίμπλαμαι.

ἀτὰρ δέομαί γε πτωχικοῦ βακτηρίου.

Ευ. τουτὶ λαβῶν ἀπελθε λαίνων σταθμῶν.

Δι. ᾧ δὴ μ', ἄρα γὰρ ὡς ἀπωθοῦμαι δόμων,

πολλῶν δέομενος σκευαρίων· νῦν δὲ γενοῦ

γλίσχρος, προσαιτῶν, λιπαρῶν τ'. Εὐριπίδῃ,

δός μοι σπυρίδιον διακεκαυμένον λύχνω.

Ευ. τί δ', ᾧ τάλας γε, τοῦδ' ἔχεις πλέκους χρέος;

Δι. χρέος μὲν οὐδέν· βούλομαι δ' ὅμως λαβεῖν.

Ευ. λυπηρὸς ἴσθ' ὦν, κάποχώρησον δόμων.

Δι. φεῦ·

εὐδαιμονοίης, ὥσπερ ἡ μήτηρ ποτέ.

Ευ. ἀπελθε νῦν μοι.

Δι. μὴ, ἀλλὰ μοι δὸς ἐν μόνον

κοτυλίσκιον, τὸ χεῖλος ἀποκεκουσμένον.

Ευ. φέρου λαβῶν ταῦτ'· ἴσθ' ὀχληρὸς ὦν δόμοις.

- Δι. οὐπω, μὰ Δί, οἷσθ' οἷ αὐτὸς ἐργάζει κακά.
ἀλλ', ὦ γλυκύτατ' Εὐριπίδη, τοῦτ' ἄν μόνον
δός μοι χυτρίδιον, σφογγίῳ βεβυσμένον.
- Ευ. ἄνθρωπ', ἀφαιρήσει με τὴν τραγωδίαν.
ἄπελθε ταυτηνὶ λαβών.
- Δι. ἀπέρχομαι.
καί τοι τί δράσω; δεῖ γὰρ ἐνὸς, οὐ μὴ τυχῶν,
ἀπόλωλ'. ἀκουσον, ὦ γλυκύτατ' Εὐριπίδη·
τοῦτ' ἄν λαβῶν ἄπειμι, κοῦ πρόσειμ' ἔτι.
ἐς τὸ σπυρίδιον ἰσχνά μοι φυλλεῖα δός.
- Ευ. ἀπολείς μ'. ἰδοῦ σοι. Φροῦδά μοι τὰ δράματα.
- Δι. ἀλλ' οὐκέτ', ἀλλ' ἄπειμι. καὶ γὰρ εἴμ' ἄγαν
ὀχληρὸς, οὐ δοκῶν με κοιράνους στυγεῖν.
οἷμοι κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλ'. ἐπελαθόμεν,
ἐν ὧπέρ' ἔστι πάντα μοι τὰ πράγματα.
Εὐριπίδιον γλυκύτατον, ὦ φίλτατιον,
κάκιστ' ἀπολοίμην, εἴ τι σ' αἰτήσαιμ' ἔτι,
πλὴν ἐν μόνον, τοῦτ' ἄν μόνον, τοῦτ' ἄν μόνον.
σκάνδικά μοι δὸς, μητρόθεν δεδεγμένους.
- Ευ. ὦ νῆρ ὑβρίζει· κλείε πακτὰ δωμάτων.
- Δι. ὦ θυμ', ἄνευ σκάνδικος ἐμπορευτέα.
ἄρ' οἷσθ' ὅσον τὸν ἀγῶν' ἀγωνιεῖ τάχα,
μέλλων ὑπὲρ Λακεδαιμονίων ἀνδρῶν λέγειν;
πρόβαινε νῦν, ὦ θυμέ· γραμμὴ δ' αὐτῆι.
ἔστηκας; οὐκ εἴ καταπιῶν Εὐριπίδην;
ἐπῆνεσ'· ἄγε νῦν, ὦ τάλαινα καρδία,
ἄπελθ' ἐκείσε, κἄτα τὴν κεφαλὴν ἐκεῖ
παράσχεες, εἰποῦσ' ἄττ' ἄν αὐτῆι σοι δοκῆι.

DIC. Nondum scis hercle, quantis me affictas malis. At, ὁ suavissime Euripide, hoc tantum da mihi, ollulam spongia obturatam.

EUR. Tu homo, adimes mihi omnem tragœdiam; cape hanc et abi.

DIC. Abeo. Sed quid agam? Etenim unum est adhuc, quo indigeo, quod nisi nactus fuero, perii. Audi, ὁ dulcissime Euripide: istæc si accipiam, abibo, et non accedam amplius: in sportellam da mihi tenuia olerum folia.

EUR. Perdes me: en tibi. In nihilum redactæ sunt fabulæ meæ.

DIC. Sed nihil amplius petam; verum abibo: etenim molestus sum nimis, non reputans odiosum me fieri regibus. Hei mihi misero! ut perii! oblitus id sum, in quo res omnes meæ sitæ sunt. Euripidisce dulcissime, ὁ carissime, pessimis exemplis peream, si quid a te petiero amplius, præter unicum, hoc solum, hoc solum. Scandicem da mihi a matre acceptam tua.

EUR. Homo contumeliam dicit. Ædium compinge fores.

DIC. O anime, sine scandice erit eundum. Nam scis quantum certamen mox certaturus sis, dum sustinebis pro Lacedæmonii dicere? procede nunc, anime mi: isti sunt carceres. Restas? non ibis, licet Euripidem imbiberis? laudo te: age nunc, ærumnosum cor meum, illuc abi: deinde caput illic præbe, et dic quæcunque tibi videbuntur, aude, i, procede, age, cor meum.

CHOR. Quid facies? quid dices? Scito jam impudentem te esse et ferreum hominem, qui civitati præbens cervices solus omnibus vis contradicere.

SEM. Homo iste intrepidus rem aggreditur. Eia age, quandoquidem ipsemet cupis verba facere.

DIC. Ne mihi succenseatis, spectatores, si mendicus apud Athenienses dicturus sum de republica in comœdia: nam et comœdia novit quod justum est. Ego autem dicam acerba quidem, sed justa. Non enim nunc me calumniabitur Cleo, quod peregrinis præsentibus civitati convicia dicam. Quippe soli sumus, ludique fiunt in Lenæo: et nondum peregrini adsunt; nec enim tributa veniunt, neque ex urbibus socii: sed soli sumus, nunc et perpurgati, omnique carentes gluma: nam civium glumam advenas vocare soleo.

Equidem Lacedæmonios impense odi: atque utinam ipse Neptunus, qui in Tænaro colitur, terræ motu excitato, omnibus subvertat domos: nam et mihi sunt ab illis vites excisæ. Verumenimvero (dicam enim libere, quoniam amici sunt, qui orationi huic intersunt) cur istorum causam in Lacedæmonios conferimus? Nostrum enim quidam, ô viri, non civitatem

τόλμησον, ἴδι, χώρησον, ἀγ', ἐμὴ καρδιά.
 τί δράσεις; τί φήσεις;
 ἴσθι νῦν ἀναίσχυντος
 ὦν, σιδηροῦς τ' ἀνήρ·

Xo.

ὅστις παρασχὼν τῇ πόλει τὸν αὐχένα,
 ἅπασιν μέλλεις εἰς λέγειν τὰναντία.

Hμ.

ἀνὴρ οὐ τρεῖ τὸ πρᾶγμα.
 εἶα νῦν, ἐπειδήπερ
 αὐτὸς αἰρεῖ λέγειν.

Δι.

Μή μοι φθονήσεται, ἄνδρες οἱ θεώμενοι,
 εἰ πτωχὸς ὦν, ἔπειτ' ἐν Ἀθηναίοις λέγειν
 μέλλω περὶ τῆς πόλεως, τρυγωδίαν ποιῶν.
 τὸ γὰρ δίκαιον οἶδε χ' ἡ τρυγωδία.
 ἐγὼ δὲ λέξω δεινὰ μὲν, δίκαια δέ.
 οὐ γὰρ με καὶ νῦν διαβαλεῖ Κλέων, ὅτι
 ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω.
 αὐτοὶ γὰρ ἐσμὲν, οὐπὶ Ληναίῳ τ' ἀγῶν.
 κοῦπω ξένοι πάρεισιν· οὔτε γὰρ φόροι
 ἤκουσιν, οὔτ' ἐκ τῶν πόλεων οἱ ξύμμαχοι·
 ἀλλ' ἐσμὲν αὐτοὶ νῦν γε περιεπτισμένοι·
 τοὺς γὰρ μετοίκους ἄχρυσά τῶν ἀστῶν λέγω.
 Ἐγωγε μισῶ μὲν Λακεδαιμονίους σφόδρα·
 καὐτὸς ὁ Ποσειδῶν, οὐπὶ Ταινάρῳ θεός,
 σείσας ἅπασιν ἐμβάλοι τὰς οἰκίας·
 καί μοι γὰρ ἐστὶν ἀμπέλια κεκομμένα.
 ἀτὰρ, φίλοι γὰρ οἱ παρόντες ἐν λόγῳ,
 τί ταῦτα τοὺς Λάκωνας αἰτιώμεθα;
 ἡμῶν γὰρ, ἄνδρες, (οὐχὶ τὴν πόλιν λέγω·

μέμνησθε τοῦθ' ὅτι οὐχὶ τὴν πόλιν λέγω.)
 ἀλλ' ἀνδράρια μοχθηρὰ, παρακεκομμένα,
 ἄτιμα, καὶ παρὰσσημα, καὶ παρὰξένα,
 ἐσυκοφάντει Μεγαρέων τὰ χλανίσκια·
 κεί που σίκουσ ἴδοιεν, ἢ λαγώδιον,
 ἢ χαιρίδιον, ἢ σκόροδον, ἢ χόνδρους ἄλλος,
 ταῦτ' ἦν Μεγαρικά, κἀπέπρατ' αὐθημερόν.
 καὶ ταῦτα μὲν δὴ σμικρὰ, κἀπιχώρια.
 πόρνην δὲ Σιμαίθαν ἰόντες Μεγάραδες
 νεανία κλέπτουσι μεθυσσοκότταδοι·
 κἀθ' οἱ Μεγαρῆς δόλυναισ πεφουσιγγωμένοι
 ἀντεξέκλειψαν Ἀσπασίας πόρνα δύο·
 κἀντεῦθεν ἀρχὴ τοῦ πολέμου κατεβράβη
 Ἑλλήσι πᾶσιν ἐκ τριῶν λαικαστριάων.
 ἐντεῦθεν ὀργῆ Περικλέης οὐλύμπιος
 ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα,
 ἐτίθει νόμους, ὥσπερ σκολιὰ γεγραμμένους,
 ὡς χρὴ Μεγαρέας μῆτε γῆ, μῆτ' ἐν ἀγορᾷ,
 μῆτ' ἐν θαλάττῃ, μῆτ' ἐν ἡπείρῳ μένειν.
 ἐντεῦθεν οἱ Μεγαρῆς, ὅτε δὴ πείνων βάδην,
 Λακεδαιμονίων ἐδέοντο, τὸ ψήφισμ' ὅπως
 μεταστραφείη, τὸ διὰ τὰς λαικαστρίαισ·
 κοῦκ ἠθέλομεν ἡμεῖς δεομένων πολλάκις.
 κἀντεῦθεν ἦδη πάταγος ἦν τῶν ἀσπίδων.
 ἐρεῖ τις; οὐ χρῆν. ἀλλὰ τί χρῆν; εἴπατε.
 φέρ', εἰ Λακεδαιμονίων τις, ἐκπλεύσας σκάφει,
 ἀπέδοτο Φήνας κυνίδιον Σεριφίων,
 ἐκάθησθ' αὐτὸν ἐν δόμοισιν; ἢ πολλοῦ γε δεῖ·

universam dico; meminertis istud, quod non civitatem
 dico; sed homunciones pessimi et pravæ notæ, infames, adul-
 terini, semicives calumniis vexarunt Megarenses: et si quis
 melopeponem forte videret, aut lepusculum, aut porcellum,
 aut allium, aut micam salis, *Megarica hæc sunt*, aiebant, et
 correpta vendebantur eodem die. Atque hæc quidem levia et
 vernacula. Sed vero Simætham meretricem profecti Megara
 adolescentes quidam clam rapiunt ebrii: post illa Megarenses
 dolore exacerbati duas contra surripiunt meretrices familiares As-
 pasia: et inde ocepit bellum erumpere Græcis universis, ex tri-
 bus inquam scortis. Hinc Pericles ille Olympius præ iracundia
 fulminabat, tonabat, conturbabat Græciam, leges ferebat sco-
 liorum ad exemplum scriptas, ut Megarensibus nec in Attica
 regione, nec in foro, nec in insulis, nec in continenti liceret
 manere. Tum vero Megarenses, quum jam esurirent sensim,
 Lacedæmonios orarunt, ut eorum ope decretum immutaretur
 illud propter scorta factum: at nolimus nos, illis sæpe depre-
 cantibus. Hinc jam strepitus armorum exoriebatur. *Dicet
 aliquis: Non oportuit. Verum, quid oportuit, dicite.* Si quis
 Lacedæmoniorum profectus navi, per calumniam Seriphiis
 ademtum vendidisset catellum, sedissetisne domi, neglectis
 Seriphiis? multum certe abest: immo quam citissime de-

duxissetis naves trecentas, fuissetque urbs plena tumultu militum, clamoribus de triremium eligendis præfectis, strepitu stipendia accipientium, Palladia deaurantium, trudentium se confertim in porticum, ubi admetiuntur frumenta : plena utribus, scalmorum loris, cados ementibus, alliis, olivis, cepis in reticulis, corollis, sardinis, tibicinis, suggillis : navale vero annon plenum fuisset lignis ad fabricandos remos aptis, clavis sonantibus, coriis foramina, per quæ remi exseruntur, munientibus, tibiis, celeusma canentibus, incitamentis et sibilis ? scio utique hæc vos facturos fuisse : *Teleplum autem non idem putamus facere ? vobis itaque mens non inest.*

SEM. Siccine vero, ô perditæ, et impurissime ? hæc tu, qui mendicus es, audes in nos dicere, et exprobras, si quis inter nos fuit vitiligator ?

SEM. Ita me Neptunus amet, quæcunque dicit justa sunt et vera, nihilque mentitur.

SEM. Ergone, si justa erant, hunc ea dicere oportebat ? sed cum magno malo suo hæc ausus erit dicere.

SEM. Eho tu, quo curris ? non manebis ? nam si percutis hunc virum, ipse mox sublimis rapiere.

SEM. Io Lamache, io fulgur emittens oculis, fer opem, ades, ô terrificas cristas celeri quatiens motu, io Lamache, ô amice, ô tribulis : tum si quis est manipuli ductor, aut dux exercitus, sive oppugnator mœnium, propere succurrat aliquis ; nam medius teneor.

καὶ κάρτα μὲν τ' ἂν εὐθέως καθείλκετε
τριακοσίας ναῦς· ἦν δ' ἂν ἡ πόλις πλέα
θορύβου στρατιωτῶν, περὶ τριηράρχου βοῆς,
μισθοῦ διδομένου, Παλλαδίων χρυσομένων,
στοᾶς στεναχούσης, σιτίων μετρούμενων,
ἀσκῶν, τροπωτήρων, κάδους ἀνουμένων,
σκοροδῶν, ἐλαῶν, κρομμύων ἐν δικτύοις,
στεφάνων, τριχίδων, αὐλητρίδων, ὑπαπίων·
τὸ νεώριον δ' αὖ κωπέων πλατουμένων,
τύλων ψοφούντων, θαλαμιῶν τροπουμένων,
αὐλῶν, κελευστῶν, νιγλάρων, συριγμάτων.
ταῦτ' οἶδ' ὅτι ἂν ἔδρατε· ΤΟΝ ΔΕ ΘΗΛΕΦΟΝ
ΟΥΚ ΟΙΟΜΕΣΘΑ· ΝΟΥΣ ΑΡ' ΤΜΙΝ ΟΥΚ ΕΝΙ.

- Ημ. ἄλλῃδες, ὦ πίτριπτε, καὶ μιαρῶτατε ;
ταυτὶ σὺ τολμᾶς, πτωχὸς ὦν, ἡμᾶς λέγειν ;
καὶ συκοφάντης, εἴ τις ἦν, ἀνείδισας ;
- Ημ. νῆ τὸν Ποσειδῶ, καὶ λέγει γ', ἅπερ λέγει,
δίκαια πάντα, κοῦδὲν αὐτῶν ψεύδεται.
- Ημ. εἴτ', εἰ δίκαια, τοῦτον εἰπεῖν αὐτ' ἐχρῆν ;
ἀλλ' οὐδὲ χαίρων ταῦτα τολμήσει λέγειν.
- Ημ. οὗτος σὺ, ποῖ θεῖς, οὐ μενεῖς ; ὡς εἰ θενεῖς
τὸν ἄνδρα τοῦτον, αὐτὸς ἀρδήσει τάχα.
- Ημ. ἰὼ Λάμαχ', ἰὼ βλέπαν ἀστραπάς,
βοήθησον, ὦ γοργολόφα, φανεῖς,
ἰὼ Λάμαχ', ὦ φίλ', ὦ φυλέτα,
εἴτε τις ἔστι ταξίαρχος, ἢ στρατηγὸς,
ἢ τειχομάχος ἀνὴρ, βοηθησάτω
τις ἀνύσας. ἐγὼ γὰρ ἔχομαι μέσος.

- Λα. πῶθεν βοῆς ἤκουσα πολεμιστηρίας ;
 ποῖ χερὴ βοηθεῖν ; ποῖ κυδοιμὸν ἐμβαλεῖν ;
 τίς Γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τοῦ σάγματος ;
- Ημ. ᾧ Λάμαχ' ἦρως, τῶν λόφων καὶ τῶν λόχων---
 Ημ. ᾧ Λάμαχ', οὐ γὰρ οὗτος ἀνδρωπος πάλαι
 ἄσασαν ἡμῶν τὴν πόλιν κακοῖροθεῖ ;
- Δι. ᾧ Λάμαχ' ἦρως, ἀλλὰ συγγνώμην ἔχε,
 εἰ πτωχὸς ὢν εἶπὸν τι, κἀστρωμυλάμην.
- Λα. τί δ' εἶπες ἡμᾶς ; οὐκ ἐρεῖς ;
 Δι. οὐκ οἶδά πω·
 ὑπὸ τοῦ δέους γὰρ τῶν ὄπλων ἰλιγγιῶ.
 ἀλλ' ἀντιβολῶ σ', ἀπένεγκ' ἐμοῦ τὴν Μορμόνα.
- Λα. ἰδοῦ.
 Δι. παράδες νῦν ὑπτίαν αὐτὴν ἐμοί.
 Λα. κεῖται.
 Δι. φέρε νῦν ἀπὸ τοῦ κράνους μοι τὸ πτερόν.
 Λα. τουτὶ πτίλον σοι.
 Δι. τῆς κεφαλῆς νῦν μου λαβοῦ,
 ἵν' ἐξεμέσω· βδελύττομαι γὰρ τοὺς λόφους.
- Λα. οὗτος, τί ἠράσεις ; τῷ πτίλῳ μέλλεις ἐμεῖν ;
 Δι. πτίλον γὰρ ἔστιν, εἰπέ μοι, τίνος ποτέ ;
 Λα. ὄρνιθός ἐστιν.
 Δι. ἄρα κομπολακίδου ;
 Λα. οἴμ', ὡς τεθνήξει.
 Δι. μηδαμῶς, ᾧ Λάμαχε.
 οὐ γὰρ κατ' ἰσχύν ἐστιν· εἰ δ' ἰσχυρὸς εἶ,
 τί μ' οὐκ ἀπεψώλησας ; εὖοπλος γὰρ εἶ.
- Λα. ταυτὶ λέγεις σὺ τὸν στρατηγόν, πτωχὸς ὢν ;

LAM. Unde clamorem audivi bellicum ? ubi auxilio, ubi tumultu facto est opus ? quis Gorgonem e theca excitavit meam ?

SEM. O Lamache heros, cristarum et cohortium—

SEM. O Lamache, nonne enim iste homo dudum universæ urbi nostræ maledicit ?

DIC. O Lamache heros, ignosce, obsecro, si mendicus quum sim, aliquid dixi, et nugas blateravi.

LAM. Quid ergo in nos dixisti ? nonne eloquere ?

DIC. Haud memini amplius : nam præ metu armorum vertigine laboro. Sed obsecro te, aufer a me terriculamentum clypei tui.

LAM. En.

DIC. Nunc eum huc colloca supinum.

LAM. Jacet.

DIC. Cedo mihi nunc pennam de galea.

LAM. Eccam tibi pennam.

DIC. Tene nunc meum caput, ut vomam. Nauseam enim mihi movent cristæ.

LAM. Heus tu, quid cogitas ? vin' tibi hac penna vomitum ciere ?

DIC. Quippini ? dic mihi ergo cujusnam sit ista penna.

LAM. Alitis est.

DIC. Numquid gloriosi cujusdam ?

LAM. Heu ! quam mox peribis !

DIC. Nequaquam, ô Lamache. Non enim vi res hæc agitur. Si autem viribus polles, quin me verpum facis ? nam bene vasatus es.

LAM. Hæccine tu, mendice, in ducem exercitus dicis ?

DIC. Egone mendicus ?

LAM. Quis ergo es ?

DIC. Quisnam ? civis bonus, non ambitiosus ; verum, ex quo bellum durat, militans : tu vero, ex quo bellum durat, mercenarius dux es.

LAM. Suffragiis enim me creantur —

DIC. Cuculi tres scilicet. Hæc itaque ego aversatus, inducias pepigi, quod viderem canos quidem viros in acie ; juvenes autem, tui similes, fugitantes laborem, quosdam in Thracia, qui tres drachmas merebant, Tisamenos, Phænippos, et Hipparchidas nequissimos : alios apud Charetem : alios in Chaonia, Geretes, Theodoros, gloriososque Diomenses : alios in Camarina, in Gela, et in Catagela.

LAM. Nam suffragiis erant creati duces.

DIC. Quæ autem causa est, cur vos quidem mercedem accipiat undecunque, istorum autem nemo ? Quæso, Marilade, an tu, qui jam canus es, legationem unquam obiisti, nec ne ? renuit : et tamen iste modestus est et laboris amans. Quid vero Dracyllus, et Euphorides, aut Prinides ? novitne aliquis vestrum Ecbatana, aut Chaonas ? negant : sed novit ille de Cæsyræ prosapia et Lamachus, quibus nuper, propter stipem non collatam et æs alienum, amici omnes, ut solent qui vesperi aquam per fenestras effundunt qua pedes abluere, dicebant Abscede.

LAM. O plebis licentia ! hæcine ergo sunt toleranda ?

Δι. ἐγὼ γὰρ εἶμι πτωχός ;

Λα. ἀλλὰ τίς γὰρ εἶ ;

Δι. ὅστις ; πολίτης χρηστός, οὐ σπουδαρχίδης, ἀλλ' ἐξ ὅτου περ ὁ πόλεμος, στρατωνίδης· σὺ δ', ἐξ ὅτου περ ὁ πόλεμος, μισθαρχίδης.

Λα. ἐχειροτόνησαν γὰρ με---

Δι. κόκκυγές γε τρεῖς.

ταῦτ' οὖν ἐγὼ βδελυττόμενος ἐσπεισάμην, ὄρων πολιούς μὲν ἄνδρας ἐν ταῖς τάξεσι, νεανίας δ', οἷους σὺ, διαδηδρακότας, τοὺς μὲν ἐπὶ Θρακῆς μισθοφορῆντας τρεῖς δραχμὰς, Τισαμενοφαινίππους, Πανουργιπαρχίδας· ἐτέρους δὲ παρὰ Χάρητι· τοὺς δ' ἐν Χαοσί Γερητοδεοδώρους, Διομειαλαζόνας, τοὺς δ' ἐν Καμαρίνῃ, καὶν Γέλα, καὶν Καταγέλα. ἐχειροτονήθησαν γὰρ.

Λα. αἴτιον δὲ τί,

ὕμᾱς μὲν ἤδη μισθοφορεῖν ἀμηγέπη, τῶνδ' ἰδὲ μηδέν' ; ἐτέον, ᾧ Μαριλάδῃ, ἤδη πεπερσέσθευκας σὺ πολὺς ἂν ἐν, ἢ οὐκ ; ἀνένευσε· καὶ τοι γ' ἔστι σῶφρων ἀργάτης· τί δαὶ Δράκυλλος, καὶ Εὐφορίδης, ἢ Πρινίδης ; οἷδέν τις ὑμῶν τὰ κβάταν', ἢ τοὺς Χαόνας ; οὐ φασίν. ἀλλ' ὁ Κοισύρας, καὶ Λάμαχος, οἷς ὑπὲρ ἐράνου τε καὶ χρεῶν πρῶν ποτὲ, ὡσπερ ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἐσπέρας, ἅπαντες ΕΞΙΣΤΩ παρῆνον οἱ φίλοι.

Λα. ᾧ δημοκρατία, ταῦτα δὴτ' ἀνασχετά ;

- Δι. οὐ δῆτ', ἐὰν μὴ μισθοφορῇ γε Λάμαχος.
 Λα. ἀλλ' οὖν ἐγὼ μὲν πᾶσι Πελοποννησίοις
 ἀεὶ πολεμήσω, μαὶ ταραξῶ πανταχῇ,
 καὶ ναυσὶ, καὶ πεζοῖσι, κατὰ τὸ καρτερόν.
 Δι. ἐγὼ δὲ κηρύττω γε Πελοποννησίοις
 ἅπασι, καὶ Μεγαρεῦσι, καὶ Βοιωτίοις,
 πωλεῖν, ἀγοράζειν πρὸς ἐμέ· Λαμάχῳ δὲ μὴ.
 Χορός.

ὦ νῆρ νικᾷ τοῖσι λόγοισιν, καὶ τὸν δῆμον μεταπείδει
 περὶ τῶν σπονδῶν. ἀλλ' ἀποδύλεις τοὺς ἀναπαίσεις ἐπίωμεν.

Ἐξ οὗ γε χοροῖσιν ἐφέξηκεν τρυλικοῖς ὁ διδάσκαλος τῆμῶν,
 οὐπω παρέβη πρὸς τὸ θέατρον λέξων, ὡς δεξιός ἐστι·
 διαβαλλόμενος δ' ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐν Ἀθηναίοις ταχυβέλοις,
 ὡς κωμῶδεῖ τὴν πόλιν τῆμῶν, καὶ τὸν δῆμον καθυβρίζει,
 ἀποκρίνεσθαι δεῖται νυνὶ πρὸς Ἀθηναίους μεταβούλους.
 φησὶν δ' εἶναι πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιος ὑμῖν ὁ ποιητής,
 παύσας ὑμᾶς ξενικοῖσι λόγοις μὴ λίαν ἐξαπατᾶσθαι,
 μὴδ' ἠδεσθαι θωπευομένους, μῆτ' εἶναι χαυνοπολίτας.
 πρότερον δ' ἀπὸ τῶν πόλεων ὑμᾶς οἱ πρέσβεις ἐξαπατῶντες,
 πρῶτον μὲν **ΙΟΣΤΕΦΑΝΟΥΣ** ἐκάλουν· καὶ πειδᾶν τοῦτό τις
 εἶπη,
 εὐθύς διὰ τοὺς **ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ** ἐπ' ἄκρων τῶν πυγιδίων
 ἐκάθησθε.

εἰ δέ τις, ὑμᾶς ὑποθωπέυσας, **ΛΙΠΑΡΑΣ** καλέσειεν **ΑΘΗ-
 ΝΑΣ**,

εὐρετο πᾶν ἂν διὰ τὰς **ΛΙΠΑΡΑΣ**, ἀφύων τιμὴν περιάψας.
 ταῦτα ποιήσας, πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιος ὑμῖν γενήσεται,
 καὶ τοὺς δήμους ἐν ταῖς πόλεσιν δείξας, ὡς δημοκρατοῦνται.

DIC. Non sane, si Lamachus stipendia non mereat.

LAM. At ego adversum Peloponnesios omnes bellum semper geram, eosque quavis ratione lacessitos, navibus, terrestribusque copiis, commotos reddam, quantum potero.

DIC. Ego vero prædico Lacedæmoniis omnibus et Magaren-sibus et Bæotiis, ut emant vendantque in foro meo : sed Lama-cho non.

CHOR. Homo iste vincit argumentis, et populum inducit, ut mutata sententia probet inducias : sed accingamus nos ad anapæstos recitandos.

Ex quo poëta noster comicis animum adpulit choris, non-dum prodiit spectatoribus dicturus scitum lepidumque se esse. Quoniam autem falso insimulatur ab inimicis apud Athenienses præcipites consilii, quasi civitatem ludibrio sibi habeat, popu-lumque proscindat conviciis, opus est ut respondeat illis apud Athenienses mutare solitos consilia. Ergo autumat poëta mul-torum se vobis bonorum auctorem esse, cujus opera factum, ut non amplius tam facile patiamini vobis a peregrinis verba dari, nec adulatoribus delectemini, nec remisse rempublicam administretis. Antehac autem legati ab urbibus missi, si vellent vos circumvenire, primo *violis coronatos* vos appellabant : quod simulac dixerat quispiam, statim propter *coronas* in primoribus natibus sedebatis. Tum si quis vobis subpalpans diceret, *O nitida et pingues Athenæ*, is quam vellet rem conficiebat, ob pinguedinem, qua vos, tanquam apuas, perunxerat. Hæc quia fecit poëta, multorum bonorum causa vobis exstitit : tum etiam ostendit sociarum civitatum incolas, ut populari regan-tur imperio. Itaque jam ex urbibus tributum vobis adferentes venient, videre cupientes poëtam hunc præstantissimum, qui periculum non refugit quominus diceret Atheniensibus quæ justa sunt. Tam late autem ejus audaciæ fama pervagata est, ut et Magnus Rex, legatos explorans Lacedæmoniorum, sciscitatus

fuerit ex ipsis primum, utri classes praevalerent: deinde, utris poeta iste multa convicia dicat: hos enim homines inquiebat meliores futuros, et bello longe superaturos, qui ejus uterentur consiliis. Propterea Lacedaemonii vos ad pacem invitant, et Aeginam sibi reddi flagitant, non quod insulam illam tanti faciant, sed ut poetam hunc e praediis suis ejiciant. Sed vos neutquam timeatis, ne quando comaedias docens traducat, et in ludibrium vertat justa consilia: autumat vero se multa bona vos docturum, ut beati fiatis, non suppalpando, non mercedem ostentando fautoribus, non fraudibus aut versutiis fallendo, nec laudibus demulcendo; sed ea ipsa quae optima erunt docendo. Proinde Cleo machinetur, et quidlibet adversum me struat: nam a meis partibus honestum et justum stabit, nec unquam deprehendar erga rempublicam talis, qualis ille est, timidus et morbosissimus.

SEM. Huc ades, Musa, quae fragrantem ignis habes vim, acuta Acharnica, qualiter e prunis ilignis favilla subsilit, quando

τοιγάρτοι νῦν ἐκ τῶν πόλεων τὸν φόρον ὑμῖν ἀπάγοντες
ἤξουσιν, ἰδεῖν ἐπιθυμοῦντες τὸν ποιητὴν τὸν ἄριστον,
ὅστις παρεκινδύνευσε λέγειν ἐν Ἀθηναίοις τὰ δίκαια.
οὕτω δ' αὐτοῦ περὶ τῆς τόλμης ἤδη πῶρρω κλέος ἦκει,
ὅτε καὶ Βασιλεὺς, Λακεδαιμονίων τὴν πρεσβείαν βασανίζων.
ἠρώτησεν πρώτα μὲν αὐτὸς, πότεροι ταῖς ναυσὶ κρατῶσιν
εἶτα δὲ τοῦτον τὸν ποιητὴν, ποτέρους εἶποι κακὰ πολλὰ.
τέτους γὰρ ἔφη τὸς ἀνθρώπους πολὺ βελτίους γελενῆσθαι,
καὶ τῷ πολέμῳ πολὺ νικήσειν, τοῦτον ξύμβουλον ἔχοντας.
διὰ τοῦθ' ὑμᾶς Λακεδαιμόνιοι τὴν εἰρήνην προκαλοῦνται,
καὶ τὴν Αἴγιαν ἀπαιτοῦσιν· καὶ τῆς νήσου μὲν ἐκείνης
οὐ φροντίζουσ', ἀλλ' ἵνα τοῦτον τὸν ποιητὴν ἀφέλωνται.
ἀλλ' ὑμεῖς μὴ ποτε δείσηθ', ὡς κωμωδήσει τὰ δίκαια·
φησὶν δ' ὑμᾶς πολλὰ διδάξειν ἀγάθ', ὡς εὐδαιμόνας εἶναι,
οὐ θωπεύων, οὐθ' ὑποτείνων μισθούς, οὐτ' ἐξαπατύλλων,
οὔτε πανερῶν, οὔτε κατάρδων, ἀλλὰ τὰ βέλτερα διδάσκων.

πρὸς ταῦτα Κλέων καὶ σαλαμάσθω,
καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω.

τὸ γὰρ εὔ μετ' ἐμοῦ, καὶ τὸ δίκαιον
ξύμμαχον ἔσται, κοῦ μήποθ' ἀλῶ
περὶ τὴν πόλιν ὦν, ὥσπερ ἐκεῖνος,
δειλὸς καὶ λακαταπύγων.

Ημ.

Δεῦρο Μοῦσ' ἔλθῃ, φλεγυρὸν πυρὸς ἔ-
χουσα μένος, ἔντονος Ἀχαρνική.

οἶον ἐξ ἀνδράκων πρινίνων

φέψαλος ἀνήλατ', ἐρε-

θιζόμενος οὐρία ῥιπίδι,

ἦνικ' ἂν ἐπανθρακίδες ὥσι παρακείμεναι·

οἱ δὲ Θασίαν ἀνακυκῶσι λιπαράμπυκα,
οἱ δὲ μάττωσιν· οὐ-
τω σοβαρὸν ἔλθῃ μέλος
εὐτονον, ἀγροικότερον,
ὡς ἐμὲ λαβοῦσα τὸν δημότην.

Χο. Οἱ γέροντες οἱ παλαιοὶ, μεμφόμεσθα τῇ πόλει.
οὐ γὰρ ἀξίως ἐκείνων, ὧν ἐναυμαχήσαμεν,
γηροδοσκοούμεσθ' ὑφ' ὑμῶν, ἀλλὰ δεινὰ πάσχομεν,
οἳ τινες γέροντας ἀνδρας ἐμβαλόντες ἐς γραφὰς,
ὑπὸ νεανίσκων ἔατε καταγελαῖσθαι ῥητόρων,
οὐδὲν ὄντας, ἀλλὰ κωφούς, καὶ παρεξηγημένους,
οἷς Ποσειδῶν Ἀσφάλειός ἐστιν ἡ βακτηρία·
τοντοροῦζοντες δὲ γήρα τῷ λῖθῳ προσέσταμεν,
οὐχ ὄρῶντες οὐδὲν, εἰ μὴ τῆς δίκης τὴν ἠλύγην.
ὁ δὲ νεανίας ἐαυτῷ σπουδάσας ξυνηγορεῖν,
ἐς τάχος παίει, ξυνάπτων στρογγύλοις τοῖς ῥήμασι·
κατ' ἀνεγκύσας ἐρωτᾷ, σκανδάληθ' ἰστάς ἐπιῶν,
ἀνδρα Τίθωνόν σπαράττων, καὶ ταραττων, καὶ κυκῶν.
ὁ δ' ὑπὸ γήραος μασταγύζει, κατ' ὄφλων ἀπέρχεται·
εἶτα λύζει, καὶ δακρύει, καὶ λέγει πρὸς τοὺς φίλους·

Οὐ μ' ἐχρῆν σορὸν πρίασθαι, τῆτ' ὄφλων ἀπέρχομαι.
Ημ. Ταῦτα πῶς εἰκότα γέροντ' ἀπολέ-
σαι, πολὺν ἀνδρα, περὶ κλεψύδραν,
πολλὰ δὴ ξυμπονήσαντα, καὶ
Δερμὸν ἀπομορξάμενον
ἀνδρικὸν ἰδρωτᾶ δὴ καὶ πολὺν,
ἀνδρ' ἀγαθὸν ὄντα Μαραθῶνι περὶ τὴν πόλιν·
εἶτα Μαραθῶνι μὲν ὄτ' ἦμεν· ἐδιόκομεν·

torrendi impositi sunt pisciculi, dum alii Thasiam miscent recentem muriam, alii pinsunt farinam ; sic veni rapidum carmen, intensum, agreste, tecum ferens, ad me popularem tuum.

CHOR. Nos senes vetusti civitatem incusamus : non enim pro dignitate rerum a nobis in præliis navalibus gestarum alimur in senectute ; sed acerba perpetimur a vobis : qui, quando nos senes litibus implicaveritis, ab oratoribus adolescentibus nos sinitis haberi ludibrio, quum nihil simus amplius, sed hebetes et detriti, quibus pro Neptuno Tutore est baculus. Stamus autem murmurantes ad lapideum tribunal, nihil videntes præter nebulam Justitiæ circumfusam. At juvenis, qui secum meditatus est causas orare, cito reum ferit rotundis, quæ copulat, verbis ; deinde protractum interrogat, tendiculas verborum statuens, Tithonum lacerans, turbans, vexans : at iste præ senectute labia contrahit ; deinde multam debens abit : postea singultit et lacrimat, amicisque dicit : *Quo mihi sandapila erat emunda, hoc multatus abeo.*

SEM. Hocce modo æquum est senem perdere, canum hominem, apud Clepsydram, qui multos labores cum sodalibus pertulit, et calidum abstersit virilem sudorem, eumque uberem, qui fortem se præstitit Marathone pro republica ? Itane vero, quum vigebamus, hostem Marathone persequendo premimus,

et nunc ab hominibus improbris premimur criminibus, et condemnatur demum? Quis Marpsias contra hæc aliquid dicet?

CHOR. Quomodo enim æquum est, hominem senio incurvum, qualis est Thucydides, perire, tanquam Scythicæ implicatum solitudini, negotium habentem cum hoc Cephisodemo, loquaci causidico? Quippe miseratus sum, et lacrimas mihi deteresi, quum vidia sagittario vexari senem virum, Thucydidem illum, qui, ita me Ceres amet, quum integer esset ævi, ne Cererem quidem ipsam facile passus fuisset sibi molestam esse: verum primum quidem luctando dejecisset Euathlos decem, clamando autem et vociferando superasset sagittariorum tria millia, tum sagittis confixisset sagittarii ipsius paternos cognatos. Sed quandoquidem nos senes somnum capere non sinitis, decreto publico sciscite causarum cognitiones seorsum fieri, ut adversum senem senex oret edentulusque causidicus, junioribus autem obponatur cinædus et loquax, et Clinixæ filius. Et iudicio quidem malos persequi oportet deinceps: at si quis agatur reus, multam irroget senex seni, juvenis autem juveni.

DICÆOPOLIS, MEGARENSIS, PUELLÆ,
SYCOPHANTA, CHORUS.

DIC. Isti sunt limites fori mei. Hic mercari Peloponnesiis licet et Megarensibus, et Bœotiis, ea lege ut mihi vendant, Lamacho autem non. Agoranomos autem, qui foro præsent, constituo tres sorte lectos, quibus lora sunt Lepreatica. Huc

νῦν δ' ὑπ' ἀνδρῶν πονη-
ρῶν σφόδρα διωκόμεθα,
κᾶτα προσαλισκόμεθα.

πρὸς τὰδε τίς ἀντερεῖ Μαρψίας;

Χο. Τῷ γὰρ εἰκὸς ἄνδρα κυφόν, ἡλίκον Θουκυδίδην,
ἔξολέσθαι, ξυμπλακέντα τῇ Σκυθῶν ἐρημίᾳ,
τῷδε τῷ Κηφισοδήμῳ, τῷ λάλω ξυνηγόρῳ;
ὥστ' ἐγὼ μὲν ἠλέησα, κἀπομορξάμην, ἰδὼν
ἄνδρα πρὸς τὴν ὑπ' ἀνδρῶν τοξότου κυκώμενον,
ὅς, μὰ τὴν Δήμητρός, ἐκείνος ἡνίκ' ἦν Θουκυδίδης,
οὐδ' ἂν αὐτὴν τὴν Ἀχαιῶν ῥαδίως ἠνέσχετο·
ἀλλὰ κατεπάλαισεν ἂν μὲν πρῶτον Εὐάθλους δέκα,
κατεβόησε δ' ἂν κεκραγὼς τοξότας τρισχιλίους,
περιετόξευσεν δ' ἂν αὐτοῦ τοῦ πατρὸς τοὺς ξυγγενεῖς.
ἀλλ' ἐπειδὴ τοὺς γέροντας οὐκ ἔαδ' ὕπνου τυχεῖν,
ψηφίσασθε χωρὶς εἶναι τὰς γραφὰς, ὅπως ἂν ἦ
τῷ γέροντι μὲν γέρον καὶ ναδὸς ὁ ξυνηγόρος·
τοῖς νέοισι δ' εὐρύπρωκτος, καὶ λάλος, χεῖρ Κλεινίου.
κἀξελάνειν χρεὶ τολοιπόν· κῆν φύγη τις, ζημιούν
τὸν γέροντα τῷ γέροντι, τὸν νέον δὲ τῷ νέῳ.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ, ΜΕΓΑΡΕΥΣ, ΚΟΡΑΙ,
ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ, ΧΟΡΟΣ.

Δι. ΟΡΟΙ μὲν ἀγορᾶς εἰσιν οἷδε τῆς ἐμῆς.
ἐνταῦθ' ἀγοράζειν τοῖσι Πελοποννησίοις
ἔξεστι, καὶ Μεγαρεῦσι, καὶ Βοιωτίοις,
ἐφ' ᾧ τε πωλεῖν πρὸς ἐμὲ, Λαμάχῳ δὲ μή.
ἀγορανόμους δὲ τῆς ἀγορᾶς καθίσταμαι

τρεις τοὺς λαχόντας, τοὺς δ' ἰμᾶντας ἐκ λεπεῶν.
 ἐνταῦθα μήτε συκοφάντης εἰσίτω,
 μήτ' ἄλλος ὅστις Φασιανὸς ἔστ' ἀνὴρ.
 ἐγὼ δὲ τὴν στήλην, καθ' ἣν ἐσπείσαμεν,
 μέτειμ', ἵνα στήσω φανεράν ἐν τῇ γορᾷ.

Με. ἀγορὰ ἔν' Ἀθάναις χαῖρε, Μεγαρεῦσιν φίλα
 ἐπόδουν τυ, ναὶ τὸν Φίλιον, ἅπερ ματέρα.
 ἀλλ', ὦ πύνηρα κόριά γ' ἀθλίου πατρὸς,
 ἀμβάτε ποττὰν μάδδαν, αἴ χ' εὖροιτέ πα.
 ἀκούετον δὴ, ποτέχετ' ἐμὴν τὰν γαστέρα·
 πότερα πεπραῖσθαι χρῆδδεται, ἢ πεινῆν κακῶς.

Κο. πεπραῖσθαι, πεπραῖσθαι.

Με. ἐγὼνγα καὶ τὸς Φαμι. τίς δ' οὕτως ἄνους,
 ὃς ὑμέ κα πρίαιτο, φανεράν ζαμίαν;
 ἀλλ' ἔστι γὰρ μοι Μεγαρικά τις μαχανά.
 χοίρους γὰρ, ὑμὲ σκευάσας, φασὼ φέρεν.
 περὶδεσθε τὰσδε τὰς ὀπλάς τῶν χοιρίων.
 ὅπως δὲ δοξεῖτ' ἤμεν ἐξ ἀγαθῆς ὕψ·
 ὡς, ναὶ τὸν Ἑρμᾶν, εἴπερ ἴξετ' οἴκαδης,
 τὰ πρᾶτα πειρασεῖσθε τὰς λιμοῦ κακῶς.
 ἀλλ' ἀμφίδεσθε καὶ ταδὶ τὰ βυγχία,
 κῆπειτεν ἐς τὸν σάκκον ὧδ' ἐσβαίνετε.
 ὅπως δὲ γρουλλιξεῖτε, καὶ κοίξετε,
 χ' ἡσεῖτε φωνὰν χοιρίων μυστηρικῶν.
 ἐγὼν δὲ καρυξῶ γὰ Δικαιοπόλιν. ὅπα
 Δικαιοπόλις; ἢ λῆς πρίασθαι χοιρία;
 Δι. τί; ἀνὴρ Μεγαρικός;

Με. ἀγοράσοντες ἤκομε ε.

neque sycophanta ingreditor, nec alius quicumque Phasianus est homo. Ego autem columnam inscriptam formula, juxta quam inducias pepigi, arcessam, ut eam collocem conspicuam in foro.

MEG. Salve forum Atticum, gratum Megarensibus! desiderabam te, ut matrem, ita me Jupiter amet præsens amicitiae. Sed ó ærumnosæ puellæ miseri patris, ascendite ad mazam, si modo eam alicubi inveniatis. Audite, quæso, et mihi advertite ventrem: utrumne vendi vultis, an esurire pessime?

PUEL. Vendi, vendi.

MEG. Ipse equidem optimum hoc censeo. Verum quis adeo ineptus sit, qui vos emat, damnus manifestarium? sed est mihi Megarica quædam fabrica. Porcellorum ad speciem vos adornabo, et porcellos me ferre dicam. Induite istas porcellorum ungulas, et date operam, ut videamini ex bona scrofa editæ. Nam, ita me Mercurius amet, si domum redieritis, extrema famis et pessima mala experiemini. Age induite et hæc rostra; deinde in saccum sic irrepite: videte autem, ut grunniatis, et coï dicatis, et mittatis vocem porcellorum mysticorum. Ego vero vocabo Dicæopolin. Ubi est Dicæopolis? Vin' porcellos emere?

DIC. Quid? homo Megaricus?

MEG. Ad mercatum venimus.

DIC. Quomodo vos habetis ?

MEG. Esurimus assidue sedentes ad ignem.

DIC. Atqui hercle suave est ad ignem sedere, si adsit tibi-
cen : verum quid aliud agitis nunc ?

MEG. Rogas ? sane quum inde ad mercaturam proficiscebar,
Provisores id dabant operam, ut quam citissime et pessime
periremus.

DIC. Mox ergo liberabimini a malis.

MEG. Quippini ?

DIC. Quid aliud vero Megaris agitur ? quanti venit frumen-
tum ?

MEG. Apud nos eodem honore et pretio est, quo Dii.

DIC. An ergo salem affers ?

MEG. Annon vos salinas tenetis ?

DIC. Ne quidem allia ?

MEG. Quæ, malum, allia, quorum vos semper, quum irrup-
tionem in agrum nostrum facitis, tanquam rustici mures, capita
paxillo effoditis ?

DIC. Quid ergo fers ?

MEG. Equidem porcos sacres.

DIC. Pulchre dicis. Ostende.

MEG. Utique pulchri sunt. Sustolle, si lubet : hem, quam
pinguis iste et pulcher !

DIC. Quid hoc rei erat ?

MEG. Porcus mehercle.

DIC. Quid ais tu ? cujas est hic porcus ?

MEG. Megaricus. Annon porcus est ?

ΔΙ. πῶς ἔχετε ;

ΜΕ. διαπεινᾶμεν αἰέσ ποττὸ πῦρ.

ΔΙ. ἀλλ' ἡδύ τοι, νῆ τὸν Δί', ἣν αὐλὸς παρῆ.
τί δ' ἄλλο πρᾶττεθ' οἱ Μεγαρήϊς νῦν ;

ΜΕ. οἶα δῆ ;

ὄκα μὲν ἐγώνγα τηρόθεν ἐπορευόμεν,
ἄνδρες Πρῶβουλοι τοῦτ' ἔπραττον τῆ πόλει,
ὅπως τάχιστα καὶ κάκιστ' ἀπολοίμεθα.

ΔΙ. αὐτίκ' ἄρ' ἀπαλλάξεσθε πωραγμάτων.

ΜΕ. σὰ μάν ;

ΔΙ. τί δ' ἄλλο Μεγαροῖ ; πῶς ὁ σίτος ἄνιος ;

ΜΕ. παρ' ἀμὲ πολυτίματος ἄπερ τοὶ θεοί.

ΔΙ. ἄλας οὖν φέρεϊς ;

ΜΕ. οὐχ ὑμῆς αὐτῶν ἄρχετε ;

ΔΙ. οὐδὲ σκόροδα ;

ΜΕ. ποῖα σκόροδ' ; ὑμῆς ὦν αἰί,

ὄκκ' ἐσβάλητε, τῶς ἀρωρ αἰοὶ μύες,
πάσσακι τὰς ἀγλίδας ἐξορύσσετε.

ΔΙ. τί δαὶ φέρεϊς ;

ΜΕ. χοίρους ἐγώνγα μυστικᾶς.

ΔΙ. καλῶς λέγεις· ἐπίθειξον.

ΜΕ. ἄλλα μὲν καλαί.

ἄντεινον, αἰ λῆς· ὡς παχεῖα καὶ καλά.

ΔΙ. τουτὶ τί ἦν τὸ πρᾶγμα ;

ΜΕ. χοῖρος, καὶ Δία.

ΔΙ. τί λέγεις σύ ; ποδαπή δ' ἐστὶ χοῖρος ;

ΜΕ. Μεγαρικᾶ.

ἢ οὐ χοῖρος ἔσθ' ἄδ' ;

- Δι. οὐκ ἔμοιγε φαίνεται.
 Με. οὐ δεινά; θᾶσθε τοῦδε τὰς ἀπιστίας·
 οὐ φατὶ τόνδε χοῖρον ἤμεν. ἀλλὰ μὰν,
 αἰ λῆς, περὶδου νῦν μοι περὶ θυμιτᾶν ἀλῶν,
 αἰ μὴ ᾽στιν οὗτος χοῖρος Ἑλλάνων νόμῳ.
 Δι. ἀλλ' ἔστιν ἀνδρώπου γε.
 Με. ναὶ τὸν Διοκλέα,
 ἐμά γα. τὸ δὲ νιν ἤμεναι τίνος δοκεῖς;
 ἦ λῆς ἀκοῦσαι φθεγγομένας;
 Δι. νῆ τοὺς θεοὺς,
 ἔγωγε.
 Με. φώνει δὴ τὸ ταχέως, χοιρίον.
 οὐ χρῆσθα σιγῆν, ᾧ κάκιστ' ἀπολουμένα·
 πάλιν τὴ γ' ἀποισῶ, ναὶ μὰ τὸν Ἑρμᾶν, οἴκαδ' ἰς.
 Κο. κοῖ, κοῖ.
 Με. αὐτὰ ᾽στὶ χοῖρος;
 Δι. νῦν γε χοῖρος φαίνεται.
 ἀτὰρ ἐκτραφεῖς γε, κύσθος ἔσται, πέντ' ἐτῶν.
 Με. σάφ' ἴσθι, ποττὰν ματέρ' εἰκασθήσεται.
 Δι. ἀλλ' οὐδὲ θύσιμός ἐστιν αὐτηγί.
 Με. σά μάν;
 πᾶ δ' οὐχὶ θύσιμός ἐστι;
 Δι. κέρκον οὐκ ἔχει.
 Με. νέα γάρ ἐστιν· ἀλλὰ δελφακουμένα
 ἐξεῖ μεγάλαν τε, καὶ παχεῖαν, κήρυθραν.
 ἀλλ' αἰ τράφεν λῆς, ἄδε τοι χοῖρος καλά.
 Δι. ὡς ξυγγενῆς ὁ κύσθος αὐτῆς πατέρα.
 Με. ὁμοματρία γάρ ἐστι, κῆκ ταυτῶ πατρός.

- DIC. Mihi quidem non videtur.
 MEG. Nonne hoc absurdum est? spectate hominis incredulitatem! negat hunc esse porcum. Atqui, si placet, mecum da pignus in salem cum thymo tritum, nisi sit iste porcus Græcorum more.
 DIC. Porcus est quidem, sed hominis.
 MEG. Ita, per Dioclem juro, et quidem mei. Tu vero illos cujus esse putas? vin' grunnientes audire?
 DIC. Equidem, ita me dii ament.
 MEG. Mitte ocius vocem, porcelle. Non usus est tibi silentio, perditissime: Mercurium adjuro, domum reportaberis denuo.
 PUEL. Coï, coï.
 MEG. Estne hic porcus?
 DIC. Nunc quidem porcus videtur; sed si probe nutriatur quinque annos, cunnus fiet.
 MEG. Certo scias, matri exæquabitur.
 DIC. Sed ne quidem sacrificari hic potest.
 MEG. Quidum? Qua de causa sacrificari non potest?
 DIC. Caudam non habet.
 MEG. Juvenculus enim est: sed adultus habebit magnam et crassam et rubram. Sed si alere vis, hic tibi porcus bonus est.
 DIC. Quam germanus est hujus cunnus alteri!
 MEG. Est enim ex eadem matre et ex eodem patre. Si vero

crassior factus fuerit, et pullulantibus obsitus pilis, aptissimus erit porcus, qui Veneri sacrificetur.

DIC. Sed Veneri porcus sacrificari non solet.

MEG. Non porcus Veneri? immo solæ deorum omnium: et fit porcorum istorum caro suavissima, cum figitur veru.

DIC. Jamne vero sine matre comederent?

MEG. Ita sane, per Neptunum juro; quin etiam sine patre.

DIC. Quid autem potissimum comedunt?

MEG. Quidquid dederis. Ipsus ab illis quære.

DIC. Porce, porce.

PUEL. I. Coï, coï.

DIC. Comederesne cicer?

PUEL. I. Coï, coï, coï.

DIC. Quid vero? caricasne?

PUEL. I. Coï, coï.

DIC. Tu vero quid? comederesne eas etiam?

PUEL. II. Coï, coï.

DIC. Quam acute ad caricæ clamant! Efferat aliquis huc intus caricæ porcellis. Anne etiam comedent? Papæ! quanto vorant cum strepitu, ô venerande Hercules! Cujates sunt isti porcelli? nempe ex *Voracia* videntur esse. Sed fieri non potest, ut omnes caricæ comederint.

MEG. Nisi quia unam earum sustuli hancece.

DIC. Edepol lepidæ sunt istæ pecudēs. Quanti emerim a te hos porcellos? age.

αἱ δ' ἂν παχυνθῆ καὶναχνοανθῆ τᾶ τριχί,
κάλλιστός ἐστὶ χοῖρος Ἀφροδίτᾳ θύειν.

ΔΙ. ἀλλ' οὐχὶ χοῖρος τῆ Ἐφροδίτῃ θύεται.

ΜΕ. οὐ χοῖρος Ἀφροδίτᾳ; μόνᾳ γὰ δαιμόνων.
καὶ γίγνεται γὰ τᾶνδε τᾶν χοίρων τὸ κρῆς
ἄδιστον, ἂν τὸν ὀδελὸν ἐμπεπαρμένον.

ΔΙ. ἤδη δ' ἄνευ τῆς μητρὸς ἐσθίοιεν ἂν;

ΜΕ. ναὶ τὸν Ποτείδαν, καὶ ἄνευ γὰ τῷ πατρὸς.

ΔΙ. τί δ' ἐσθίει μάλιστα;

ΜΕ. πάνθ' ἃ καὶν διδῶς.

αὐτὸς δ' ἐρώτη.

ΔΙ. χοῖρε, χοῖρε.

ΚΟ. Α'. κοῖ, κοῖ.

ΔΙ. τρώγοις ἂν ἐρεβίνθους;

ΚΟ. Α'. κοῖ, κοῖ, κοῖ.

ΔΙ. τί δαί; Φιβάλειος ἰσχάδας;

ΚΟ. Α'. κοῖ, κοῖ.

ΔΙ. τί δαὶ σύ; καὶ τρώγοις ἂν αὐτάς;

ΚΟ. Β'. κοῖ, κοῖ.

ΔΙ. ὡς ὄξυ πρὸς τὰς ἰσχάδας κεκράγατον.
ἐνεγκάτω τις ἐνδοθεν τῶν ἰσχάδων
τοῖς χοιριδίοισιν. ἄρα τρώξονται; βαβαί,
οἶον ῥοθιάζουσ', ὡ πολυτίμηθ' Ἡράκλειος;
ποδαπὰ τὰ χοίρι'; ὡς Τραγασαῖα φαίνεται.
ἀλλ' οὐχὶ πάσας κατέτραγον τὰς ἰσχάδας.

ΜΕ. ἐγὼ γὰρ αὐτῶν τάνδε μίαν ἀνειλόμαν.

ΔΙ. νῆ τὸν Δί', ἀστεῖω γε τῷ βοσκήματε.

πόσου πρῶμαι σοὶ τὰ χοιρίδια; λέγε.

- Με. τὸ μὲν ἄτερον τούτων, σκοροῶδων τροπαλιίδος·
τὸ δ' ἄτερον, αἱ λς, χοϊνικός μόνος ἄλων.
- Δι. ἀνήσομαί σοι· περιμέν' αὐτοῦ.
- Νε. ταῦτα δὴ.
'Ερμᾶ ἔμπολαῖε, τὰν γυναῖκα τὰν ἐμὴν
οὔτω μ' ἀποδόσθαι, τάν τ' ἐμαυτῶ ματέρα.
- Συ. ἄνδρῳπε, ποδαπός;
- Με. χοιροπάλας Μεγαρικός.
- Συ. τὰ χοιρίδια τοίνυν ἐγὼ φανῶ ταδί
πολέμια, καὶ σ'.
- Με. τοῦτ' ἐκεῖν' ἵκει πάλιν,
ὄθεν περ ἀρχὰ τῶν κακῶν ἀμὴν ἔφυ.
- Συ. κλάων μεγαριεῖς. οὐκ ἀφήσεις τὸν σάκον;
- Με. Δικαιοῖπολι, Δικαιοῖπολι, φαντάζομαι
ὑπό του.
- Δι. τίς ὁ φαίνων σ' ἐστίν; ᾧ ἄγορανόμοι,
τοὺς συκοφάντας οὐ θύραζ' ἐξείριξετε;
τί δὴ παθῶν φαίνεις ἄνευ θρυαλιίδος;
- Συ. οὐ γὰρ φανῶ τοὺς πολεμίους;
- Δι. κλάων γε σὺ,
εἰ μὴ ἔρωσε συκοφαντήσεις ἰών.
- Με. οἷον τὸ κακὸν ἐν ταῖς Ἀθάναις τοῦτ' ἐνι.
- Δι. θάρρει, Μεγαρίκ'. ἀλλ' ἦς τὰ χοιρίδι' ἀπέδου
τιμῆς, λαβὲ ταυτὶ τὰ σκόροδα καὶ τοὺς ἄλας,
καὶ χαίρει πολλά γ'.
- Με. ἀλλὰ μὲν οὐκ ἐπιχώριον.
- Δι. πολυπραγμοσύνης νυν· ἐς κεφαλὴν τρέποιτ' ἐμοί.
- Με. ᾧ χοιρίδια, περιῆσθε, κἄνις τῶ πατρὸς,

- MEG. Alterum quidem alliorum manipulo: alterum vero, si
tibi collabuerit, unico salis chœnice.
- DIC. Emam abs te. Opperire hic.
- MEG. Hæc quidem prospere cesserunt. Mercuri, lucri dator,
adhuc, ut uxorem meam sic vendam, meamque ipsius matrem.
- SYC. Heus tu, cujas es?
- MEG. Porculator Megaricus.
- SYC. Proinde porcellos istos, teque ipsum deferam, tanquam
hostiles.
- MEG. Ecce iterum hoc ipsum redit, unde nobis exortum
est principium malorum.
- SYC. Cum magno tuo malo megaricissabis: nonne dimittes
saccum?
- MEG. Dicæopoli, Dicæopoli, deferor a nescio quo.
- DIC. Quis est, qui te defert? vos vero, Agoranomi, nonne
excludetis quadruplatores foras? Quid, malum, ὁ stolide, quad-
ruplare sine funali?
- SYC. Annon deferam hostes?
- DIC. Cum magno tuo malo, nisi aliorum abeas, ubi calum-
niam exerceas.
- MEG. Quale hoc Athenis inest malum!
- DIC. Bono animo es, Megarice. Age, quo porcellos vendi-
disti pretio, accipe allia ista et salem; multumque vale.
- MEG. Sed valere apud nos moris non est.
- DIC. In meum ergo caput vertat, quia minus opportune dixi.
- MEG. O porcelli, facite nunc periculum, an sine patre possi-
tis edere mazam cum sale, si modo quis dederit.

ΧΟΡ. Sane iste homo beatus est : nonne audivisti, quo evadat consilium illud? lucrum faciet ille in foro desidens; et si quis ingressus fuerit Ctesias, aut delator alius, ejulans sedebit: nec alius quisquam clam obsonans tibi damnum dabit, nec affricabit Prepis impudicitiam suam tibi, nec in turba truderis a Cleonymo; verum lænam habens nitidam transibis: nec obviam tibi factus Hyperbolus litibus te implebit: nec in foro ambulans congregietur te Cratinus, semper forficibus cinædice tonsus: nec improbissimus ille Artemo, nimis expeditus arte musica, cui graveolens hircus in alis cubat: neque etiam te ludibrio habebit in foro Pauson ille pessimus, nec Lysistratus, Cholargensium opprobrium, sceleribus, quasi purpura, tinctus, algens et esuriens assidue plus triginta diebus quot mensibus.

παίειν ἐφ' ἀλὶ τὰν μάδδαν, αἴκα τις διδῶ.
 Χο. εὐδαιμονεῖ γ' ἄνθρωπος. οὐκ ἤκουσας, οἱ προβαίνει
 τὸ πρᾶγμα τοῦ βουλευµατος; καρπώσεται γὰρ ὠνήης
 ἐν τῇ ἴορᾷ καθήµενος·
 καὶν εἰσίῃ τις Κτησίας,
 ἢ συκοφάντης ἄλλος, οἰ-
 μώζων καθεδεῖται·
 οὐδ' ἄλλος ἀνδρώπων ὑποψωνῶν σε πημανεῖται·
 οὐδ' ἐξοµόρξεται Πρέπης τὴν εὐρυπρωκτίαν σοι·
 οὐδ' ὥστιεῖ Κλεωνόµω·
 χλαῖναν δ' ἔχων φανήν, δῖει·
 κοῦ ξυντυχῶν Ἵπέρβολος
 δικῶν ἀναπλήσει·
 οὐδ' ἐντυχῶν ἐν τῇ ἴορᾷ πρόσσεισί σοι βαδίζων
 Κρατῖνος ἀεὶ κεκαρµένος μοιχὸν μιᾷ μαχαίρᾳ·
 οὐδ' ὁ περιπόνηρος Ἀρτέµων,
 ὁ ταχύς ἄγαν τὴν μουσικὴν,
 ὄζων κακὸν τῶν µασχαλῶν
 πατὴρ Τραγασαίου·
 οὐδ' αὖθις αὖ σε σκώψεται Παύσων ὁ παμπόνηρος,
 Λυσίστρατός τ' ἐν τῇ ἴορᾷ, Χολαργέων ὄνειδος,
 ὁ περιαλουργὸς τοῖς κακοῖς,
 ῥιγῶν τε καὶ πεινῶν ἀεὶ
 πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας
 τοῦ μηνὸς ἐκάστου.

ΒΟΙΩΤΟΣ, ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ, ΝΙΚΑΡΧΟΣ, ΧΟΡΟΣ
ΘΕΡΑΠΩΝ Λαμάχου, ΚΗΡΥΞ, ΓΕΩΡΓΟΣ,
ΠΑΡΑΝΥΜΦΟΣ, ΑΓΓΕΛΟΙ, ΛΑΜΑΧΟΣ.

- Βο. *Ἰττω Ἡρακλῆς, ἕκαμόν γα τὰν τύλαν κακῶς
κατάθου τὴν γλάχων' ἀτρέμας, Ἴσμηνία'
ὕμεις δ', ὅσοι Θεΐβαθεν αὐληταὶ πάρα,
τοῖς ὀστίνοις φυσηῖτε τὸν πρωκτὸν κυνός.*
- Δι. *παῦ' ἐς κόρακας. οἱ σφῆκες οὐκ ἀπὸ τῶν θυρῶν ;
πῶθεν προσέπταν οἱ κακῶς ἀπολούμενοι
ἐπὶ τὴν θύραν μοι Χαιριδῆς βομβαύλιοι ;*
- Βο. *νεὶ τὸν Ἰόλαον, ἐπιχαρίτως γ' ἂν, ὦ ξένε·
Θεΐβαδι γὰρ φυσαῖντες ἐξόπισθ' ἐμοῦ,
τὰνθ' εἰα τὰς γλάχωνος ἀπέκιξαν χαμαί.
ἀλλ', εἴ τι βούλει, πρίασο, τῶν ἐγὼ φέρω,
τῶν ὀρταλίχων, ἢ τῶν τετραπτερυλλίδων.*
- Δι. *ὦ χαῖρε κολλικοφάγε Βοιωτίδιον.
τί φέρεις ;*
- Βο. *ὅσ' ἐστὶν ἀγαθὰ Βοιωτοῖς ἀπλῶς,
ὀρίγανον, γλαχῶ, ψιάθως, θρυαλλίδας,
νάσσας, κολοῖως, ἀτταγᾶς, φαλαρίδας,
τροχίλως, κολύμβως.*
- Δι. *ὡσπερὶ χειμῶν ἄρα
ὀρνιθίας, ἐς τὴν ἀγορὰν ἐλήλυθας.*
- Βο. *καὶ μὰν φέρω χᾶνας, λαγῶς, ἀλώπεκας,
σκάλοπας, ἐχίνως, αἰελούρας, πυκτίδας,
ἰκτίδας ἐνύδρας, ἐγγέλεις Καπαιίδας.*

BÆOTUS, DICÆOPOLIS, NICARCHUS, CHORUS,
FAMULUS Lamachi, PRÆCO, AGRICOLA, PARA-
NYMPHUS, NUNTII, LAMACHUS.

BÆOT. Testis sit Hercules, ut mihi pessime dolet callus hu-
meri. Depone placide pulegium, Ismenia: vos vero, quot-
quot adestis Thebani tibicines, osseis tibiis inflate canis cu-
lum.

DIC. Desine; in malam rem. Non facessent a foribus cra-
brones? unde advolarunt perditissimi ad januam mihi raucisoni
tibicines, pulli Chæridis?

BÆOT. Me volente sane, hospes, abierint in malam rem, ita
mihi faveat Iolaus: nam inde a Thebis pone me flantes, etiam
flores pulegii depulerunt humi. Sed, si lubet, eme quidpiam
istorum, quæ fero, gallos gallinaceos, aut cicadas.

DIC. O salve Bæotule, collicum helluo, quid fers?

BÆOT. Quidquid omnino boni est apud Bæotos, origanum,
pulegium, storeas, ellychnia, anates, graculos, attagenas, pha-
laridas, regulos, mergos—

DIC. Ergo quasi tempestas, quæ aves sternit humi, venisti
ad forum.

BÆOT. Quin etiam fero anseres, lepores, vulpes, talpas, eri-
naceos, feles, pyctidas, lutas, anguillas Copaicæas.

DIc. O qui suavissimum piscem fers hominibus, da mihi copiam illas salutandi, si fers anguillas.

BÆOT. Maxima virginum quinquaginta Copaidum, exi, et huic hospiti gratificare.

DIc. O dilectissima et dudum expetita, venisti desiderabilis comicis choris, grata etiam Morycho. Vos famuli efferte foculum mihi huc et flabellum. Spectate, pueri, pulcherrimam anguillam, quæ desiderata, vix demum sexto venit anno: salute ipsam, ô filii: prunas autem vobis præbebo, hujus hospitæ gratia. Sed intro aufer ipsam; nunquam enim ego, ne mortuus quidem, sine te velim esse, si cum betis cocta sis.

BÆOT. Hujus autem pretium quo pacto mihi solvetur?

DIc. Hanc dabis mihi tanquam vectigal fori. Sed siquid vendis ex ceteris istis, dic.

BÆOT. Equidem omnia.

DIc. Cedo, quanti ea æstimas? aut alias hinc merces vis reportare domum.

BÆOT. Quidquid Athenis est, quod non sit apud Bæotos.

DIc. Apuas itaque emes et asportabis, aut fictilia.

BÆOT. Apuas, inquis, aut fictilia? atqui hæc sunt illic; sed quod apud nos non est, hic autem affatim.

DIc. Equidem scio: asporta igitur quadruplatorem, sicut vas fictile ligatum.

BÆOT. Ita me Dioscuri ament, scilicet multum lucrifererem, si abducerem, tanquam simium flagitiis multis plenum.

Δι. ὦ τερπνότατον σὺ τέμαχος ἀνδρώποισ φέρων,
δός μοι προσειπεῖν, εἰ φέρεις τὰς ἐγγέλεις.

Βο. πρόσθεϊρα πενήκοντα ἑσπαῖδων κορᾶν,
ἑκβαδι, τῶδε κήπιχαρίττα τῷ ξένῳ.

Δι. ὦ φιλότατη σὺ, καὶ πάλαι ποδομένη,
ἤλθες ποδεινὴ μὲν τρυγωδικοῖς χοροῖς,
φίλη δὲ Μορύχῳ. δμῶες ἐξενέγκατε
τὴν ἐσχάραν μοι δεῦρο καὶ τὴν ριπίδα.
σκέψασθε, παῖδες, τὴν ἀρίστην ἐγγέλυ,
ἤκουσαν ἔκτω μάλιστα ἔτει ποδομένην·
προσείπατ' αὐτήν, ὦ τέκν'. ἀνδρακάς δ' ἐγὼ
ὑμῖν παρέξω, τῆσδε τῆς ξένης χάριν.
ἀλλ' ἔσφερ' αὐτήν· μηδὲ γὰρ θανάων ποτε
σοῦ χωρὶς εἶην ἐντετευτλανωμένης.

Βο. ἐμοὶ δὲ τιμὰ τᾶσδε πεῖ γενήσεται;

Δι. ἀγορᾶς τέλος ταύτην γέ που δώσεις ἐμοί.
ἀλλ' εἴ τι πωλεῖς τῶνδε τῶν ἄλλων, λέγε.

Βο. ἰώνγα ταῦτα πάντα.

Δι. φέρε, πόσου λέγεις;

ἢ φορτί' ἔτερ' ἐνθένδ' ἐκεῖσ' ἄξεις ἰών;

Βο. ὅ τι γ' ἔστ' Ἀθάναις, ἐν Βοιωτοῖσιν δὲ μή.

Δι. ἀφύας ἄρ' ἄξεις περιάμενος Φαληρικᾶς,
ἢ κέραμον.

Βο. ἀφύας ἢ κέραμον; ἀλλ' ἐντ' ἐκεῖ·
ἀλλ' ὅ τι παρ' ἀμῖν μή 'στι, τᾶδε δ' αὖ πολὺ.

Δι. ἐγῶδα· τοῖνον συκοφάντην ἔξαγε,
ὡσπερ κέραμον, ἐνδησάμενος.

Βο. νεὶ τῷ σιῶ,

λάβοιμι μὲντ' ἂν κέρδος, ἀγαγών, καὶ πολὺ,
ἄπερ πίδακον ἀλιτρείας πολλᾶς πλέον.

- Δι. καὶ μὴν ὀδὶ Νικάρχος ἔρχεται φανῶν.
Βο. μικκός γα μᾶκος οὗτος.
Δι. ἄλλ' ἅπαν κακόν.
Νι. ταυτὶ τίνος τὰ φορτί' ἐστὶ ;
Βο. τῶδ' ἔμοῦς
Θεῖβαθεν, ἴττω Ζεὺς.
Νι. ἐγὼ τοίνυν ὀδὶ
φαίνω πολέμια ταῦτα.
Βο. τί καὶ κακὸν παθῶν
ὄργανετοῖσι πόλεμον ἦρα καὶ μάχαν ;
Νι. καὶ σέ γε φανῶ πρὸς τοῖσδε.
Βο. τί ἀδικειμένος ;
Νι. ἐγὼ φράσω σοι τῶν περιεστῶτων χάριν.
ἐκ τῶν πολεμίων εἰσάγεις Θρυαλλίδας.
Δι. ἔπειτα φαίνεις δῆτα διὰ Θρυαλλίδας ;
Νι. αὕτη γὰρ ἐμπρήσειεν ἂν τὸ νεώριον.
Δι. νεώριον Θρυαλλίς ;
Νι. οἴμαι.
Δι. τίνοι τρόπων ;
Νι. ἔνθεις ἂν εἰς τίφην ἀνὴρ Βοιωτίας,
ἄψας ἂν ἐσπέμψειεν ἐς τὸ νεώριον
δι' ὕδροόας, βορέαν ἐπιτηρήσας μέγαν.
κεῖπερ λάβοιτο τῶν νεῶν τὸ πῦρ ἄπαξ,
σελαγοῖντ' ἂν εὐθύς.
Δι. ὦ κάκιστ' ἀπολούμενε,
σελαγοῖντ' ἂν ὑπὸ τίφης τε καὶ Θρυαλλίδος ;

DIC. Sed eccum commode huc venit Nicarchus iste quem-
piam delaturus.

BÆOT. Parvæ utique staturæ hic est.

DIC. Sed nihil nisi nequitia.

NIC. Cujusnam sunt istæ merces ?

BÆOT. Hujus hominis, mei, inquam, ex Thebis : testis sit
Jupiter.

NIC. Itaque hicce ego ista defero, utpote hostilia.

BÆOT. Quid, malum, eo te impellit, ut cum avibus bellum
pugnamque in eas ?

NIC. Immo te quoque deferam insuper.

BÆOT. Quanam in re læsus ?

NIC. Dicam equidem tibi, istorum gratia qui hic adstant :
ab hostibus importas ellychnia.

DIC. Itane, quæso, propter ellychnia hominem defers ?

NIC. Quippe unum eorum facile incenderet navale.

DIC. Ellychnium incenderet navale ?

NIC. Arbitror.

DIC. Quo pacto ?

NIC. Bœotius aliquis id infixum blattæ et incensum immit-
teret in navale per canalem, observato Boreæ flatu vehemen-
tiore, et si corripere naves ignis semel, extemplo flammis col-
lucerent cunctæ.

DIC. O perditissime ! itane vero collucerent flammis ob
blattam et ellychnium ?

Nic. Antestor.

Dic. Comprime ei os: da mihi sarmenta, ut eum illigem, feratque Bœotus, tanquam vas fictile, ne frangatur inter ferendum.

CHOR. Illiga bene, vir optime, hospiti mercem hanc, ut ne eam inter portandum frangat.

Dic. Id mihi curæ erit, quandoquidem tinnitus ejus arguit garrulum quiddam, et igni ruptum, et diis invisum.

CHOR. Quidnam vero faciet illo?

Dic. Vas erit ad omnia utile: crater malorum, trapetum litium, candelabrum ad reddendæ rationi obnoxios patefaciendos, et calix, in quo negotia mista turbentur.

CHOR. Sed quomodo quis secure utatur ejusmodi vase, cuius continuo strepitu tantopere personat domus?

Dic. Firmum est, ô bone, ut non facile frangatur unquam, si pedibus suspendatur demisso capite.

CHOR. Jam bene satis colligatus est.

BœOT. Equidem constitui manipulos meos colligere.

CHOR. Itaque, hospes optime, una sustolle hunc etiam prehensum, et ablatum jacito quocunque lubet, aptum ad omnia sycophantam.

Dic. Vix colligavi tandem hominem male perditum. Accipe et sustolle hoc fictile vas, ô Bœotie.

Ni. μαρτύρομαι.

Δι. ξυλλάμβαν' αὐτοῦ τὸ στόμα·
δός μοι φορυτὸν, ἵν' αὐτὸν ἐνδήσας φέρῃ,
ὥσπερ κέραμον, ἵνα μὴ καταγῆ φερόμενος.

Χο. ἐνδήσον, ὦ βέλτιστε, τῷ ξένῳ καλῶς
τὴν ἐμπολὴν οὕτως, ὅπως
ἂν μὴ φέρων κατάξῃ.

Δι. ἐμοὶ μελήσει ταῦτ', ἐπεὶ τοι καὶ ψοφεῖ
λαλόν τι καὶ πυρορῥαγές,
καῖλλως θεοῖσιν ἐχθρόν.

Χο. τί χρήσεται ποτ' αὐτῷ;

Δι. πάγχρηστον ἄγγος ἔσται,
κρατῆρ κακῶν, τριπτῆρ δικῶν,
φαίνειν ὑπευθύνους λυχνούχους, καὶ κύλιξ
τὰ πράγματ' ἐγκυκᾶσθαι.

Χο. πῶς δ' ἂν πεποιθοίη τις ἀγ-
γείῳ τοιούτῳ χρώμενος κατ' οἰκίαν
τοσόνδ' αἰεὶ ψοφοῦντι;

Δι. ἰσχυρόν ἐστιν, ὦ γὰρ, ὥστ'
οὐκ ἂν καταγείη ποτ', εἴ-
περ ἐκ ποδῶν κατακάρα κρέμαίτό γε.

Χο. ἤδη καλῶς ἔχει σοι.

Βο. μέλλω γέ τοι θερίδδεν.

Χο. ἀλλ', ὦ ξένων βέλτιστε, συν-
θερίζε, καὶ τοῦτον λαβὼν,
πρόβαλλ', ὅπου βούλει, φέρων
πρὸς πάντα συκοφάντην.

Δι. μόλις γ' ἐνέδησα τὸν κακῶς ἀπολούμενον.

- αἴρου λαβῶν τὸν κέραμον, ᾧ Βοιώτιε.
 Βο. Ἴθι δῆθ', ὑπόκυπτε τὰν τύλαν, Ἴσμηγιχε,
 χῶπῳς κατοίσεις αὐτὸν εὐλαβούμενος.
 Δι. πάντως μὲν οἴσεις οὐδὲν ὑγίης· ἀλλ' ὄμως
 κἄν τοῦτο κερδάνοις ἄγων τὸ φορτίον·
 εὐδαιμονήσεις συκοφαντῶν γ' οὐνεκα.
 Θε. Λα. Δικαιοπόλι.
 Δι. τίς ἐστι; τί με βωστρεῖς;
 Θε. ὅτι
 ἐκέλευσε Λάμαχος σε ταύτης τῆς δραχμῆς
 εἰς τοὺς Χοᾶς αὐτῷ μεταδοῦναι τῶν κιχλῶν·
 τριῶν δραχμῶν δ' ἐκέλευε Κωπαῖδ' ἐγχέλυν.
 Δι. ὑποῖος οὗτος Λάμαχος τὴν ἐγχέλυν;
 Θε. ὁ δεινός, ὁ ταλαύρινος, ὃς τὴν Γοργόνα
 πάλλει, κραδαίνων τρεῖς κατασκίους λόφους.
 Δι. οὐκ ἂν, μὰ Δί', εἰ δοίη γ' ἐμοὶ τὴν ἀσπίδα·
 ἀλλ' ἐπὶ ταρίχη τοὺς λόφους κραδαινέτω·
 ἦν δ' ἀπολιγαίνη, τοὺς ἀγορανόμους καλῶ.
 ἐγὼ δ' ἐμαυτῷ τῶδε λαβῶν τὸ φορτίον,
 εἴσειμι ὙΠΑΪ ΠΤΕΡΥΓΩΝ ΚΙΧΛΑΝ ΚΑΙΚΟ-
 ΨΙΧΩΝ.
 Χο. εἶδες ᾧ, εἶδες, ᾧ
 πᾶσα πόλι, τὸν φρόνιμον ἄνδρα, τὸν ὑπέροσφον,
 οἷ ἔχει σπεισάμενος ἐμπορικὰ χεῖματα διεμπολᾶν,
 ᾧν τὰ μὲν ἐν οἰκίᾳ
 χεῖσιμα· τὰ δ' αὖ πρόπει χλιαρὰ κατεσθίειν
 τῶδ' ἐπὶ τὸ δεῖπνον. ἅμα καὶ μεγάλα δὴ φρονεῖ·
 τοῦ βίβει δ' ἐξέβαλε δειῖμα, τὰδε τὰ πτερὰ πρὸ τῶν θυρῶν.

ΒΕΟΤ. Agedum submitte callosum humerum, Ismeniche, et operam da, ut feras istum caute.

ΔΙC. Nihil utique boni feres, sed tamen id saltem lucri fereris, hoc ferens onus: beatus eris quadruplatorum gratia.

FAM. LAM. Dicæopolî.

ΔΙC. Quis est? quid me vocas?

FAM. Quia postulat a te Lamachus, ut sibi pro ista drachina turdos impertias aliquot ad Choas: postulat etiam ut sibi tribus drachmis vendas anguillam Copaicam.

ΔΙC. Qualis est ille Lamachus, qui anguillam petit?

FAM. Ille terribilis, ille laborum patiens, qui clypeum Gorgone insignitum concutit, motans tres umbrosas cristas.

ΔΙC. Non ei meherecle venderem, etiamsi mihi daret illum suum clypeum: sed ad salsamenta cristas suas motans se conferat: si autem tumultuabitur, Agoranomos advocabo. Ego autem adsumtis his, quæ emi, intrabo *sublatus alis turdorum et merularum*.

CHOR. Vidistis, vidistis, ô cives omnes, virum prudentem et sapientissimum, ut ei nunc, postquam inducias pepigit, omnia coëmere liceat, quæ solent a mercatoribus advehi, quorum alia domi sunt utilia, alia comedentem juvant, tepida cœnæ adposita. Simul etiam magnos spiritus sumit, hasque plumas ante

ostium projicit, documento futuras opipari victus: bona huic sponte suggeruntur omnia. Martem ego nunquam excipiam domo, neque apud me unquam Harmodium cantabit mecum accumbens, quia vinolentus et contumeliosus homo est, qui ad nos omnibus abundantes bonis commissabundus irruens, omnia nobis intulit mala, evertens, effundens, et cædens etiam, tametsi eum sæpe invitabamus comiter his verbis: *Bibe, accumbe, cape hoc amicitiae poculum.* At ille multo magis flammam admovebat ridicis, effundebatque nostrum vinum violenter e vitibus.

DIC. O Veneris venustæ, et amicarum Gratiarum socia Pax, mene ignorasse, quam pulchra esses facie? Utinam me et te copulet Amor aliquis, coronatus rosis, ut iste pictus! aut forte putas me nimis esse senem? sed si teprehendam, videor mihi adhuc tria tibi applicaturus commoda: primo quidem ducam viticulæ longum sulcum; deinde juxta hunc tenera germina ficuum, et tertio loco vitis palmitem plantabo ille ego senex, et circa prædium omne seram oleas, ut ambo ungamur oleo festis noviluniis.

ΡΗΕC. Audite populi. More patrio congiis potate ad tubæ clangorem: qui autem exhausserit primus, utrem Ctesiphontis accipiet.

DIC. O pueri, ὁ mulieres, nonne audivistis? quid agitis? non auscultatis præconi? Elixas facite, torrete, versate in igne,

αὐτόματα πάντ' ἀγαθὰ τῷδ' ἔγε πορίζεται.
οὐδέ ποτ' ἐγὼ πόλεμον οἴκαδ' ὑποδέξομαι·
οὐδὲ παρ' ἐμοί ποτε τὸν Ἀρμόδιον ἄσεται
ξυγκακακλινεῖς, ὅτι παροίνιος ἀνὴρ ἔφυ,
ὅστις ἐπὶ πάντ' ἀγάθ' ἔχοντας ἐπικωμάσας,
εἰργάσατο πάντα κακὰ, κἀνέτραπε, κἀξέχει,
κἀμάχετο, καὶ προσέτι πολλὰ προκαλουμένους·

Πῖνε, κατάκεισο, λαβὲ τήνδε φιλοτησίαν.---
τὰς χάρακας ἦπτε πολὺ μάλλον ἐν τῷ πυρὶ,
ἐξέχει δ' ἡμῶν βία τὸν οἶνον ἐκ τῶν ἀμπέλων.
Δι. ὦ Κύπριδι τῇ καλῇ καὶ Χάρισι ταῖς φίλαις
ξύντροφε Διαλλαγῇ,
ὡς καλὸν ἔχουσα τὸ πρῶσωπον ἄρ' ἐλάνθανες.
πῶς ἂν ἐμὲ καὶ σέ τις Ἐβρος ξυναγάγοι λαβῶν,
ὡσπερ ὁ γεγραμμένος, ἔχων στέφανον ἀνδρέμων;
ἢ πάνυ γερόντιον ἴσως νενομικὰς με σύ;
ἀλλὰ σε λαβῶν, τρία δοκῶ γ' ἂν ἔτι προσβαλεῖν.
πρῶτα μὲν ἂν ἀμπελίδος ὄρχον ἐλάσαι μακρόν·
εἶτα παρὰ τόνδε νέα μοσχίδια συκίδων·
καὶ τὸ τρίτον ἡμερίδος ὄσχον, ὁ γέρων ὀδὶ,
καὶ περὶ τὸ χωρίον ἅπαν ἐλαΐδας ἐν κύκλῳ,
ὡστ' ἀλείφουσθαι σ' ἀπ' αὐτῶν, κἀμὲ, ταῖς νομηναῖαις.

Κη. ἀκούετε λεῶ· κατὰ τὰ πάτρια τοὺς χοῶς
πίνειν ὑπὸ τῆς σάλπιγγος· ὅς δ' ἂν ἐκπίη
πρῶτιστος, ἄσκον Κτησιφῶντος λήψεται.
Δι. ὦ παῖδες, ὦ γυναῖκες, οὐκ ἠκούσατε;
τί δρᾶτε, τοῦ κήρυκος οὐκ ἀκούετε;
ἀναβράττετ', ἐξοπτᾶτε, τρέπετ', ἀφέλκετε

- τὰ λαγῶα, ταχέως τοὺς στεφάνους ἀνείρετε.
 Φέρε τοὺς ὀβελίσκους, ἵν' ἀναπέρω τὰς κίχλας.
- Χο. ζηλῶ σε τῆς εὐβουλίας,
 μᾶλλον δὲ τῆς εὐωχίας,
 ἄνδρῶπε, τῆς παρούσης.
- Δι. τι δῆτ', ἐπειδὴν τὰς κίχλας
 ὀπτωμένας ἴδητε;
- Χο. οἴμαι σε καὶ τοῦτ' εὖ λέγειν.
- Δι. τὸ πῦρ ὑποσκάλευε.
- Χο. ἤκουσας, ὡς μαγειρικῶς,
 κομψῶς τε, καὶ δειπνητικῶς
 αὐτῷ διακουεῖται;
- Γε. οἴμοι τάλας.
- Δι. ὦ Ἡράκλεις, τίς οὐτοσί;
- Γε. ἀνὴρ κακοδαίμων.
- Δι. κατὰ σεαυτὸν νυν τρέπου.
- Γε. ὦ φίλτατε, σπονδαὶ γὰρ εἰσί σοι μόνω,
 μέτρησον εἰρήνης τι μοι, κἄν πέντ' ἔτη.
- Δι. τί δ' ἔπαθες;
- Γε. ἐπετρέβην ἀπολέσας τὰ βόε.
- Δι. πῶθεν;
- Γε. ἀπὸ Φυλῆς ἔλαβον οἱ Βοιωτίοι.
- Δι. ὦ τρισκακοδαίμων, εἴτα λευκὸν ἀμπέχει;
- Γε. καὶ ταῦτα μέντοι, νῆ Δί', ὡπερ μ' ἐτρεφέτην
 ἐν πᾶσι βολίτοις.
- Δι. εἴτα νυνὶ τοῦ δέει;
- Γε. ἀπόλωλα τῷ Φθαλμῷ, δακρύων τὰ βόε.
 ἄλλ', εἴ τι κῆδει Δερκέτου Φυλασίου,

detrahite a veribus carnes leporinas : ocius corollas nectite :
 cedo vericula, ut figam turdos.

CHOR. Nemo est, qui eam mihi nunc quovis pacto eripiat, si semel in meas venerit manus.

TRYG. Heu! heu! occiditis me, ó viri, nisi clamorem remittatis. Foras enim se proripiens omnia hæc conturbabit pedibus.

CHOR. Misceat sane, et conculcet omnia, et turbet: non enim facile gaudio moderabimur hodie.

TRYG. Quid hoc mali est? quid accidit vobis, ó viri? Neutiquam, per deos obsecro, corrumpatis saltando pulcherrimum negotium.

CHOR. Equidem hercle saltare non cogito; verum præ voluptate, me non movente, ipsa crura saltitant.

TRYG. Ne amplius etiam: sed desine, desine saltare.

CHOR. En jam desii.

TRYG. Dicis quidem: sed nondum desinis.

CHOR. Unam hanc choream sine me ducere, et non amplius.

TRYG. Hanc unam ergo: at ne præterea saltetis quidquam.

CHOR. Non saltaremus, si quid tibi prodessemus.

TRYG. Sed videte, nondum desiistis.

CHOR. Istuc modo crus dextrum si jactavero, jam tum me hercle desinam.

TRYG. Hoc equidem vobis ita concedo, ut amplius mihi molesti ne sitis.

CHOR. Sed et sinistrum etiam necesse est ut nonnihil jactem. Quippe lætus sum, et lætitia differor, et pedo, et rideo, magis quam si senectam exuissem, quia clypeum effugi.

TRYG. Ne gaudete, quæso, adhuc; nondum enim certo rem scitis. Sed quando prehenderimus ipsam, tunc gaudete, et clamate, et ridete. Quippe tum demum licebit vobis navigare, manere, futuere, dormire, interesse ludis solemnibus, epulari, cottabo ludere, Sybariticis deliciis frui, *Iu! Iu!* exclamare.

CHOR. Utinam mihi liceat videre hunc diem aliquando. Ærumnas enim toleravi multas, et stramenta, Phormionis peculium. Nec amplius me invenies judicem acerbum et difficilem, nec asperum durumque ingenio, sed mollem me videbis, multoque mitiorem, ubi solutus fuero belli molestiis. Etenim satis longo jam tempore perimus et atterimur, dum vagamur in Lyceum et ex Lyceo cum hasta et cum clypeo. Sed quo facto tibi maxime gratificemur age eloquere: te enim imperatorem legit nobis benigna quædam fortuna.

TRYG. Age jam dispiciam, quorsum istos lapides amoliermur.

MERC. O impure et temerarie, quid facere cogitas?

TRYG. Nihil mali; sed id quod Cillicon.

MERC. Periisti homo infelix.

Τρ. μηκέτ' οὖν νυνί γε χαίρετ'. οὐ γὰρ ἴστε πω σαφῶς.
ἀλλ' ὅταν λάβωμεν αὐτήν, ττηνικαῦτα χαίρετε,
καὶ βοᾶτε, καὶ γελαῖτ'. ἦ-
δη γὰρ ἔξεσται τόθ' ὑμῖν
πλεῖν, μένειν, κινεῖν, καθεύδειν
ἔς πανηγύρεις θεωρεῖν,
ἔστιᾶσθαι, κοτταβίζειν,
συβαρίζειν,
ιοῦ, ιοῦ κεκραγέμαι.

Χο. εἶθε μοι ταύτην ἰδεῖν γένοιτό ποτε τὴν ἡμέραν.
πολλὰ γὰρ ἀνεσχόμην
πράγματά τε, καὶ σιβάδας, ἃς ἔλαχε Φορμίων.
κούκέτ' ἂν μ' εὖροις δικαστὴν δριμύν, οὐδὲ δύσκολον,
οὐδὲ τὲς τράπες γε δήπε σκληρόν, ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ,
ἀλλ' ἀπαλὸν ἂν μ' ἴδοις
καὶ πολὺ νεώτερον, ἀ-
παλλαγέντα πραγμάτων.
καὶ γὰρ ἱκανὸν χρόνον ἀ-
πολλύμεθα, καὶ κατατετρίμμεθα, πλανώμενοι
ἔς Λυκεῖον, καὶ Λυκεῖου,
σὺν δορὶ, σὺν ἀσπίδι τε
ἀλλ', ὅ τι μάλιστα χαριούμεθα ποιούντες, ἄγε
φράζε· σὲ γὰρ αὐτοκράτορ'
εἶλετ' ἀγαθὴ τις ἡμῖν τύχη.

Τρ. φέρε δὴ κατῖδω ποῖ τοὺς λίθους ἀφέλξαμεν.

Ερ. ὦ μιαρὲ, καὶ τολμηρὲ, τί ποιεῖν διανοεῖ;

Τρ. οὐδὲν πονηρὸν, ἀλλ' ὅπερ καὶ Κιλλικίων.

Ερ. ἀπόλωλας, ὦ κακόδαιμον.

- Τρ. οὐκοῦν, ἦν λάχω.
 Ἐρ. Ἐρμῆς γὰρ ἂν, κλήρω ποιήσεις οἶδ' ὅ τι.
 ἀπόλωλας, ἐξόλωλας.
 Τρ. ἐς τίν' ἡμέραν ;
 Ερ. ἐς αὐτίκα μαλ' .
 Τρ. ἀλλ' οὐδὲν ἡμπόληκά πα,
 οὔτ' ἄλφιτ', οὔτε τυρὸν, ὡς ἀπολούμενος.
 Ερ. καὶ μὴν ἐπιτέτριψαί γε.
 Τρ. καῖτα τῷ τρόπῳ
 οὐκ ἤσθόμην ἀγαθὸν τοσουτονὶ λαδῶν ;
 Ερ. ἄρ' οἶσθα, θάνατον ὅτι προσεῖφ' ὁ Ζεὺς, ὃς ἂν
 ταύτην ἀνορύττων εὐρεθῆι ;
 Τρ. νῦν ἄρ' ἐμὲ
 ἅπασ' ἀνάγκη 'στ' ἀποθανεῖν ;
 Ερ. εὖ ἴσθ' ὅτι.
 Τρ. ἐς χοιρίδιόν μοί νυν δάνεισον τρεῖς δραχμάς.
 δεῖ γὰρ μυθῆναί με, πρὶν τεθνηκέναι.
 Ερ. ὦ Ζεῦ κεραυνοβρόντα.
 Τρ. μὴ, πρὸς τῶν θεῶν,
 ἡμῶν κατείπης, ἀντιβολῶ σε, δέσποτα.
 Ερ. οὐκ ἂν σιωπήσαιμι.
 Τρ. ναὶ, πρὸς τῶν κρεῶν,
 ἀγὰρ προθύμως σοι φέρων ἀφικόμεν.
 Ερ. ἀλλ', ὦ μέλει', ὑπὸ Διὸς ἀμαλδυνθήσομαι,
 εἰ μὴ τετορήσω ταῦτα καὶ λακήσομαι.
 Τρ. μὴ νῦν λακήσης, λίσσομαί σ', ὦ ῥμίδιον.
 εἴπ' ἐμοὶ, τί πάσχει', ὦ νδρες ; ἔστατ' ἐκπεπληγμένοι.
 ὦ πόνηροι, μὴ σιωπάτ'· εἰ δὲ μὴ, λακήσεται.

TRYG. Siquidem sortitio fiat: tu enim, qui Mercurius es, sortibus dirigendis quid facturus sis scio.

MERC. Periisti, interiisti.

TRYG. In quem diem ?

MERC. Jam statim.

TRYG. At nihil adhucdum emi, nec farinam, nec caseum, tanquam periturus.

MERC. Atqui jam contritus es.

TRYG. Quomodo ergo non sensi me tanta affici voluptate ?

MERC. Num scis Jovem prædixisse mortem illi, qui hanc effodiens deprehensus fuerit ?

TRYG. Ergone nunc me mori omnino necesse est ?

MERC. Scias hoc ita esse.

TRYG. Da igitur mutuas mihi tres drachmas in porcellum ; oportet enim initiari me, priusquam moriar.

MERC. O Jupiter fulminator---

TRYG. Per deos obsecro, domine, ne nos indices.

MERC. Nolim silere.

TRYG. Immo per carnes te rogo, quas tibi ultro adtuli.

MERC. At, ὁ miselle, eradicabit me Jupiter, nisi alto clamore hæc palam fecero.

TRYG. Noli nunc clamare, obsecro te, Mercuriole. Vos vero dicite mihi, quid accidit vobis ? sic statis attoniti ? ὁ perdit ; ne parcite precibus ; sin minus, consilium nostrum clamore denuntiabit ille.

CHOR. Neutiquam, ô domine Mercuri, neutiquam hoc feceris, si quem gratum et acceptum tibi porcellum a me oblatum meministi te comedere, nec meritum illud parvipendas istoc in negotio.

TRYG. Non audis, ut adulentur tibi, ô Rex domine ?

CHOR. Ne fias iratus ex propitio supplicibus nobis, ut istam nancisci nequeamus : sed gratificare nobis, ô humanissime, et munificentissime deorum, si detestaris Pisandri cristas et supercilia : sic te victimis sacris, et supplicationibus magnificis honorabimus, ô domine, semper.

TRYG. Age, obsecro, miserere supplicis eorum vocis, quoniam majori etiam te quam antehac cultu dignantur.

MERC. Furaciores enim nunc sunt quam antehac.

TRYG. Atque tibi indicabo rem atrocem et magni momenti, quæ contra deos omnes suscipitur.

MERC. Age, sodes, eloquere : forte enim permoveris me.

TRYG. Namque Luna et veterator ille Sol vobis insidiantur a longo jam tempore : Barbaris produnt Græciam.

MERC. Curnam vero id faciunt ?

TRYG. Quia hercle nos quidem vobis sacrificamus : istis autem barbari sacrificant. Quocirca, ut par est, vellent vos omnes perire, ut sacra, quæ ceteris diis offerri solent, acciperent ipsi omnia.

Χο. μηδαμῶς, ὦ δέσποτ' Ἐρμῆ, μηδαμῶς, μὴ, μηδαμῶς, εἴ τι κεχαρισμένον

χοιρίδιον ὄσθα παρ' ἐμοῦ γε κατεδηδοκῶς, κείνο μὴ φαῦλον νομίζων τουταῖ τῷ πράγματι.

Τρ. οὐκ ἀκούεις, οἷα θωπεύουσί σ', ὦ νᾶξ δέσποτα ;

Χο. ἡμῖν ἀντιβολοῦσιν, ὦ νᾶξ, μὴ γένη παλίγκοτος, ὥστε τήνδε μὴ λαβεῖν·

ἀλλὰ χάρισαι, φιλιαν-
θρωπότητε, καὶ μεγαλο-
δωρότατε δαιμόνων,

εἴ τι Πεισάνδρῳ βδελύττει τοὺς λόφους καὶ τὰς ὀφρῦς.

καὶ σε θυσίαισιν ἰε-
ραῖσι, προσόδοις τε μεγά-
λαισι διαπαντός, ὦ
δέσποτ', ἀγαλοῦμεν ἀεὶ.

Τρ. ἴθ' ἀντιβολῶ σ', ἐλέησον αὐτῶν τὴν θπα, ἐπεὶ σε καὶ τιμῶσι μᾶλλον ἢ πρὸ τοῦ.

Ερ. κλέπται γὰρ εἰσι νῦν γε μᾶλλον, ἢ πρὸ τοῦ.

Τρ. καὶ σοὶ φράσω τι πρᾶγμα δεινὸν καὶ μέγα, ὃ τοῖς θεοῖς ἅπασιν ἐπιβουλεύεται.

Ερ. ἴθι δὴ, κάτειπ'· ἴσως γὰρ ἂν πείσῃς ἐμέ.

Τρ. ἡ γὰρ Σελήνη, χῶ πανοῦργος Ἥλιος, ὑμῖν ἐπιβουλεύουσι πολλὸν ἤδη χρόνον. τοῖς βαρβάροισι προδίδοτον τὴν Ἑλλάδα.

Ερ. ἵνα τί δὲ τοῦτο δρᾶτον ;

Τρ. ὅτι, νῆ τὸν Δία,

ἡμεῖς μὲν ὑμῖν θύομεν· τούτοισι δὲ οἱ βάρβαροι θύουσι. διὰ τοῦτ' εἰκότως

- βούλουντ' ἂν ὑμᾶς πάντας ἐξολωλέναι,
 ἵνα τὰς τελετὰς λάβοιεν αὐτοὶ τῶν θεῶν.
- Ερ. ταῦτ' ἄρα πάλαι τῶν ἡμερῶν παρεκλεπτέτην,
 καὶ τοῦ κύκλου παρετέρωγον ὑφ' ἄρματωλίας.
- Τρ. ναὶ μὰ Δία. πρὸς ταῦτ', ὦ φίλ' Ἐρμῆ, ξύλλαβε
 ἡμῖν προθύμως, τήνδε καὶ ξυνέλκυσον.
 καὶ σοὶ τὰ μεγάλ' ἡμεῖς Παναθήναι' ἄξομεν,
 πάσας τε τὰς ἄλλας τελετὰς τὰς τῶν θεῶν,
 Μυστήρι' Ἐρμῆ, Διῖπόλει, Ἀδώνια·
 ἄλλαι τέ σοι πόλεις, πεπαυμέναι κακῶν,
 Ἄλεξικάκῃ θύσουσιν Ἐρμῆ πανταχοῦ.
 χ' ἄτερ' ἔτι πόλλ' ἔξεις ἀγαθὰ. πρῶτον δέ σοι
 δῶρον δίδωμι τήνδ', ἵνα σπένδειν ἔχῃς.
- Ερ. οἴμ' ὡς ἐλεήμων εἶμ' αἰεὶ τῶν χρυσιδῶν.
 ὑμέτερον ἐντεῦθεν ἔργον, ὦ ἄνδρες· ἀλλὰ ταῖς ἄμαις
 εἰσιόντες ὡς τάχιστα τοὺς λίθους ἀφέλκετε.
- Χο. ταῦτα δράσομεν· σὺ δ' ἡμῖν, ὦ θεῶν σοφώτατε,
 ἄττα χρῆ ποιεῖν, ἐφ'esτῶς φράζε δημιουργικῶς·
 τἄλλα δ' εὐρήσεις ὑπαργεῖν ὄντας ἡμᾶς οὐ κακοῦς.
- Τρ. ἄγε δὴ σὺ ταχέως ὑπεχε τὴν φιάλην, ὅπως
 ἔργω φιαλοῦμεν, εὐξάμενοι τοῖσιν θεοῖς.
- Ερ. σπονδῆ, σπονδῆ·
 εὐφημεῖτε, εὐφημεῖτε.
- Τρ. σπένδοντες εὐχάμεσθα, τὴν νῦν ἡμέραν
 Ἑλλησιν ἄρξαι πᾶσι πολλῶν ἀγαθῶν·
 χῶσττις προθύμως ξηλλάβῃ τῶν σχοινίων,
 τοῦτον τὸν ἄνδρα μὴ λαθεῖν ποτ' ἀσπίδα.
- Χο. μὰ Δί' ἄλλ' ἐν εἰρήνῃ διάγειν με τὸν βίον,

MERC. Hæc ergo causa est, cur dudum dies imminuerunt clanculum, et orbem arrosurunt aurigatione subdola.

TRYG. Rem hercle loquere. Proinde, amice Mercuri, adjuva nos alacri animo, et illam una nobiscum extrahe. Atque tibi magna illa Panathenæa celebrabimus, ceterasque omnes deorum ferias, ita ut deinceps in honorem Mercuri agitentur Mysteria, Diipolia, Adonia : tum ceteræ urbes a malis liberatæ Averruncatori sacrificabunt Mercurio ubique : aliaque præterea multa habebis bona. Primum autem dono tibi phialam hanc do, ut ea libare possis.

MERC. Hei, quam misericors semper sum vasorum aureorum gratia ! Vestrum deinceps negotium est, ô viri : age cum ligonibus ingressi ocus lapides amovete.

CHOR. Hoc agemus : tu vero nobis, ô deorum sapientissime, adsta, et, ut fabrùm præfectus, quidquid facto opus sit, impe- ra : ceterum invenies nos ad ministrandum non ignavos.

TRYG. Agedum tu ocus porrige phialam, ut opus auspice- mur deos precati.

MERC. Libatio fit, libatio : ore favete, ore favete.

TRYG. Inter libandum precamur, ut præsens dies fiat mul- torum bonorum Græcis omnibus initium ; quique prompto ani- mo funes nobiscum contigerit, ille vir ut nunquam sumat cly- peum.

CHOR. Edepol ne clypeum sumam : sed in pace potius degam ætatem, habens amicam et fodicans carbones.

TRYG. Quisquis autem bellum præoptat, is nunquam desinat, ð dive Bacche, e cubitis suis telorum cuspides eximere.

CHOR. Tum si quis cupiens ordines ducere, tibi lucis usuram invidet, ð diva Pax, in præliis idem ei contingat, quod Cleonymo solet.

TRYG. Tum si quis hastarum faber, aut institor clypeorum, ut merces suas melius vendat, bellum cupit, is a prædonibus captus nihil nisi hordeum comedit.

CHOR. Tum si quis imperator esse volens non adjuverit, aut servus aliquis transfugere ad hostes parans, in rota versetur et flagris cædatur: nobis vero bona eviniant IH ΠΑΙΩΝ IH.

TRYG. Aufer istud ΠΑΙΕΙΝ et dic tantum IH.

CHOR. IH, IH ergo, IH tantum dico.

TRYG. Mercurio, Gratiis, Horis, Veneri, Cupidini—

CHOR. Et Marti.

TRYG. Non, non.

CHOR. Nec saltem Enylio?

TRYG. Non.

CHOR. Subtendite quisque, et funibus deducite lapidem.

MERC. O eia.

CHOR. Eia magis.

MERC. O eia.

CHOR. Eia adhuc magis.

MERC. O eia, ð eia.

TRYG. Sed pari jugo non trahunt viri. Nonne simul incum-

- ἔχονθ' ἑταῖραν, καὶ σκαλεύοντ' ἀνδρακας.
 Τρ. ὅστις δὲ πώλεμον μάλλον εἶναι βούλεται,
 μηδέποτε παύσασθ' αὐτὸν, ὦ Διόνυσ' ἀναξ,
 ἐκ τῶν ὀλεκράνων ἀκίδας ἐξαιρούμενον.
 Χο. κεί τις ἐπιθυμῶν ταξιαρχεῖν, σοὶ φθονεῖ
 εἰς φῶς ἀνελθεῖν, ὦ πόντιά γ', ἐν ταῖς μάχαις
 πάσχοι γε τοιαῦθ', οἶά περ Κλεώνυμος.
 Τρ. κεί τις δορυξόος, ἢ κάπηλος ἀσπίδων,
 ἢ ἐμπολᾶ βέλτιον, ἐπιθυμεῖ μαχῶν,
 ληφθεῖς ὑπὸ ληστῶν ἐσθιοὶ κριθὰς μόνως.
 Χο. κῆν τις, στρατηγεῖν βουλόμενος, μὴ ξυλλάβῃ,
 ἢ δοῦλος αὐτομολεῖν παρσκευασμένος,
 ἐπὶ τοῦ τροχοῦ γ' ἔλκοιτο μαστιγοῦμενος·
 ἡμῖν δ' ἀγαθὰ γένοιτ'. ἰὴ Παιῶν, ἰή.
 Τρ. ἄφελε τὸ παίειν, ἀλλ' IH μόνον λέγε.
 Χο. ἰή, ἰή τοίνυν, ἰὴ μόνον λέγω.
 Τρ. Ἑρμῆ, Χάρισιν, Ὀρραῖσιν, Ἀφροδίτῃ, Πόθῳ.
 Χο. Ἄρει δέ.
 Τρ. μῆ, μῆ.
 Χο. μῆδ' Ἐνυαλίῳ γε;
 Τρ. μῆ.
 Χο. ὑπότεινε δὴ πᾶς, καὶ κάταγε τοῖσιν κάλως.
 Ερ. ὦ εἶα.
 Χο. εἶα μάλα.
 Ερ. ὦ εἶα.
 Χο. εἶα ἔτι μάλα.
 Ερ. ὦ εἶα, ὦ εἶα.
 Τρ. ἀλλ' οὐχ ἔλκουσ' ἀνδρες ὁμοίως.

οὐ ξυλλήψεσθ' ; οἳ' ὀγκύλλεσθ' .
οἰμώξεσθ' , ὦ Βοιωτοί .

Ερ.

εἶα νῦν .

Τρ.

εἶα ὦ .

Χο.

ἄγετον, ξυνέλκετον καὶ σφάω .

Τρ.

οὐκουν ἔλκω, κἀξαρτῶμαι,
κἀπεμπίπτω, καὶ σπουδάζω ;

Ερ.

πῶς οὖν οὐ χωρεῖ τούργον ;

Χο.

ὦ Λάμαχ', ἀδικεῖς ἐμποδῶν κατ' ἴμενος .
οὐδὲν δεόμεθ', ὦ ἄνθρωπε, τῆς σῆς μορμόνος .

Ερ.

οὐδ' οἶδε γ' εἶλκον . οὐδὲν Ἀργεῖοι πάλαι,
ἀλλ' ἢ κατεγέλων τῶν ταλαιπωρουμένων,
καὶ ταῦτα διχῶδες μισθοφοροῦντες ἀλφίτα .

Τρ.

ἀλλ' οἱ Λάκωνες, ὦ γὰρ', ἔλκουσ' ἀνδρικῶς .

Ερ.

ἄρ' οἶσθ' ; ὅσοι γ' αὐτῶν ἔχονται τοῦ ξύλου,
μόνοι προθυμοῦντ' . ἀλλ' ὁ χαλκεὺς οὐκ ἔσ' .

Χο.

οὐδ' οἱ Μεγαρῆς δρῶσ' οὐδὲν . ἔλκουσιν δ' ὅμως
γλισχρότατα σαρκάζοντες, ὥσπερ κυνίδια,
ὑπὸ τοῦ γε λιμοῦ, νῆ Δί', ἐξολωλότες .

Τρ.

οὐδὲν ποιοῦμεν, ὦ ἄνδρες, ἀλλ' ἰμοθυμαδὸν
ἄπασιν ἡμῖν αὖθις ἀντιληπτέον .

Ερ.

ὦ εἶα .

Τρ.

εἶα μάλα .

Ερ.

ὦ εἶα .

Τρ.

εἶα νῆ Δία .

Ερ.

ὦ εἶα, ὦ εἶα .

Χο.

μικρὸν κινουμέν γ' .

Τρ.

οὐ δεινὸν

betis? ut turgentes simulato nisu operam frustramini! male
plorabitis, vos Bæotii.

MERC. Eia ergo.

TRYG. Eia ô!

CHOR. Agite vos etiam una trahite.

TRYG. Ergone non traho, et ex fune pendeo, et incumbo, et
serio rem gero?

MERC. Qui fit ergo, ut non procedat opus?

CHOR. O Lamache, injuriosus es, qui nobis obstas hic sedens:
nihil opus est nobis, ô bone, tua Gorgone.

MERC. Nec isti traxerunt. Dudum est, quum Argivi nihil
aliud curant, quam ut derideant eos, qui conflictantur ærum-
nis, præsertim quum bifarium mereant stipendia.

TRYG. Sed Lacones, ô bone, trahunt strenue.

MERC. Scinne vero, ut trahant? quotquot eorum ligna trac-
tant, ii soli enixe incumbunt; sed non sinit ærarius faber.

CHOR. Nec Megarenses quicquam agunt; trahunt tamen,
perquam avide diducentes rictum, catulorum instar dum ossa
arrodunt, quippe qui fame mehercle pereant.

TRYG. Nihil promovemus, ô viri: sed uno animo omnes nos
denuo adniti oportet.

MERC. O eia

TRYG. Eia magis.

MERC. O eia.

TRYG. Eia mehercle.

MERC. O eia, ô eia.

CHOR. Parum sane promovemus.

TRYG. Nonne indignum est alios quidem tendere et trahere,
alios vero retrahere? Plagas accipietis vos Argivi.

MERC. Eia ergo.

TRYG. Eia ó!

CHOR. Quam malevoli sunt quidam inter nos!

TRYG. Vos ergo, qui pacis cupiditate flagratis, trahite fortiter.

CHOR. Sed sunt, qui impediunt.

TRYG. Viri Megarenses, nonne malo cruciatu hinc facessetis? odit enim vos Dea, aliorum memor, quibus illam unxistis primi. Vobis etiam Atheniensibus edico, ut desinatis isti adhærere parti, unde nunc trahitis: non enim nisi iudiciis exercendis occupati estis. Sed si cupitis illam extrahere, ad mare nonnihil recedite.

CHOR. Agite, ó viri, capessamus jam opus nos soli agricolæ.

MERC. Proceedit sane negotium multo magis vobis, ó viri.

CHOR. Ait procedere negotium: sed enitere quisquis ades.

TRYG. Profecto soli agricolæ opus extrahendo peragunt, et nemo alius.

CHOR. Age nunc, age quisque. Atqui jam prope est: ne ergo remittamus, sed intendamus fortius: jamjam confectum est negotium. O eia nunc, ó eia omnes; ó eia eia, ó eia eia, ó eia eia, ó eia omnes.

τοὺς μὲν τείνειν, τοὺς δ' ἀντισπᾶν;
πληγὰς λήψουσ', ὧ ῥεγείοι.

Ερ. εἶα νῦν.

Τρ. εἶα ὦ.

Χο. ὡς κακόνοι τινές εἰσιν ἐν ἡμῖν.

Τρ. ὑμεῖς μὲν οὖν οἱ κιττῶντες

τῆς εἰρήνης, σπᾶτ' ἀνδρείως.

Χο. ἀλλ' εἴσ', οἱ κωλύουσιν.

Τρ. ἄνδρες Μεγαρήϊς, οὐκ ἐς κόρακας ἐρρήσετε;

μισεῖ γὰρ ὑμᾶς ἡ θεὸς μεμνημένη.

πρωτοὶ γὰρ αὐτὴν τοῖς σκορόδοις ἠλείψατε.

καὶ τοῖς Ἀθηναίοισι παύσασθαι λέγω,

ἐντεῦθεν ἐχομένοις, ὅθεν νῦν ἔλκετε·

οὐδὲν γὰρ ἄλλο δρᾶτε, πλὴν δικάζετε.

ἀλλ', εἴπερ ἐπιθυμεῖτε τήνδ' ἐξελκύσαι,

πρὸς τὴν θάλατταν ὀλίγον ὑποχωρήσατε.

Χο. ἄγ', ὦ ἄνδρες, αὐτοὶ δὴ μόνοι λαβόμεθ' οἱ γεωργοί.

Ερ. χωρεῖ γέ δὴ τὸ πρᾶγμα πολλῶ μᾶλλον, ὦ ἄνδρες, ὑμῖν.

Χο. χωρεῖν τὸ πρᾶγμα φησιν· ἀλλὰ πᾶς ἀνὴρ προθυμῆ.

Τρ. οἱ τοὶ γεωργοὶ τοῦργον ἐξέλκουσι, κἄλλος οὐδεῖς.

Χο. ἄγε νῦν, ἄγε πᾶς

καὶ μὴν ὁμοῦ ἴστιν ἤδη.

μὴ νῦν ἀνώμεν, ἀλλ' ἐπεν-

τείνωμεν ἀνδρικότερον.

ἤδη ἴστι τούτ' ἐκεῖνο.

ὦ εἶα νῦν, ὦ εἶα πᾶς.

ὦ εἶα εἴ', ὦ εἶα εἴ',

ὦ εἶα εἴ', ὦ εἶα πᾶς.

- Τρ. ὦ πότνια βοτρυόδαρε, τί προσείπω σ' ἔπος ;
 πόθεν ἂν λάβοιμι ῥήμα μυριάμορον,
 ὅτῳ προσείπω σ' ; οὐ γὰρ εἶχον οἴκοθεν.
 ὦ χαῖρ' Ὀπώρα, καὶ σὺ δ', ὦ Θεωρία.
 οἶον δ' ἔχεις τὸ πρόσωπον, ὦ Θεωρία
 οἶον δὲ πνεῖς, ὡς ἠδὲ κατὰ τῆς καρδίας,
 γλυκύτετον, ὥσπερ ἀστρατείας καὶ μύρου.
 μῶν οὖν ὅμοιον καὶ γυλίου στρατιωτικοῦ ;
- Χο. ἀπέπτυσ' ἐχθροῦ φωτὸς ἐχθιστον πλέκος.
 τοῦ μὲν γὰρ ὄζει κρομμυοξυσεγμίας
 ταύτης δ', ὀπώρας, ὑποδοχῆς, Διονυσίαν,
 αὐλῶν, τραγωδῶν, Σοφοκλέους μελῶν, κιχλῶν,
 ἐπυλλίων Εὐριπίδου---
- Τρ. κλαῦσαι ἔρα σὺ,
 ταύτης καταψευδόμενος. οὐ γὰρ ἤδεται
 αὐτῆ ποιητῆ ῥηματίων δικανικῶν.
- Χο. κιττοῦ, τρυγοίπου, προβρατίων βληχωμένων,
 κόλπου γυναικῶν διατρεχουσῶν εἰς ἵπνον,
 δούλης μεθουόσης, ἀνατετραμμένου χοῶς,
 ἄλλων τε πολλῶν ἀγαθῶν.
- Ερ. ἴθι νῦν, ἄθρει,
 οἶον πρὸς ἀλλήλας λαλοῦσιν αἱ πόλεις
 διαλλαγεῖσαι, καὶ γελῶσιν ἄσμεναι,
 καὶ ταῦτα δαιμονίως ὑπωπιασμένα
 ἀπαξάπασαι, καὶ κυάδοις προσκείμεναι.
- Τρ. καὶ τῶνδε τῶν τῶν θεωμένων σκόπει
 τὰ πρόσωφ', ἵνα γνῶς τὰς τέχνας.
- Ερ. αἰβοῖ τάλας,

TRYG. O Diva uvarum datrix, qua te compellem oratione ? unde sumam verbum decies mille amphorarum capax, quo te salutem ? non enim habeo domo. O salve, Opora, et tu etiam ὁ Theoria. O qualis est vultus tibi, ὁ Theoria ! ὁ quale et quam suave spiras intimo corde, dulcissimum, quasi vacationem militiae et unguentum ! num ergo similis est odor sportæ militaris ?

CHOR. Abominor inimici hominis infestissimum vas textum vimine : illud enim olet ructum acidum cepæ ; hæc autem olet poma, convivium, Dionysia, tibias, tragædos, Sophoclis carmina, turdos, versiculos Euripidis—

TRYG. Plora tu quidem, qui eam falso insimulas : non enim delectatur forensium oratiuncularum artifice.

CHOR. Hederam, qualum quo mustum percolatur, balantes oves, sinum mulierum ad furnos cursitantium, ancillam temulentam, inversum congium, aliaque multa et bona.

MERC. Age adspice nunc, ut inter se confabulantur civitates reconciliatæ, et rident lubenti animo, tametsi sunt omnes mirum in modum suggillatæ, et cucurbitulas cuti inhærentes habent.

TRYG. Et horum etiam spectatorum intuere vultus, ut cognoscas singulorum artem.

MERC. Hei miser ! Istum enim cristarum artificem nonne vides semet vellicantem ? ille autem qui ligones factitat obpedit jam huic ensium fabro.

TRYG. At falcarius nonne vides ut gaudeat, et hastarum fabricum ut digito infami notet?

MERC. Age nunc jube agricolas abire.

TRYG. Audite populi: agricolæ abeant, sumtis rusticis instrumentis, in agrum quam citissime, sine hasta et sine gladio, et sine jaculo. Nam omnia jam plena hic sunt pacis antiquæ: sed unusquisque eat ad opus faciendum in agrum cantato Pæane.

CHOR. O dies optata justis et agricolis, postquam te lubens adspexi, convenire volo vites; atque etiam ficus, quas ego sevi junior, salutare animus est nobis longo post tempore.

TRYG. Nunc igitur ô viri, adoremus primo Deam, quæ nobis ademit cristas et Gorgonas: post illa danda opera ut festino gradu abeamus domum, quisque ad suam villam, mercati nonnihil salsamenti melioris in agrum.

MERC. O Neptune, quam pulchra ad aspectu eorum caterva! quam densa et compacta, instar mazæ et cænæ collatitiæ!

TRYG. Namque mehercle si splendens bene instructus sit malleus, et tridentes rastri refulgeant ad solem, eorum ope pulchre conserantur ordines: atque adeo jam cupio ire in agrum, et longo post tempore vertere rastro agellum. Sed, ô viri, revo-

έκεινονι γάρ τὸν λοφοποιὸν οὐχ ὄρᾳς
τίλλονθ' ἑαυτὸν; ὁ δέ γε τὰς σμινύσας ποιῶν
κατέπαρθεν ἄσπι τοῦ ξιφουργοῦ κεινοῦ.

Τρ. ὁ δὲ δρεπανουεγὸς, οὐχ ὄρᾳς, ὡς ἦδεται,
καὶ τὸν δορυξέον οἶον ἐσκιμάλισεν;

Ερ. Ἰθὶ νῦν ἀνειπε τοὺς γεωργοὺς ἀπιέναι.

Τρ. ἀκούετε λεφ' τοὺς γεωργοὺς ἀπιέναι,
τὰ γεωργικὰ σκευὴ λαβόντας, εἰς ἀγρὸν
ὡς τάχιστ', ἀνευ δορατίου, καὶ ξίφους, κἀκοντίου·
ὡς ἄπαντ' ἦδη ἴστί μεστὰ τὰνθάδ' εἰρήνης σαπρᾶς.
ἀλλὰ πᾶς χῶρει πρὸς ἔργον εἰς ἀγρὸν παιωνίσας.

Χο. ὦ ποσεινὴ τοῖς δικαίοις καὶ γεωργοῖς ἡμέρα,
ἄσμενός σ' ἰδὼν, προσειπεῖν βούλομαι τὰς ἀμπέλους·
τάς τε συκᾶς, ἃς ἐγὼ φύτευον, ἂν νεώτερος,
ἀσπάσασθαι θυμὸς ἡμῖν ἐστὶ πολλοστῶ χρόνω.

Τρ. νῦν μὲν οὖν, ὦ νῆρες, προσευξώμεσθα πρῶτον τῇ θεῷ,
ἥπερ ἡμῶν τοὺς λόφους ἀφείλε, καὶ τὰς Γοργόνας·
εἴθ' ὅπως λιταργιοῦμεν οἴκαδ' ἐς τὰ χωρία,
ἐμπολήσαντές τι χρηστὸν εἰς ἀγρὸν ταρίχιον.

Ερ. ὦ Πόσειδον, ὡς καλὸν τὸ στίφος αὐτῶν φαίνεται,
καὶ πυκνὸν, καὶ γοργὸν, ὥσπερ μᾶζα καὶ πανδαισία.

Τρ. νῆ Δί', ἡ γὰρ σφύρα λαμπρὸν ἦν ἂν ἐξωπλισμένη,
αἶ τε θρίνακες διαστίλθουσι πρὸς τὸν ἥλιον.
ἡ καλῶς αὐτῶν ἀπαλλάξειεν ἂν μετόρχιον,
ὥστ' ἔγωγ' ἦδη πιδυμῶ καὐτὸς ἐλθεῖν εἰς ἀγρὸν,
καὶ τριαινοῦν τῇ δικέλλῃ διὰ χρόνου τὸ γῆδιον.

ἀλλ' ἀναμνησθέντες, ὦ νῆρες,
τῆς διαίτης τῆς παλαιᾶς,

ἦν παρ᾽εἶχ' αὐτῆ ποθ' ὑμῖν,
 τῶν τε παλασίων ἐκείνων,
 τῶν τε σύκων, τῶν τε μύρτων,
 τῆς τρυγός τε τῆς γλυκείας,
 τῆς ἰωνιάς τε τῆς πρὸς
 τῷ φρέατι, τῶν τ' ἐλαῶν,
 ἃν ποδοῦμεν, ἀντὶ τούτων
 τήνδε νυνὶ

τὴν θεὸν προσεΐπατε.

Xo.

χαῖρε, χαῖρ', ὦ φίλταθ', ὡς
 ἀσμένοισιν ἡμῖν ἦλθες.

σῶ γὰρ ἐδάμημεν πόδι,
 δαίμονα βουλόμενοι
 εἰς ἀγρὸν ἀνερπύσαι.

ἦσθα γὰρ τὸ μέγιστον ἡμῖν
 κέρδος, ὦ ποδομένη
 πᾶσιν, ὑπόσοι γεωργι-
 κὸν βίον ἐτρίβομεν.

μόνη γὰρ ἡμᾶς ὠφέλεις.
 πολλὰ γὰρ ἐπάσχομεν
 πρὶν ποτ' ἐπὶ σοῦ γλυκεία,
 καὶ δάπανα, καὶ φίλα.

τοῖς ἀγροίκοισιν γὰρ ἦσθα
 χίδρα, καὶ σαιτηρία,
 ὥστε σὲ τὰ τ' ἀμπέλια,
 καὶ τὰ νέα συκίδια,
 τᾶλλα δ' ὅσα γ' ἐστὶ φυτὰ,
 προσγελάσσονται σε λαβόντ' ἄσμενα.

cate in memoriam pristinam illam vivendi rationem, quam præ-
 stabat ista olim vobis, et caricas constipatas, et ficus, et myrtos,
 mustumque illud dulce, pratumque violarum illud ad puteum,
 et olivas, quarum flagramus desiderio, et pro istis hanc nunc
 Divam salutate.

CHOR. Salve, salve, ô carissima ; quam cupidis advenisti no-
 bis tui ! domiti enim et victi sumus tui desiderio, te Deam cu-
 pientes in agrum remeare. Quippe nobis eras maximum emo-
 lumentum, ô expetita omnibus, quicumque rusticam tereba-
 mus vitam : sola enim nos juvabas. Nam multis fruebamur
 olim, te vigente, rebus dulcibus, quæ sine sumtu et gratæ ac-
 cidebant. Quippe rusticis eras recens hordeum fresum et sa-
 lus. Itaque tibi et vites, et teneræ ficus, ceteræque omnes stir-
 pes adridebunt, te cupide recipientes. Sed ubinam a nobis ab-

fuit istæ multo isto tempore ? hoc nos edoce, ὁ deorum benevolentissime.

MERC. O sapientissimi agricolæ, mea jam percipite verba, si vultis audire hanc, quomodo perierit. Prima quidem causa fuit Phidias adversa fortuna usus; deinde Pericles metuens ne in partem veniret ejusdem infortuni, quia formidabat indolem vestram, præfractumque ingenium, priusquam aliquid mali pateretur, ipse inflammavit rempublicam: quippe injecta parva scintilla decreti Megarici, excitavit tantum bellum, ut præ fumo omnes Græci lacrimarent, quique illic, quique hic sunt. Ut autem primum semel audivit vitis, crepuit, et cadus percussus iracunde recalcitravit cadum. Non amplius erat quisquam, qui hæc sedaret: ipsa autem Pax disparuit.

TRYG. Hæc sane, ita me Apollo amet, ex nemine resciveram, nec quomodo cum ea conjunctus esset Phidias, audiveram.

CHOR. Nec ego, nisi nunc: propterea ergo formosa erat Pax, utpote genere illi conjuncta: multa sane nobis latent.

MERC. Deinde postquam cognorunt civitates, quibus imperabatis, vos esse vobis invicem exasperatos, dentesque restringere, omnia in vos machinabantur tributorum metu, et pecuniarum largitionibus in partes suas adducebant Lacedæmoniorum primores: isti autem, utpote homines sordidi appetentes lucri, exterosque decipere sueti, hac turpiter abjecta, bellum arripuerunt: deinde illorum lucra agricolis erant intertrimento. Nam triremes hinc missæ ad ulciscendas injurias, hominum etiam immerentium ficus comedebant.

CHOR. Immo merito, quoniam ficum meam exciderunt illi, quam ego severam et educaveram.

ἀλλὰ ποῦ ποτ' ἦν ἀφ' ἡμῶν τὸν πολὺν τοῦτον χρόνον ἦδε, τοῦδ' ἡμᾶς δίδαξον, ᾧ θεῶν εὐνοῦσταιτε.

Ερ. ᾧ σοφώτατοι γεωργοί, τὰ μὰ δὴ ξυνίετε ῥήματ', εἰ βούλεσθ' ἀκοῦσαι τήνδ', ὅπως ἀπώλετο. πρῶτα μὲν γὰρ αὐτῆς ἤρξε Φειδίας πράξας κακῶς· εἶτα Περικλῆς φοβήθεις μὴ μετάσχη τῆς τύχης, τὰς φύσεις ὑμῶν δεδοικώς, καὶ τὸν αὐτοδᾶξ τρόπον, πρὶν παθεῖν τι δεινὸν, αὐτὸς ἐξέφλεξε τὴν πόλιν· ἐμβαλὼν σπινθῆρα μικρὸν Μεγαρικῷ ψηφίσματος, ἐξεφύσησεν τοσοῦτον πόλεμον, ὥστε τῷ καπνῷ πάντας Ἑλληνας δακρῦσαι, τοὺς τ' ἐκεῖ, τὲς τ' ἐνθάδε. ὡς δ' ἄπαξ τοκρῶτον ἤκουσ', ἐψόφησεν ἄμπελος, καὶ πῖδος πληγεῖς ὑπ' ὀργῆς ἀντελάκτισεν πῖδω· οὐκέτ' ἦν οὐδεὶς ὁ παύσων, ἦδε δ' ἠφανίζετο.

Τρ. ταῦτα τοίνυν, μὰ τὸν Ἀπόλλω, γὰρ ἐπέψυμην οὐδενός, οὐδ' ὅπως αὐτῇ προσήκοι Φειδίας ἠκηκόη.

Χο. οὐδ' ἔγωγε, πλὴν γε νυνί. ταῦτ' ἄρ' εὐπρόσωπος ἦν, οὔσα συγγενῆς ἐκείνου. πολλά γ' ἡμᾶς λανθάνει.

Ερ. κατ', ἐπειδὴ ἔγνωσαν ὑμᾶς αἱ πόλεις, ὧν ἤρχετε, ἠγριωμένους ἐπ' ἀλλήλοισι καὶ σεσηρότας, πάντ' ἐμηχανῶντ' ἐφ' ὑμῖν, τοὺς φόρους φοβούμεναι, κἀνέπειδον τῶν Λακωνῶν τοὺς μεγίστους χρήμασιν. οἱ δ', ἄτ' ὄντες αἰσχροκερδεῖς καὶ διεισωνόξενοι, τήνδ' ἀπορρίψαντες αἰσχροῦς, τὸν πόλεμον ἀνῆρπασαν· κατὰ τὰ κείνων γε κέρδη τοῖς γεωργοῖς ἦν κακά. αἱ γὰρ ἐνθένδ' αὐτῶν τριήρεις ἀντιτιμωρούμεναι οὐδὲν αἰτίων περ ἀνδρῶν τὰς κράδας κατήσθιον.

Χο. ἐν δίκῃ μὲν οὖν, ἐπεὶ τοὶ τὴν κορώνεόν γ' ἐμοῦ

ἔξεκοψαν, ἣν ἐγὼ 'φύτευσα καὶ ξειθεψάμην.
Τρ. νῆ Δί', ᾧ μέλι, ἐνδίκως δῆτ', εἴ γε κἀμοῦ, τὸν λίθον
 ἐμβαλόντες, ἐξμέδιμον κυφέλην ἀπώλεσαν.
Ερ. κᾶτα δ', ὡς ἐκ τῶν ἀγρῶν ξυνήλθεν οὐργάτης λειῶς,
 τὸν τρόπον πωλούμενος τὸν αὐτὸν οὐκ ἐλάνθανεν,
 ἀλλ', ἄτ' ἂν ἄνευ γιγάρτων, καὶ φιλῶν τὰς ἰσχάδας,
 ἔβλεπεν πρὸς τοὺς λέγοντας· οἱ δὲ γιγνώσκοντες εὖ
 τοὺς πένητας ἀσθενοῦντας, κἀποροῦντας ἀλφίτων,
 τῆνδε μὲν δικροῖς ἐώθουν τὴν θεὸν κεκράγμασι,
 πολλακίς φανεῖσαν αὐτὴν τῆσδε τῆς χώρας πόδι·
 τῶν δὲ συμμάχων ἔσειον τοὺς παχεῖς καὶ πλουσίους,
 αἰτίας ἂν προστιθέντες, ὡς φρονοῖ τὰ Βρασίδου.
 εἴτ' ἂν ὑμεῖς τοῦτον, ὡσπερ κυνίδι, ἐσπαράττετε.
 ἢ πόλις γὰρ ὠχρῶσα, κἀν φόβῳ καθημένη,
 ἄττα διαβάλοι τις αὐτῆ, ταῦτ' ἂν ἦδιστ' ἦσθιεν.
 οἱ δὲ τὰς πληγὰς ὀρεῶντες, ἄς ἔτυπτον, οἱ ξένοι
 χρυσίῳ τῶν ταῦτα ποιοῦντων ἐβόουν τὸ στόμα,
 ὡστ' ἐκείνους μὲν ποιῆσαι πλουσίους· ἢ δ' Ἑλλάς ἂν
 ἐξερημαθεῖσ' ἂν ὑμᾶς ἔλαθε. ταῦτα δ' ἦν ὁ δρεῶν
 βυρσοπώλης.

Τρ. παῦε, παῦ, ᾧ δέσποθ' Ἑρμῆ, μὴ λέγε·
 ἀλλ' ἔα τὸν ἀνδρ' ἐκείνον, οὔπερ ἔστ', εἶναι κάτω.
 οὐ γὰρ ἔστ' ἐκείνος ἀνὴρ ἡμέτερος ἔτ', ἀλλὰ σός.

ἄττ' ἂν οὔν λέγῃς ἐκείνον,
 κεί πανοῦργος ἦν, ὅτ' ἔζη,
 καὶ λάλος, καὶ συκοφάντης,
 καὶ κύκηθρον, καὶ τάρακτρον,
 ταῦθ' ἀπαξάπαντα νυνὶ

TRYG. Ita me Jupiter amet, ó bone, merito sane : nam et meam, lapide injecto, sex modiorum capacem cistam frumentariam perdidit.

MERC. Deinde, ut ex agris convenere in urbem agricolæ, eodem modo se etiam venales haberi, quo urbani, facile animadvertere ; sed quum essent sine uvis, et desiderarent ficus, spectabant oratores : qui quum satis nossent pauperes infirmos esse, et laborare inopia victus, Divam istam sæpius clamoribus suis, tanquam furcillis, abegerunt, quoties illa, regionis hujus amore, sese conspiciendam exhibuit. Ex sociis autem illos quatiebant, qui essent pinguiores et opulentiores, affingentes hujusmodi causas, *Brasidæ favet*. Tum vos istum falso oppressum crimine, tanquam catuli, lacerabatis. Urbs enim pallida morbo et in metu desidens, quæcunque quis per calumnias parta ei objiceret, lubentissime comedebat. At exteri, quum plagas viderent, quas isti infligebant, auro iis qui hæc faciebant, os obturabant ; ita ut illos quidem facerent divites, Græcia autem desolaretur vobis non animadvertentibus. Caput autem istis rebus erat coriarius.

TRYG. Desine, desine, Mercuri domine, horum ne memineris ; sed sine istum hominem esse apud Inferos, ubi est : non enim noster est ille vir amplius, sed tuus. Quæcunque igitur dixeris in illum, licet nequam fuerit, dum vixit, et loquax, et sycophanta, et miscuerit omnia et turbaverit, hæc inquam

omnia tuis dehinc exprobrabis. Sed cur sileas, ó Diva, dic mihi.

MERC. At hujus rei causam non facile animum iuducet ut dicat spectatoribus: est enim iis valde irata, ob ea quæ perpessa est.

TRYG. Tibi saltem dicat ipsa paulum modo.

MERC. Dic mihi, ó carissima, quo erga istos sis animo; age ó mulierum clypeis inimicissima.—Esto: audio. Hæccine expostulas? intelligo.—Audite vos, quamobrem de vobis conqueratur. Ait se ultro venisse post res in Pylo gestas, cistamque adtulisse plenam induciis, sed rejectam fuisse ter in concione.

TRYG. Peccavimus in hac re; sed ignosce: mens enim nostra tunc erat in coriis.

MERC. Audi sis nunc, quod me modo interrogavit, quisnam malevolus ipsi maxime fuerit hic, et quis amicus, qui praelia ne fierent studuerit?

TRYG. Benevolentissimus quidem multo erat Cleonymus.

MERC. Qualis ergo videtur esse in re bellica Cleonymus?

TRYG. Animi fortissimi, nisi quod non est filius cujus ipse ait patris. Nam si quando exeat militatum, statim, quum arma abjiciat, *subjectit.us* esse arguitur.

MERC. Adhuc nunc audi, quod me modo interrogavit, quis nunc obtineat suggestum in Pnyce?

TRYG. Hyperbolus illum nunc locum tenet. Heus tu, quid facis? quonam caput tuum circumagis?

τοὺς σεαυτοῦ λοιδορεῖς.

ἀλλ' ὅ τι σιωπᾶς, ὦ πότνια, κάτειπέ μοι.

Ερ. ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποι πρὸς γε τοὺς θεωμένους.

ὄργην γὰρ αὐτοῖς, ὣν ἔπαθε, πολλὴν ἔχει.

Τρ. ἦδ' ἀλλὰ πρὸς σέ μικρὸν εἰπάτω μόνον.

Ερ. εἴφ', ὅ τι νοεῖς αὐτοῖσι, πρὸς ἔμ', ὦ φιλιτάτη.

Ἰθ', ὦ γυναικῶν μισοπορπακιστάτη.

εἶέν γ', ἀκούω.—ταῦτ' ἐπικαλεῖς;—μανθάνω.

ἀκούσαθ' ὑμεῖς, ὣν ἔνεκα μομφὴν ἔχει.

ἔλθοῦσα, φησὶν, αὐτομάτη μετὰ τὰν Πύλων

σπονδῶν φέρουσα τῇ πόλει κίστην πλέαν,

ἀποχειροτονηθῆναι τρεῖς ἐν τῇ κκλησίᾳ.

Τρ. ἡμάρομεν ταῦτ'. ἀλλὰ συγγνώμην ἔχε·

ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ἦν τότε ἐν τοῖς σκύτεσιν.

Ερ. Ἰθὶ νῦν ἄκουσον, οἶον ἄρτι μ' ἤρετο·

ὅστις κακόνους αὐτῇ μάλιστ' ἦν ἐνθάδε,

χῶς τις φίλος, κᾶσπευδεν εἶναι μὴ μάχας.

Τρ. εὐνούστατος μὲν ἦν μακροῦ Κλεώνυμος.

Ερ. ποῖός τις οὖν εἶναι δοκεῖ τὰ πολεμικὰ

ὁ Κλεώνυμος;

Τρ. Ψυχὴν ἀριστος, πλὴν γ' ὅτι

οὐκ ἦν ἄρ', οὔπερ φησὶν εἶναι, τοῦ πατρός.

εἰ γὰρ ποτ' ἐξέλθοι στρατιώτης, εὐθέως

ἀποβολιμαῖος τῶν ὀπλων ἐγίγνετο.

Ερ. ἔτι νῦν ἄκουσον, οἶον ἄρτι μ' ἤρετο·

ὅς τις κρατεῖ νῦν τοῦ λίδου τοῦ ἐν τῇ Πνυκί.

Τρ. Ὑπέρολος νῦν τοῦτ' ἔχει τὸ χωρίον.

αὐτῇ, τί ποιεῖς; τὴν κεφαλὴν ποῖ περιάγεις;

- Er. ἀποστρέφεται τὸν δῆμον, ἀχθειςθῆϊς, ὅτι
αὐτῷ πονηρὸν προστάτην ἐπεγράψατο.
- Tr. ἀλλ' οὐκέτ' αὐτῷ χρησόμεθ' οὐδὲν, ἀλλὰ νῦν
ἀπορῶν ὁ δῆμος ἐπιτρόπου, καὶ γυμνὸς ὦν,
τοῦτον τῆς τὸν ἄνδρα περιεζώσατο.
- Er. πῶς οὖν ξυνοίσει ταῦτ', ἐρωτᾷ, τῆς πόλει.
- Tr. εὐβουλότεροι γενησόμεθα τρόπῳ τινί,
ὅτι τυγχάνει λυχνοποιὸς ὦν. πρὸ τοῦ μὲν οὖν
ἐψηλαφῶμεν ἐν σκότῳ τὰ πράγματα·
νυνὶ δ' ἅπαντα πρὸς λύχνον βουλευόμεν.
- Er. ᾧ, ᾧ.
οἶά μ' ἐκέλευσεν ἀναπυθέσθαι σου.
- Tr. τὰ τί;
- Er. πάμπολλα, καὶ τὰρχαῖ' ἃ κατέλιπεν τότε.
πρῶτον δ', ὅτι πράττει Σοφοκλῆς, ἀνήρετο.
εὐδαιμονεῖ· πᾶσχει δὲ θάυμαστόν.
- Er. τὸ τί;
- Tr. ἐκ τοῦ Σοφοκλέους γίγνεται Σιμωνίδης.
- Er. Σιμωνίδης; πῶς;
- Tr. ὅτι, γέρων ὦν καὶ σαπρὸς,
κέρδους ἕκατι καὶ ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι.
- Er. τί δαί; Κρατῖνος ὁ σοφὸς ἔστιν;
- Tr. ἀπέθανεν,
ὅθ' οἱ Λάκωνες ἐνέβαλον.
- Er. τί παθῶν;
- Tr. ὅτι;
ᾠρακιάσας. οὐ γὰρ ἐξηνέσχετο
ὄρων πῖθον καταγνύμενον οἴνου πλέων.

MERC. Aversatur populum, indigne ferens, quod malum
præsidentem sibi adscivit.

TRYG. At non amplius utemur eo; nunc autem quia popu-
lus indigebat tutore, nudusque erat, hoc viro interim, tanquam
munimento, se præcinxit.

MERC. Quærit, qui tandem ista conductura sint reipubli-
cæ.

TRYG. Prudentiores fitemus quodammodo, quia lucernarum
artifex est. Antehac quidem palpabamus res gerendas in tene-
bris; at nunc de omnibus rebus ad lucernam consultabimus.

MERC. O! o! qualia jussit me ex te sciscitari!

TRYG. Quænam?

MERC. Plurima, etiam vetusta illa, quæ reliquit olim: et
primo quidem quid rerum agat Sophocles, percontabatur.

TRYG. Bene ac beate est illi; et tamen evenit ei mirabile
quiddam.

MERC. Quid?

TRYG. E Sophocle fit Simonides.

MERC. Simonides? quomodo?

TRYG. Quoniam senex et sordidus lucri causa vel in crate
naviget.

MERC. Quid vero? estne in vivis adhuc Cratinus ille sa-
piens?

TRYG. Mortuus est, quando Lacones irruptionem fecerunt.

MERC. Quid ei accidit?

TRYG. Rogas? animi deliquium passus est: quippe dolori
temperare non poterat, quum videret dolium vino plenum fran-

gi. Alia etiam quam multa censes contigisse urbi infortunia? quapropter, o domina, nunquam a te divellemur.

MERC. Age ergo hac lege accipe Oporam hancece tibi uxorem, deindeque in agris cum illa habitans procrea tibi uvas.

TRYG. O carissima, huc ades, et da mihi copiam tui osculandi. Numquid detrimenti capturus tibi videor, o domine Mercuri, si longo post tempore Oporam subagitavero?

MERC. Non, si re patrata misturam pulegii biberis. Sed quam primum hancece Theoriam suscipe, et ad Senatum perduc, cujus quondam erat.

TRYG. O beate ut Senatus ob hanc Theoriam! quantum sorbebis jusculi per triduum! quam multa comedes viscera cocta et carnes! sed, o amice Mercuri, vale multum.

MERC. Tu quoque vale, mi homo; lætus abi, et memor esto mei.

TRYG. O scarabæe, domum, domum avolemus.

MERC. Non est hic, o bone.

TRYG. Quorsum ergo abiit?

MERC. Currum Jovis subiit, et fulmen gerit.

TRYG. Unde ergo miser ille istic habebit cibos?

MERC. Ganymedis ambrosiam comedet.

TRYG. Quomodo ergo descendam ego?

MERC. Bono animo es, recte: hac, juxta ipsam Deam.

TRYG. Adeste, vos puellæ; sequimini me ocius: nam plurimi vos exspectant cupidi arrecto pene.

χ' ἄτερα πόσ' ἄττ' οἶει γεγενῆσθαι τῆ πόλει;
ὥστ' οὐδέποτ', ὦ δέσποιν', ἀφεξόμεσθά σου.

Ερ. Ἰδι νυν, ἐπὶ τούτοις τὴν Ὀπώραν λάμβανε
γυναῖκα σαυτῷ τήνδε· κἄτ' ἐν τοῖς ἀγροῖς
ταύτῃ ξυνοικῶν, ἐκποιῶ σαυτῷ βότρυς.

Τρ. ὦ φιλιτάτη, δεῦρ' ἔλθε, καὶ δός μοι κύσαι.
ἄρ' ἂν βλαβῆναι διὰ χρόνου τι σοὶ δοκῶ,
ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ, τῆς Ὀπώρας κατελάσας;

Ερ. οὐκ, εἴ γε κυκεῶν' ἐπιπίοις βληχωνίαν.
ἀλλ' ὡς τάχιστα τήνδε τὴν Θεωρίαν
ἀπάγαγε τῇ Βουλῇ λαβῶν, ἥσπερ ποτ' ἦν.

Τρ. ὦ μακαρία Βουλῆ σὺ τῆς Θεωρίας,
ὅσον ροφήσεις ζωμὸν ἡμερῶν τριῶν
ὅσας δὲ κατέδει χόλικας ἐφθὰς καὶ κρέα.
ἀλλ' ὦ φίλ' Ἑρμῆ, χαῖρε πολλά.

Ερ. καὶ σύ γε
ὦ ἄνθρωπε, χαίρων ἄπιθι, καὶ μέμνησό μου.

Τρ. ὦ κἀνθάδ', οἴκαδ', οἴκαδ' ἀποπετώμεθα.

Ερ. οὐκ ἐνθάδ', ὦ τάν ἐστι.

Τρ. ποῖ γὰρ οἴχεται;

Ερ. ὑφ' ἄρματ' ἐλθὼν Ζηνὸς ἀστραπηφορεῖ.

Τρ. ποθεν οὖν ὁ τλήμων ἐνθάδ' ἔξει σιτία;

Ερ. τὴν τοῦ Γανυμήδους ἀμβροσίαν σιτήσεται.

Τρ. πῶς δῆτ' ἐγὼ καταβήσομαι;

Ερ. θάρρει, καλῶς·

τῆδὲ παρ' αὐτὴν τὴν θεόν.

Τρ. δεῦρ', ὦ κόραι,
ἔπεσθον· ἄμ' ἐμοὶ θᾶττον, ὡς πολλοὶ πάνυ

ποδοῦντες ὑμᾶς ἀναμένουσ' ἔστυκότες.

Χορός.

ἀλλ' ἴθι χαίρων· ἡμεῖς δὲ τέως τάδε τὰ σκεύη παραδόντες,
τοῖς ἀκολούθοις δῶμεν σώζειν, ὡς εἰώθασι μάλιστα
περὶ τὰς σκηνὰς πλεῖστοι κλέπται κυπιάζειν καὶ κακοποιεῖν.
ἀλλὰ φύλαττε σὺ ταῦτ' ἀνδρείως· ἡμεῖς δ' αὖ τοῖσι θεαλαῖς
ἦν ἔχομεν ὁδὸν, λόγον εἴπωμεν, χῶσα τε νοῦς αὐτὸς ἔχει γε.

Χρῆν μὲν τύπτειν τοὺς ραβδούχους· εἴ τις κωμωδοποιητῆς
αὐτὸν ἐπήγει πρὸς τὸ θέατρον παραβὰς ἐν τοῖς ἀναπαίσεισι·
εἰ δ' οὖν εἰκὸς τινα τιμηῆσαι, θύγατερ Διὸς, ὅστις ἄριστος
κωμωδοδιδάσκαλος ἀνθρώπων καὶ κλεινότητος γεγένηται,
ἄξιός ἐστι φῆσ' εὐλογίας μεγάλης ὁ διδάσκαλος ἡμῶν.
πρῶτον μὲν γὰρ τοὺς ἀνλιπάλους μόνος ἀνθρώπων κἀπέταυσεν
εἰς τὰ ῥάκια σκώπιονας αἰεὶ, καὶ τοῖς φθειροσὶν πολεμῶνας·
τὸς δ' Ἡρακλέας τὸς μάτιονας, καὶ τὸς πεινωῶνας ἐκείνης,
τοὺς φεύγοντας, κἀξαπατῶντας, καὶ τυπιομένους ἐπίτηδες,
ἐξήλασ' ἀτιμώσας πρῶτος· καὶ τοὺς δούλους κατέλυσεν,
οὓς ἐξῆγον κλάοντας αἰεὶ, καὶ τούτους οὖνεκα τουδί,
ἴν' ὁ σύνδουλος σκώψας αὐτοῦ, τὰς πηληγὰς εἶτ' ἀνέροιτο·
ὦ κακόδαιμον, τί τὸ δέξμ' ἔπαθες; μῶν ὑςριχίς εἰσέβαλέν σοι
εἰς τὰς πλευρὰς πολλῆ ἑραλιᾶ, κἀδενδρόμησε τὰ νῶτα;--
τοιαῦτ' ἀφελῶν κακὰ καὶ φόβρον, καὶ βωμολοχέυμαλ' ἀλεννῆ,
ἐποίησε τέχνην μεγάλην ἡμῖν, κἀπύργωσ' οἰκοδομήσας
ἔπεσιν μετέλοις, καὶ διανοαῖσι, καὶ σκώμμασιν ἐκ ἀλοραίοις,
οὐκ ἰδιώτας ἀνθρωπίσκους κωμωδῶν, οὐδὲ γυναῖκας·
ἀλλ' Ἡρακλέους ὀργὴν τιν' ἔχων, τοῖσι μεγίστοις ἐπιχειρεῖ,
διαβὰς βυρσῶν ὀσμάς δεινὰς, κἀπειλὰς βορβοροθύμους.
καὶ πρῶτον μὲν μάχομαι πάντων αὐτῶ τῶ κάρχαροδοντι,

CHOR. Sed abi lætus: nos autem interea hanc suppellectilem comitibus servandam committamus: quippe solent præcipue circa scenas plurimi fures morari occulti, et mala patrare. Sed tu custodi hæc strenue: nos autem spectatoribus dicamus ex instituto nostro quæcunque nobis ratio suadet atque animus.

Equidem oportebat ut, si quis comicus poëta in digressionem ad spectatores per anapæstos se ipsum laudaret, illum verberarent lictores: sin, ὁ Jovis filia, æquum est, quempiam honore adfici, qui præstantissimus hominum et celeberrimus evaserit in arte comædias docendi, poëta noster magna se laude dignum esse ait. Primo enim solus omnium effecit, ut quos habet æmulos, ii desierint pannos mendicorum irridere, et cum pediculis belligerare: deinde Hercules illos pinsentes, et famelicos, et fugitivos, et fraudulentos, et se consulto verberibus offerentes, collutulatos expulit primus: servos etiam facessere coëgit, quos semper producebant flentes, idque eapropter, ut conservus ridens alterius plagas sic eum interrogaret; *O miser quid accidit cuti tue? num hystrix invasit tibi in latera cum magno exercitu, tergumque tuum excidit et vastavit?* Sublatis his ineptiis, odiosisque et ignobilibus nugis, magnam fecit artem vobis, quam ædificavit, et alte quasi turribus eduxit verbis magnificis, et sententiis, dicterisque haud trivialibus; operam non abutens perstringendis privatis homuncionibus, mulieribusve: sed herculeo quodam impetu maxima monstra aggreditur, transcendens coriorum fœtores tetros et cœni commoti minas. Et primum quidem omnium oppugno ipsam illam serratis dentibus immanem beluam, cujus ab oculis terribiles micabant

Cynnæ radii, caput autem ejuscircumlambebant centum capi-
at perditissimorum adulatorum; quæ vocem habebat torrentis
stragem edentis, odorem phocæ, coleos Lamiaë illotos, culum-
que cameli. Hujusemodi viso monstro non extimui, sed pro
vobis pugnans et pro insulis, obstiti ei semper. Quapropter
nunc vos æquum est reddere gratiam mihi, et memores esse.
Etenim antehac, quum rem ex sententia gessissem, non obam-
bulabam palæstras, puerosque sollicitabam; sed sumta supel-
lectile statim abibam, in paucis molestus, in plerisque delecta-
bilis, servato in omnibus officio. Proinde fautores me habere de-
cet et viros et pueros: calvos etiam admonemus, ut suo studio
nos adjuvent in adipiscenda victoria. Unus enim quisque dicet,
me victore, ad mensam et in conviviis: *Porrige calvo illi, da
calvo illi de bellariis aliquid, et ne detrahe quicquam præstan-
tissimo poetarum, viro qui frontem habet.*

SEM. Musa, tu bello repudiato, mecum, cum amico tuo,
choreas exerce, Deorum celebrans connubia, hominumque con-
vivia, et beatorum epulas: tibi enim hæc in primis curæ sunt.
Si autem Carcinus venerit, et tecum oraverit, ut cum filiis suis

οὐ δεινόταται μὲν ἀπ' ὀφθαλμῶν Κύννης ἀκτῖνες ἔλαμπον,
ἐκάλον δὲ κύκλω κεφαλαὶ κολάκων οἰμωξιόμενων ἐλιχμῶντο
περὶ τὴν κεφαλὴν, Φωνὴν δ' εἶχεν χαρὰδρασε ὄλεθρον τέλοκυίας,
Φώκης δ' ὄσμην, Λαμίας ὄρχεις ἀπλύτες, πρωκλῖον δὲ καμήλη.
τοιῖτον ἰδὼν τέρας οὐ κατέδεισ'. ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν πολεμίζων,
ἀντεῖχον ἄει, καὶ τῶν ἄλλων νήσαν. ὦν οὖνεκα νυνὶ
ἀποδοῦναί μοι τὴν χάριν ὑμᾶς εἰκός, καὶ μνήμονας εἶναι.
καὶ γὰρ πρότερον πράξας καλὰν ἐν, ἐχὶ παλαιστρας περινοσῶν
παῖδας ἐπείρων· ἀλλ' ἀράμενος τὴν σκευὴν εὐδὸς ἐχώρου,
παῦρ' ἀνιάσας, πόλλ' εὐφράνας, πᾶν ἀπαρασχῶν τὰ δέουσα.

πρὸς ταῦτα χρεῶν εἶναι μετ' ἐμοῦ
καὶ τοὺς ἀνδρας καὶ τοὺς παῖδας·
καὶ τοῖς φαλακροῖσι παραινοῦμεν
ξυσπουδάξειν περὶ τῆς νίκης.
πᾶς γὰρ τις ἐρεῖ, νικῶντος ἐμοῦ,
καὶ πὶ τραπέζῃ καὶ ξυμποσίοις·
Φέρε τῷ φαλακρῷ, δὸς τῷ φαλακρῷ
τῶν τραγαλίων, καὶ μὴ Φαίρει
γενναιοτάτου τῶν ποιητῶν,
ἀνδρὸς τὸ μέτωπον ἔχοντος.

Ημ.

Μοῦσα, σὺ μὲν πολέμους
ἀπωσαμένη, μετ' ἐμοῦ
τοῦ φίλου χάρευσον,
κλείουσα θεῶν τε γάμους,
ἀνδρῶν τε δαΐτας,
καὶ θαλίας μακάρων.
σοὶ γὰρ τὰδ' ἐξ ἀρχῆς μέλει.
ἦν δέ σε Καρκίνος ἐλθῶν

ἀντιβολῇ μετὰ τῶν
 παίδων χορεύσαι,
 μήδ' ὑπακούσης, μήτ' ἔλ-
 θης συνέριθός αὐτοῖς·
 ἀλλὰ νόμιζε πάντας
 ὄρυγας οἰκογενεῖς,
 γυλιαύχενας ὄρχηστὰς
 ναννοφυεῖς, σφυράδων
 ἀποκνίσματα,
 μηχανοδίφας.
 καὶ γὰρ ἔφασχ' ὁ πατήρ,
 ὃ παρ' ἐλπίδας
 εἶχε τὸ δράμα, γαλῆν
 τῆς ἐσπέρας ἀπάγξαι.
 Τοιάδε χρεὶ Χαρίτων
 δαμώματα καλλικόμων
 τὸν σοφὸν ποιητὴν
 ὑμνεῖν, ὅταν ἤρινά μὲν
 φωνῇ χελιδῶν
 ἐξομένη κελαδῆ,
 χορὸν δὲ μὴ^ν χρεὶ Μόρσιμος,
 μηδὲ Μελάνθιος· οὐδὲ
 πικροτάτην ὅπα γη-
 ρύσαντος ἤκουσ',
 ἠνίκα τῶν τραγωδῶν
 τὸν χορὸν εἶχον ἀδελ-
 φός τε καὶ αὐτὸς, ἄμφω
 Γοργόνες ὀψοφάγοι,

Ημ.

choreas instituas, ne obtemperes, nec eas adjutrix illis: sed pu-
 ta omnes esse coturnices domesticos, saltatores brevicervicos,
 statura nanos, caprinorum stercorum ramenta, machinarum
 inventores. Etenim dixit eorum pater, illud, quod præter
 spem sibi obtigerat argumentum fabulæ, a mustela vesperi
 strangulatum fuisse.

SEM. Tales decet Gratiarum pulchricomarum hymnos cele-
 bres sapientem poetam cantare, quando vere novo hirundo ses-
 sitans voce perstrepat, et chorum non habet Morsimus, neque
 Melanthius: cujus acerbissimam vocem garrientis audivi, quum
 tragicum chorum haberent frater ejus et ipse, ambo Gorgones

gulosæ, batidispices, Harpyiæ, anuum fututores, impuri, olentes hircum, piscium pernicies : quos despue sreatu magno et argo, diva Musa, et mecum læta festivitatem celebra.

TRYGÆUS, FAMULUS, CHORUS, HIEROCLES.

TRYG. Quantæ molis erat pervenire usque ad deos ! mihi hercle fesso dolent oppido crura. Parvi utique desuper intuenti mihi videbamini. De cœlo quidem spectanti videmini sane maligni, hinc autem multo maligniores.

FAM. Venistin', o here ?

TRYG. Ut ego audivi ex quodam.

FAM. Qualem expertus es fortunam ?

TRYG. Dolent mihi crura, magnum iter emenso.

FAM. Age dic nunc mihi.

TRYG. Quidnam ?

FAM. Vidistin' alium quempiam hominem in aëre vagantem præter te ipsum ?

TRYG. Non, nisi forte duas aut tres dithyrambicorum poetarum animas.

FAM. Quid autem faciebant ?

TRYG. Volitantes colligebant procemia nescio quæ, natanantium in aëre virorum nugas.

βατιδοσκόποι, ἄρπυιαι,
γρασοῦσαι, μιαιροί,
τραγομάσχαλοι,
ἰχθυολῦμαι
ὧν καταχρεµψαµένη
μέγα καὶ ψλατὺ,
Μοῦσα θεὰ, μετ' ἐμοῦ
ξόμπαιζε τὴν ἑορτήν.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ, ΟΙΚΕΤΗΣ, ΧΟΡΟΣ, ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

Τρ. Ως χαλεπὸν ἦν ἐλθεῖν ἄρ' εὐδὴ τῶν θεῶν.
ἔγωγέ τοι πεπύνηκα κομιδῇ τῶ σκέλη.
μικροὶ δ' ὄρᾳν ἀνωθεν ἦστ' ἔμοιγέ τοι·
ἀπ' οὐρανοῦ φαίνεσθε κακοθήεις πάνυ·
ἐντευθενὶ δὲ πολὺ τι κακοθήεστεροι.

Οι. ὦ δέσποθ', ἦκεις ;

Τρ. ὡς ἐγὼ 'πυθόμην τινός.

Οι. τί δ' ἔπαθες ;

Τρ. ἤλγουν τὰ σκέλη, μακρὰν ὁδὸν
διεληλυθώς.

Οι. ἴθι νυν, κάτειπέ μοι.

Τρ. τὸ τί ;

Οι. ἄλλον τιν' εἶδες ἄνδρα κατὰ τὸν ἄερα
πλανώμενον, πλὴν σαυτὸν ;

Τρ. οὐκ, εἰ μὴ γε σου
ψυχὰς δὴ ἢ τρεῖς διθυραμβοδιδασκάλων.

Οι. τί δ' ἔδρων ;

Τρ. ξυνελέγοντ' ἀναβολὰς ποτώμεναι,
τὰς ἀνδιαεριανερηνχέτους τινὰς.

- Οι. οὐκ ἦν ἄρ' οὐδ' ἅ λέγουσι κατὰ τὸν ἀέρα,
ὡς ἀστέρες γιγνώμεθ', ὅταν τις ἀποθάνῃ ;
- Τρ. μάλιστα.
- Οι. καὶ τίς ἐστὶν ἀστὴρ νῦν ἐκεῖ ;
- Τρ. Ἰων ὁ Χίος, ὅσπερ ἐποίησεν πάλαι
ἐνθάδε τὸν ΑΟΙΟΝ ποθ', ὥστε γ' εὐθέως
ΑΟΙΟΝ αὐτὸν πάντες ἐκάλουν ΑΣΤΕΡΑ.
- Οι. τίνες γάρ εἰσ' οἱ διατρέχοντες ἀστέρες,
οἱ καόμενοι θέουσιν ;
- Τρ. ἀπὸ δείπνου τινὲς
τῶν πλουσίων οὔτοι βαδίζουσ' ἀστέρων,
ἵπνους ἔχοντες, ἐν δὲ τοῖς ἵπνοῖσι πύρ.
ἀλλ' εἴσαγ' ὡς τάχιστα ταυτηνὶ λαβῶν,
καὶ τὴν πύελον κατὰκλυζε, καὶ θέρμαιν' ὕδωρ·
στέρνυ τ' ἐμοὶ καὶ τῆδε κουρίδιον λέχος.
καὶ ταῦτα δράσας ἤκε δεῦρ' αὐθις πάλιν·
ἐγὼ δ' ἀποδώσω τήνδε τῇ Βουλῇ τέως.
Οι. πόθεν δ' ἔλαβες ταῦτα ;
- Τρ. πόθεν ; ἐκ τῶν οὐρανῶν.
- Οι. οὐκ ἂν ἔτι δοίην τῶν θεῶν τριώβολον,
εἰ πορνοβοσκοῦσ', ὥσπερ ἡμεῖς οἱ βροτοί.
- Τρ. οὐκ· ἀλλὰ κακεῖ ζῶσιν ἀπὸ τούτων τινές.
- Οι. ἄγε νυν ἴωμεν. εἰπέ μοι, δῶ καταφαγεῖν
ταύτη τι ;
- Τρ. μηδέν. οὐ γὰρ ἐθέλησει φαγεῖν,
οὔτ' ἄρτον, οὔτε μᾶζαν, εἰωθυῖ' ἀεὶ
πικρὰ τοῖς θεοῖσιν ἀμβροσίαν λείχειν ἄνω.
- Οι. λείχειν ; ἄρ' αὐτῆ καὶ λεκάνην σκευαστέον ;

FAM. Non ergo illud esse verum in aëre deprehendisti, quod vulgo dicunt, nos stellas fieri, quando quis nostrum moritur ?

TRYG. Maxime.

FAM. Ecquænam est illic nunc stella ?

TRYG. Ion Chius, qui olim hic fecit canticum illud *Eoum*, tanta cum approbatione, ut eum statim omnes *Eoum sidus* appellarent.

FAM. Quænam ergo sunt illæ discurrentes stellæ, quæ ardentibus cursitant ?

TRYG. Sunt illæ quædam e stellis divitibus, quæ a cœna redeunt laternas habentes, et in laternis ignem. Sed adsume ocius istam et introduce eam, et solium elue, et aquam caleface, et sterne mihi atque huic genialem lectum : hisque peractis redi huc. Ergo autem alteram hancce reddam Senatui interea.

FAM. Undenam vero has accepisti ?

TRYG. Unde ? nempe ex cœlis.

FAM. Haud ego jam deos faciam trioboli, si lenocinium faciunt, uti nos homines.

TRYG. Non quidem ita solent : sunt tamen inter illos quidam, qui ex hoc quæstu sibi victum parant.

FAM. Age ergo eamus. Dic mihi, aliquidne huic comedendum dabo ?

TRYG. Nihil. Nam nolet comedere, nec panem, nec mazam, solita semper apud superos ambrosiam lingere.

FAM. Ain' *lingere* ? Ergo ei pelvis etiam paranda est.

CHOR. Sane feliciter senex iste, quantum videre licet, nunc rem gerit.

TRYG. Quid ergo, quum sponsum me videbitis nitidum?

CHOR. Dignus eris, quem omnes beatum prædicent, mi senex, rursus juvenis factus, unguento delibutus.

TRYG. Opinor. Quid vero, quando cum illa concubens papillas prehendam?

CHOR. Fortunatior videberis, quam Carcini strobili.

TRYG. Nonne vero merito? qui scarabæo invecus servavi Græcos, ita ut omnes in agris degentes tuto jam futuant et dormiant.

FAM. Lavit puella, et recte se habent circa nates omnia? placenta cocta est; libum sesaminum conficitur; ceteraque parata sunt omnia: sed pene opus est.

TRYG. Age ergo reddamus Theoriam hancece Senatui propere.

FAM. Quænam est hæc mulier? quid ais?

TRYG. Theoria illa est, quam nos aliquando madidi subagittavimus, Brauronem eam deducentes: hoc certo scias, et vix potuit capi.

FAM. O nere, quantam culus iste quinto quoque anno voluptatem adfert!

